Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
18. i.
4. G. 12.
4. G. 13.
4
C
13
Digitized by Google

BREVIS ET PIA

PSALTERII DAVIDICI,

ET CANTICORVM ECCLESIASTICORVM,

& Canonis Miſſæ explanatio, ex Doctoribus Eccleſiaſticis.

NVNC PRIMVM EMISSA IN LVCEM per D. Ioannem à Paſtura monaſterij Gemblacen̄ Priorem, ordinis S. Benedicti.

COLL. ROM. SOC. IESV * BIBL.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex Legato Illustriss: Corcini.

LOVANII,

Apud Martinum Verbaſſelt Bibliop. Iurat. Anno 1560.

Cum Gratia & Priuilegio.

BREVIS ET PIA

PSALTERII DAVIDICI,

ET CANTICORVM ECCLESIASTICORVM *& Canonis miſſæ explanatio, ex Doctoribus eccleſiaſticis.*

PSALMVS PRIMVS.

Propheta in iſto primo pſalmo, tanquã in prologo, capite & principio libri (ut dicit uenerabilis pater Ludolphus Carthuſieñ agit de illo, qui eſt caput & principiũ omniũ. ſ. de Chriſto, deſcribẽs & prænuncians ipſius perfectionẽ & foelicitatẽ. Impiorũ uero uanitatẽ & infoelicitatẽ. Quia igitur omnes ad beatitudinẽ tendũt, nec beati eſſe niſi per Chriſtũ poſſunt, proponit nobis Chriſtũ in exemplũ. Et incipiens a beatitudine, oſtendit eũ ab omni malo liberum, & omni gratia plenum hoc modo:

BEatus] eſt [vir]. ſ. ipſe Chriſtus, q ab ipſo ſuæ cõceptionis die fuit beat⁹, beatitudine claræ viſionis, & perfectæ fruitionis. Et vir, cõtra aduerſa & proſpera firm⁹, ac in omnibus virtutib⁹ ſanctus & perfectus [qui non abijt in concilio impiorum] iniquis cõſilijs eorũ conſentiẽdo [& in via peccatorũ nõ ſtetit] malũ operãdo [& in cathedra peſtilentiæ] & cõtagij [nõ ſedit] doctrinã erroneam & falſam docendo, ſed magis reprobãdo, vnde dicebat phariſæis. Irritũ feciſtis mãdatũ Dei ꝓpter traditiones veſtras. [Sed in lege dñi] . ſ. Dei patris [volũtas eius] fuit, qa à præceptis patris, filius nunquã diſceſsit [& in lege eius meditabitur] nõ ad diſcendũ, cum eam ſemper perfectè ſciuerit, à ſua conceptione, ſed ad operãdum & docendum [die ac nocte] id eſt aſsiduè & ſine ceſſatiõe, vel in proſperis & aduerſis, quæ ſignificari ſolent nomine diei & noctis. Poſtq̃ propheta dixit Chriſtũ omnino bonũ in ſe oſtẽdit nobis eũ vtilẽ, dicẽs: [Et erit tanq̃ lignũ] Chriſtus eñ eſt verè lignũ vitæ: qa eſt cibus vitæ quo

 quiſquis

quiſqȝ veſtitur,vita viuet & nõ morietur[quod plã-
tatũ eſt]in incarnatione . Plãtatus enim fuit Dei filiꝰ,
quãdo vnitus eſt humanæ naturæ[ſecus] id eſt iuxta
[decurſus aquarũ] id eſt,plenitudinẽ gratiarũ , cõtra
ęſtũ vitiorũ,quia habet in ſe fontẽ omniũ gratiarũ et
virtutũ , cui nõ eſt ſpiritꝰ datꝰ ad mẽſurã[quod fructũ
ſuum dabit]volũtariè [in tẽpore ſuo]Quia dũ erat in
mũdo,fructũ bonorũ operũ dedit:et aditum paradiſi
per paſsionẽ ſuã reſerauit. Et in præſenti , dat fructũ
gratiæ: et in futuro dabit fructũ gloriæ: qñ dicet ele-
ctis in die iudicij: Venite bñdicti patris mei, poſsidete
regnũ etc. Et ne quiſquã de Chriſti promiſsione du-
bitaret, cõſequẽter ſubiũgit [Et foliũ eius nõ defluet]
id eſt:verbũ eius nõ erit inſtabile et irritum , ſed im-
mutabile et firmũ. Et bene folia,verba dicũtur , quia
ſicut folia fructus tegũt,ſic verba Chriſti promiſsio-
nes eius cuſtodiũt[et omnia quæcunqȝ faciet].ſ. fru-
ctus et folia:facta et dicta [proſperabũtur]ſibi et ſuis
mẽbris,ad redimẽdũ genꝰ humanũ.Sed [Non ſic im-
pij]qui carẽt bonitate morũ,[nõ ſic]fructificabunt et
proſperabũtur[ſed]erũt[tanq̃ puluis]aridi et infęcũ-
di,nõ hñtes humorẽ gratię Dei,leues et inſtabiles ad
bonũ[quẽ proijcit vẽtus]id eſt,ſuperbia,quę vẽto cõ-
paratur:quia petit alta,et inflat[à facie terrę]quia vẽ-
tus ſuperbię et impulſus tẽtationũ,proijcit eos nũc à
cõſtãtia mẽtis et virtutis , et deinde à cõtẽplatiõe ſeu
viſione patriæ cæleſtis. Et[Ideo nõ reſurgũt impij in
iudicio]ad eorũ.ſ.exaltationẽ,ſed ad maiorẽ eorũ dã-
nationẽ[neqȝ peccatores in conſilio iuſtorũ] vt iudi-
cati in cõcilio iuſtorũ quieſcant.[Quoniã nouit dñs]
per approbationẽ[viã iuſtorũ]quia mũda.i.progreſ-
ſum vitæ eorũ[et iter].i.progreſſus vitę et opus[im-
piorũ peribit]per reꝓbationẽ, ſine fructu , corã dño,
tanquã nõ approbatũ.Quia iter eorũ per viã pręſen-
tis vitę in morte terminatur ad dãnationẽ animæ, et
in futuro iudicio ad dãnationẽ animæ ſimul et cor-
poris terminabitur, atqȝ ſic omnino peribũt ꝑuerſi.

Mora-

¶ Moraliter iſte pſalm⁹ poteſt exponi de quolibet iuſto: quia omnis iuſtus erit beatus: et foliũ ei⁹.i.verba eius nõ defluẽt in mortale peccatũ, quia de Deo et de cœleſtib⁹ loquitur, et omnia cooperãtur ei in bonũ, et ſic in iudicio ad gloriã et ſuã exaltationẽ reſurget. Et ex his patet textus.

PSALMVS II.

Pſalmus de conuentu infideliũ cõtra Chriſtũ in ſua paßione & de regni Chriſti inſtitutione & dilatatione. Propheta uidẽs quoſdam contradicturos nomini Chriſti & regno ac etiã euangelicæ prædicationi, in admirationem prorumpit dicens:

QVare].i.qua ſua vtilitate [fremuerunt] more ferarũ, ſine ratione [gẽtes].i.gẽtiles.ſ.milites Romani, qui Chriſtũ crucifixerũt [et populi].i. Iudæi [meditati ſunt inania] cogitãtes ęxtinguere Chriſti nomẽ, ſed fruſtra: quia nõ ſunt cõſequuti effectũ, ſed magis nomen Chriſti fuit dilatatũ. [Aſtiterũt] cũ mora deliberãdi contra regẽ cœli [reges terrę].ſ. Herodẽs, rex Galileę. Et eſt Sylepſis plurale pro ſingulari [et principes].ſ. Pilatus, Annas, et Cayphas [conuenerunt in vnũ] prauũ conſenſum et voluntatẽ [aduerſus dñm] Deũ patrẽ (q enĩ cõtradicit filio, cõtradicit et patri) [et aduerſus Chriſtũ ei⁹].ſ. filiũ, quẽ Deus pater vnxit ſpiritu ſctõ et virtute. Chriſtus enim vnctus interpretatur: Et loquitur propheta de futuro per modũ pręteriti, propter certitudinẽ ꝓphetiæ, ſicut et in multis alijs locis. Hæc ergo fecerunt dicẽtes [Dirũpamus vincula eorũ].ſ. dñi patris et Chriſti eius, vel Chriſti et eius diſcipulorũ [et proijciam⁹ à nobis] ne dñetur ſuper nos [iugum ipſorũ].ſ. legẽ nouã in quã volunt nos inducere q.d. deſtruamus vincula religionis Chriſtianę, ne nos ſibi valeãt adſtringere et ſubiugare. Sed [Qui habitat in cęlis].i. in ſanctis animabus et angelis, vel [in cælis].i. in cæleſtibus mãſionibus.ſ. Deus [irridebit eos]. Quod impletũ fuit quãdo Chriſtus pręſentibus cuſtodibus ipſis neſciẽtibus reſurrexit [et dñs ſubſannabit eos].i. ſubſannatione dignos reddet. Et hoc impletũ fuit

à perſequẽtibus Chriſtũ, per Romanos, quando eos vendiderũt & diſperſerũt, & perfectius implebitur in iudicio futuro, qa [Tũc]. ſ. in die iudicij [loquetur ad eos in ira ſua] dicẽdo: Surgite mortui, venite ad iudiciũ: quod verbũ erit ſuauè bonis, & aſperũ malis: [& in furore ſuo]. i. implacabili vltione. ſ. pœna æterna [cõturbabit eos] in corpore & aĩa, ſubiũgẽdo: Ite maledicti in ignẽ ęternũ: Math. 25. Et ponitur hic cauſa ꝓ effectu. ſ. ira & furor, pro vindicta quã infert, quaſi eſſet iracũdus & furioſus, quia ira & furor nõ cadunt in Deo. Illi ergo cõturbabũtur. [Ego aũt] dicit Chriſt⁹, cuius iugũ illi abijcere meditabãtur [cõſtitutus ſum rex] ſecũdũ humanitatẽ [ab eo] ſ. à Deo patre ſuꝑ Syõ mõtẽ ſanctũ eius]. i. ſuꝑ vniuerſalẽ ſanctã eccleſiã: quę mons dicitur ꝓpter eminẽtiã virtutũ. Et etiã eccleſiã montẽ ſanctũ appellat, qa Deũ ſeu Dei gloriã ſpeculatur. Et ibi ſum [prædicãs pręceptũ eius]. i. doctrinã Euãgelij: ego quidẽ per me in Iudęa, & per apoſtolos in toto mundo, vel [prædicãs præce. eius] ſ. præceceptũ charitatis, ad quod omnia alia referũtur: vnde mãdatũ nouũ do vobis vt di. inuicẽ. Et verè ſum rex ſuper Syon [Dñs] enim pater] dixit ad me] Et quid dixit? Ecce [filius meus] conſubſtãtialis [es tu] per naturã [ego hodie]. i. ęternaliter [genui te] verbũ mihi coæternũ. In ęternitate enim nihil trãſit in pręteritũ, nec expectatur in futurũ: & ideo æterna generatio filij à patre conueniente exprimitur per pręſens tẽpus. Et quia filius meus naturalis es, ideo ſecurè [Poſtula à me] vtpote homo mihi obediens [& dabo tibi gentes]. i. Gentiles [hæreditatẽ tuam] vt eas fructuoſas reddas, & quaſi iure hæreditario poſsideas [& poſſeſſionẽ tuam terminos terræ]. i. non ſolum partem Gentiũ, ſed omnes habitãtes terrã, quia perfectiſsimè in extremo iudicio oĩa Chriſto ſubijcientur: vt dicit apoſt. in epiſt. ad Hebr. Et meritò dabo, quia [Reges eos in virga ferrea]. i. in inflexibili iuſtitia & æquitate [& tanq̃ vas figuli confringes eos] rebelles quidẽ ad in-

ad interitũ vt nunquã viuificentur,ſed obedientes ad vitã,amputãs in eis terrenas cupiditates & quicqd ex peccatorũ limo traxerunt. Deinde eſt vox,pphetę exhortãtis:[Et nũc]chriſto rege cõſtituto,ó vos[reges] terreni[intelligite]Chriſti regiã maieſtatẽ,ne temerè dñemini.Et[erudimini q iudicatis terrã]ſciẽtes vos habere iudicẽ ſuperiorẽ omnia clarè intuentẽ[Seruite dño in timore].ſ. filiali & caſto: qui nõ ſinit peccare, [& exultate ei].i. voluntariè & hilariter ſeruite per cordis deuotionẽ & eleuationẽ in Deũ [cũ tremore] corporis:ne dicta exultatio in diſſolutionẽ vertatur. Et[Apprehendite diſciplinã] Dei.i.ſubijcite vos humiliter diſciplinæ Chriſti & correctioni [nequando iraſcatur] cõtra vos ſi non feceritis[dñs]q ſupbis reſiſtit[& pereatis].i.deficiatis à Deo contra vos vindicãte trãſgreſsionẽ huius doctrinę[de via iuſta].i.iuſtitiæ & veritatis.ſ.ab operatione bona:quia ad talẽ declinationẽ ſeqtur diuina punitio.Et nõ ſolũ ne pereatis,ſed etiã vt beati ſitis: qa[Cũ exarſerit].i.ardẽdo tranſierit,&,pruperit ad vindicãdũ[in breui ira eius] cõdonãdo pœnã in præſenti, quæ breuis eſt reſpectu futuræ[beati oẽs q confidũt in eo].i. qui tũc nõ frãguntur impatiẽtia, vel deſperatione, ſed fiducialiter expectãt remunerationẽ vitę futurę:vel poteſt hoc de vindicta futura intelligi quę vẽtura eſt breui: quãuis differri videatur,& beati erũt tũc oẽs qui confidũt in eo nũc:Tũc enĩ ad regnũ peruenięt. PSAL. III.

Pſalmus de Chriſti paſſione & eius glorioſa reſurrectione. In perſona ergo Chriſti hominis ppheta admirãdo dicit ad patrẽ:

DOmine] Deus pater [quid multiplicati ſunt qui tribulãt me?]inſidiando,q. d.fruſtra[multi inſurgunt aduerſum me].ſ. vt me deprimant.Nã Sacerdotes,Scribę,& Phariſæi contra Chriſtũ inſurrexerũt,& ad hoc populũ induxerũt:qbus Iudas infœlix diſcipulus ſe adiunxit.[Multi dicũt animæ meæ] id eſt, vitæ meæ.In rei euidentia.ſ. oſtendentes hoc verbo & opere[non eſt ſalus ipſi in Deo

eius].i.in Deo patre quẽ ſibi deũ facit. Hoc eſt Deus non ſaluabit eũ,nec liberabit eũ de manu noſtra. Niſi enim eũ reſurrecturũ deſperarẽt, nec Iudas traderet nec illi occiderẽt. Sed mentiuntur,quia ſequitur:[Tu autẽ dñe]pater[ſuſceptor meus]id eſt,meæ humanitatis[es].i.vniſti diuinitatẽ humanitati. Natura enim diuina humanã aſſumpſit[gloria mea] in reſurrectione me glorificãdo[& exaltans caput meũ]in aſcenſione,vel[ſuſceptor meus es] me ab hoſtibus liberãdo [gloria mea] præcipua enim gloria Chriſti ſecundũ q̃ homo eſt tota trinitas [& exaltãs caput meũ]id eſt,mentẽ meã,quæ tãta perſecutione nõ deprimitur:hoc autem meritò mihi inde:quia ego[Voce mea ad dñm]patrẽ[clamaui]ipſius auxiliũ implorando. Clamans enim Chriſtus in cruce emiſit ſpiritũ [& exaudiuit]me ſuſcitãdo & liberãdo[de mõte ſancto ſuo]id eſt,de altitudine ſuæ iuſtitiæ vel[de mon. ſ. ſuo]id eſt,de miſericordia,quæ dicitur mons: quia miſericordia oẽs virtutes excedit, vnde ad Hebræos 5. Paulus cõmemorans validũ Chriſti clamorẽ dicit: Cum clamore valido & lachrymis preces offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et hoc quo ad reſurrctionẽ & efficaciã paſsionis,vnde ſeqtur. [Ego dormiui]in cruce per mortem. Et dicitur mors Chriſti ſomnus,quia breuis fuit[& ſoporatus ſum]in ſepulchro mortis quieſcendo,à perſecutoribus, & opprobrijs[& exſurrexi]à morte,tertia die, poteſtate diuina[quia dñs]pater[ſuſcepit me]in regno cœlorũ aſſumendo. Et quia dñs ſuſcepit me,[Nõ timebo milia populi circũdãtis me].i.cuſtodes ſepulchri, q auctoritate plurimorũ Chriſtum circũdabãt, nec valuerũt Chriſti reſurrectionẽ impedire:[exurge dñe]effectiuè .i.fac me exurgere, tua diuina potẽtia [ſaluũ me fac Deus meus]à corruptione carnis, & animã meã reducẽdo ab inferis. Et[Quoniã tu percuſsiſti].i.percuties [omnes aduerſantes mihi ſine cauſa]iuſta & vera .ſ. omnes Iudęos,qui præter pœnitẽtes per Titũ & Veſpaſianum

paſianũ, grauiter puniti ſunt, vt habetur in Hiſtoria eccleſiaſtica[dẽtes peccatorũ cõtriuiſti].i.corroſiones & mala verba dilacerãtiũ me in irritũ perduxiſti. Ergo quia ita eſt vt dixi, credite o homines, quia[Dñi eſt ſalus]vera.i. ad dñm pertinet ſaluare, à morte peccati & ab omni malo. Deinde orat pro populo, cõuertẽs ad dñm ſermonẽ & dicit. Et nõ tãtũ ſuper me, ſed[& ſup]totũ[populũ tuũ].ſ. Chriſtianũ o dñe ſit[benedictio tua].ſ.gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: quæ eſt ſumma & vera benedictio. Et eſt hic methaplaſm⁹, mutatio pſonę, qui ſæpe occurrit in pſalmis.

¶ Poteſt & hic pſalmus accipi in perſona eccleſiæ, vel etiã vniuſcuiuſq; fidelis in tribulatione exiſtẽtis. Tũc enĩ dicere poſſet, Dñe quid multiplicati ſunt, etc.

PSALMVS IIII.

Pſalmus ſub perſona eccleſiæ uel cuiuſlibet pij ad Deum, in tribulatione, in cuius perſona dicit propheta:

CVm inuocarem]id eſt ex intimo cordis vocarẽ Deũ in auxiliũ per deuotã orationẽ[exaudiuit me]in tribulatione poſitũ[Deus iuſtitię meę.ſ. dator, auctor, cõſeruator, et remunerator: deinde mutat perſonã, d.[In tribulatione] quã paſſus ſum[dilataſti mihi].i. amplũ cor dediſti ad toleranda maiora vel[in tribu. dila. mihi].i. ab anguſtijs triſtitiæ in latitudinẽ gaudij deduxiſti me. Quod gaudiũ eſt de pura cõſciẽtia et de ſpe vitæ æternæ. Quia autẽ ſic beneficus mihi iam fuiſti. Miſerere mei]cõtra miſerias huius vitæ: quę multæ ſunt et diuerſę, cęptaq; in me miſericorditer perfice[et exaudi orationẽ meã]de bonis adipiſcẽdis, et gloria ęterna cõſequẽda. Et cũ ita ſe habeat meũ negociũ[Filij hominũ] q vti ratione deberẽt, vnde magis culpãdi ſunt, qa ſic peccãt[vſquequo graui corde?]eſtis.i. quãdiu cor põdere iniqtatis grauatis?[vt quid diligitis vanitatẽ].i. terrena et tẽporalia, quæ vana ſunt, quia ſicut vmbra trãſeũt[et quæritis mendacium?].i. tẽporalia quæ dicuntur mẽdacia, quia promittunt ſecuritatẽ et ſoluũt timorem, ſatie-

tatem & ſoluunt eſuriē. Sequitur hic Dyapſalma .i. diuiſio pſalmi. Sympſalma, eſt coniunctio pluriū vocum. Et vbi habetur Dyapſalma, Hebræi inſtituerant quoddā ſilētiū, ſicut modo facimus ante lectiones legendas. Et eſt proprietas Dyapſalmatis nouitas materiæ, & nō cōtinuare præcedentibus ſequētia. Continuatio enim ſiue relatio ſæpe fit in pſalmis apud prophetam vt in hoc verſu, & ibi: Fundamenta eius etc. Dicit ergo: [Et ſcitote] o filij hominū: vel ſine cōtinuatione ſicut exigit dyapſalma [Et ſcitote quoniam mirificauit] id eſt, mirificū & mirabilē fecit [dn̄s] pater [ſanctum ſuū] id eſt, Chriſtū qui eſt ſanctus ſanctorum. In ſe ſanctus, & alios ſanctificās, quē dn̄s mirificauit & clarificauit, in conceptione, natiuitate, baptiſmo, prædicatione, paſsione, reſurrectione, aſcēſione. Et ipſe q̧ hæc fecit. ſ. [dn̄s exaudiet me cū clamauero ad eū] de requie æterna dāda, q. d. Sic & vos exaudiet ſi ſimiliter clamaueritis, vel [mirificauit d. ſ. ſuum] id eſt, quemlibet iuſtū, quē dn̄s virtutibus miris & ſanctitate exornat. Et ſi vultis exaudiri [Iraſcimini] vobis de præteritis peccatis [& nolite peccare] vlterius. De his autē [quæ dicitis in cordibus veſtris] vel per vitiū iraſcendo vel malè cogitādo [in cubilibus veſtris]. i. in intimis cordis affectibus qui ſunt cogitationū cubilia [cōpungimini] dolore pœnitētiæ. i. talia reprimite non cōſentanea ratione. Et poſt pœnitentiā [Sacrificate ſacrificiū iuſtitiæ] .i. facite iuſtitiæ opera: quę ſunt ſacrificia Deo grata, [&] ſic oblato ſacrificio [ſperate in dn̄o] de præmio recipiendo. Sed [multi]. i. mali: quia ſtultorū infinitus eſt numerus, & increduli ac deſperati [dicunt quis oſtēdit nobis bona?] ſ. ob iuſtitiā facienda, vel bona æterna de quibus ipſi dubitāt. Et quia ipſa ratio nobis indicat iſta bona quę antonomaticè dicūtur bona, ideo iſta quęrētibus reſpōdēdo ſubiūgit: [Signatū eſt ſuper nos. i. in ſuperiori parte noſtri. i. in anima [lumē vultus tui dn̄e]. i. reſplendēs vultus tuus. ſ. ratio. Sic enim per vultū homo

mo homini aſsimilatur,& homo cognoſcit hominẽ: ſic aſsimulamur Deo per rationẽ,& Deũ cognoſcim⁹, vel ſic: [Signatũ eſt ſuper n. lu. vult. t.dñe].i.deſuper eſt nobis infuſum & impreſſum lumẽ à vultu tuo relucẽte.Lumẽ.ſ.naturale ad cognitionẽ agẽdorũ. Lumen fidei & gratiæ, ad cognitionẽ ſupernaturaliũ et ſperãdorũ.ſ.æternorũ.Et per hæc[dediſti lętitiã]ſpiritualem[in corde meo]pro tãto beneficio,quia non fecit taliter omni nationi. Sed homines tẽporalia ſectãtes[A fructu frumẽti vini et olei ſui].i. cupiditate et vbertate tẽporaliũ.Per hæc tria intelliguntur alia bona terrena [multiplicati ſunt].i. multipliciter diſtracti,quia mẽs quæ verũ bonũ amare neſcit in toc diuiditur quot cõcupiſcit,vt ęrũnoſa cogitatione diſtracta ſimplex bonũ videre nõ poſsit, de quo bonus exultat et dicit illi ita: Sed ego[In pace]mẽtis [in idipſum].i. in Deo, q eſt immutabilis [dormiã]in pręſenti ſomno gratiæ [et requieſcam] in futuro in pace æternitatis,quãdo non erit qui exterreat.O quã fęlix eſt qui iſtud meretur dicere et experiri. Et hoc verè fiet, [Quoniã tu dñe ſingulariter in ſpe].i.in vna ſingulari ſpe: qua vnũ ſolũ bonũ ſingulariter ſperatur, qa hãc vnã petŋ à dño etc. [cõſtituiſti me].i.cõfirmaſti,vel ſic repetẽdo: [Signatũ eſt ſ.nos].ſ.Chriſtianos [lumẽ vul.tui do.].ſ.lumẽ fidei et gratię ad cognitionẽ ſupernaturaliũ & ſperãdorũ.ſ.æternorũ.i.lumen gratię baptiſmalis, quæ eſt arra gloriæ,& ſic cognoſcimus ea quæ ad ſalutẽ ſunt neceſſaria: ideo ſubditur [dedi.lęti.in cor.meo]ob tãtũ beneficiũ, qa nõ fecit taliter omni nationi.Sed quia gratia baptiſmalis nõ debet eſſe fructu vacua ſubditur: [A fruct.fru.] &[vini] p oblationẽ & pceptionẽ Euchariſtię[& olei] per opa miĩę[multi.ſunt].ſ.in Chriſto baptiſati.Si aũt ſic pſeuerauerĩt vſq ad mortẽ,in dño reqeſcũt,ideo ſubditur:[In pa.in idipſum dor.& requi.] PSAL. V.

Pſalmus in quo propheta in perſona eccleſiæ orat a malitia ſeculi ſeparari,& ad Deum peruenire, dicens:

Verba

VErba mea].i.oris pſalmodiã[auribus percipe dñe].i. præſentia tuæ maieſtatis. Aures enim nõ ſunt in Deo,ſecũdũ quod Deus. Sed aures ipſius ſpirituales ſunt miſericordia & potentia quibus nos audire dignatur. Per potentiã quidẽ poteſt, per miſericordiã vult[intellige clamorẽ meũ].i.vehemẽtẽ affectũ cordis. Et quia ore & corde clamo,ideo [Intende voci orationis meæ]perducẽdo eã ad effectũ.Et eſt oratio,pius affectus mẽtis in Deũ tẽdẽs,plerũq; vocẽ erũpẽs,q.d.Sic audi verba,vt probet rei effectus te intentũ eſſe meis orationib⁹ [rex meus] per ſpecialẽ prouidẽtiã & protectionẽ[& Deus meus]per verũ cultũ & fidẽ.Et merito exaudies [Quoniã ad te] ſolũ promerendũ[orabo dñe]perſeuerãter, etiã ſi ſępius repulſus fuero[mane].i.in infuſione gratiæ, id eſt,ſtatim vt nox & tenebræ peccatorũ fugere cæperint [exaudies vocẽ meã,id eſt,oſtendes vocẽ meã exauditã.Mane aſtabo tibi].i.in luce virtutũ adhærebo tibi:cũ gratia infuſa fuerit[& videbo]te mundo corde.Non enim videt Deũ qui terrenis adhęret, ſed qui in mane virtutũ Deo aſtat [quoniã nõ Deus volens iniquitatẽ].i.mortale peccatũ cõtrariũ æquitati [tu es]& ideo ab iniquis nõ videris[Neq; habitabit iuxta te]in præſenti per gratiã, vel in futuro per gloriam [malignus]quaſi maligno igne plenus, qui malũ conatur facere contra Deũ,et proximũ[neq; permanebunt iniuſti]qui malũ faciũt,vel non faciũt quod debent[ante oculos tuos]id eſt, in beneplacito tuo,vt à te oculis miſericordię videantur,qa[Odiſti].i.odio tuo dignos oſtẽdis,dũ eos à te ſeparas et inęternũ punis[omnes qui operantur]perſeueranter.ſ.impœnitentes[iniquitatẽ]id eſt,quodcunq; mortale peccatũ cõtrariũ]ęquitati[perdes oẽs] ęternaliter puniendo ſi non pœnituerint[qui loquuntur mendaciũ]pernicioſum quod ſit ad fallẽdũ.Deinde mutat perſonã,d. [Virũ ſanguinũ]id eſt, homicidã corporalẽ vel ſpiritualẽ[et doloſum]qui occultè nocet [abominabitur

domi-

dñs]in præſenti ſubtrahendo eis gratiã et in futuro exulẽ faciẽdo à regno iuſtorũ[ego autẽ.ſ. eccleſia militans et quilibet iuſtus[in multitudine miſericordię tuæ]id eſt, cũ multitudine hominũ, miſericordia tua ſaluatorũ,vel[in multitudine miſericordiæ tuæ] nõ in meis meritis aut viribus cõfidẽs.[Introibo in domũ tuã]cœleſtẽ.ſ. eccleſiã triũphantẽ.i.cõſequar hæreditatẽ cœleſtẽ. Et interim[adorabo ad templũ ſanctũ tuũ]cœleſte,cor ad ipſum erigendo vt ſim in eius ædificio[in timore tuo].i.te timẽdo,qui es cuſtos & collator virtutũ.Sancta eccleſia ideo domus dicitur, quia à dño Deo inhabitatur.Ideo tẽplũ:quia in ea cõtinuè cœleſti dño laudes referũtur. Sed ne impediar o[Domine deduc me]ad verã & ſolidam perfectionem[in iuſtitia tua.ſ.legis tuæ,per temetipſum datę, ne ſeductus deuiẽ ad iniuſtitiã. Et[propter inimicos meos].ſ.dæmones & malos homines, qui mihi inſidiãtur cõfundendos[dirige].i.oſtende]in conſpectu meo]vt præ oculis ipſam habeã [viã tuã].i. legẽ tuã vt in ea ambulẽ. Et neceſſe eſt[Quoniã non eſt in ore eorũ].ſ.inimicorũ[veritas]ſed falſitas, ad ſeducendũ bonos,quia[cor eorũ vanũ eſt]vanè & falsè cogitando:& ſic ex abundantia cordis os loquitur.Quaſi[Sepulchrũ patens].i.aptũ [eſt guttur eorũ]verba fętida ad corrũpendos alios proferẽdo [linguis ſuis].ſ.mẽdacibus & malis[dolosè agebãt]alios occultè decipiendo ſub ſpecie boni[iudica illos Deus] condẽnãdo ad pœnã & interitũ. Hoc dicit non liuore vindictæ,ſed amore iuſtitię.Decidãt à cogitationibus ſuis] .i.fruſtrentur cogitatione & ſpe ſua quibus machinãtur inferre mala fidelibus tuis[ſecũdũ multitudinem impietatũ eorũ]id eſt,peccatorũ commiſſorũ[expelle eos]ab hęreditate tua ęterna[quoniã irritauerũt te dñe].i.ad iracundiã prouocauerũt: per peccatũ à te recedendo[Et]ecõtrario[lętẽtur]in pręſenti[oẽs qui ſperant in te]id eſt, qui ſic operantur vt à te ſperent mercedẽ,cuiuſmodi ſunt iuſti & boni, quia [in æter-

num

num,non temporaliter [exultabunt]in futuro,accepta hæreditate æterna:[&] .i. quia [habitabis in eis] ſicut in templo tuo,quod erit gaudiũ ipſorũ.[Et]tũc [gloriabuntur in te] videndo & fruendo[omnes qui diligunt]nunc[nomẽ tuũ]quia dñs es: tãquã poſsidentes hæreditatẽ.ſ.te [quoniã tu benedices] in futuro,benedictione gloriæ [iuſto] cui benedixiſti in præſenti,benedictone gratiæ.Hęc eſt vera benedictio gloriari in Deo,& poſsideri ab eo.Et qa vocatio nõ meritorũ noſtrorũ,ſed miſericordię Dei eſt,ſubiũgit: [Dñe vt ſcuto bonę volũtatis tuæ].i.bona volũtate tua præueniẽte & ſubſequente, nõ noſtra iuſtitia,qua nos vocaſti,tãq̃ ſcuto[coronaſti nos]in pręſenti muniendo nos aduerſus ſæua iacula inimici, & coronabis in futuro bonis æternis: quia corona conſueuit dari victoribus.

PSALMVS VI.

Pſalmus hic eſt oratio uere poenitentis & Dei miſericordiã implorantis. In perſona ergo poenitentis, & in futuro timentis puniri, clamat propheta:

DOmine]potẽs[ne in furore tuo].i.in ira grauiori quæ nõ parcit[arguas me].i. ne cõuincas me vt ęterno ſupplicio punias: [neq; ĩ ira tua]minus graui[corripias me].i. nõ in purgatorio vras,ſed hic vre,hic ſeca, hic me ſana, vt nõ ibi ſit opus.Sequitur:ſed potius[Miſerere mei]o[dñe]in hac vita miſericorditer percutiẽdo,et opus eſt[quoniã infirmus ſum].i.fragilis & pronus ad peccãdũ . Et ideo [ſana me dñe] ꝑ miſericordiã [q̃m cõturbata ſunt].i. omnino turbata,memoria peccatorum[oſſa mea].i. vires animę meę & fortitudo.[Et aĩa mea]infirma & peccatrix[turbata eſt valde]& cõpũcta ad pœnitẽtiã: [& tu dñe vſquequo?]differs & tardas eã cõſolari,ſanãdo & cõfortãdo? Amãti etiam ipſa feſtinatio,mora videť.[Cõuertere dñe]me iã cõuerſo,vt amplius cõuertar ad te.Diuina enim cõuerſio eſt cauſa noſtrę cõuerſionis . Conuertere ergo à rigore iuſtitię ad dulcedinẽ miſericordię[& eripe aĩam meã]à ſęculi pręſtigijs ac carnis

ac carnis cõcupiſcentijs,& iugo malę conſuetudinis [ſaluũ me fac]ne vlterius cadã [propter miſericordiã tuã]qa nihil mihi tribuo. Et opus eſt vt me ſanes in pręſenti,quia poſt hãc vitã,nõ eſt locus venię.[Quoniam non eſt in morte]id eſt,poſt mortem aliquis ex malis[qui memor ſit tui]ad veniã rogandam, et[in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi?]vtiliter et fructuoſè,q.d.Nullus. Et ideo peto hic ſanari. Et ego gemẽs pro peccatis meis. [Laboraui] ſatisfaciendo]in gemitu meo].i. in cordis contritione, dolens pro peccatis,et timẽs pro pęnis quę illis debẽtur.[lauabo]id eſt,mundabo:[per ſingulas noctes]id eſt, per ſingula peccata,[lectũ meum] id eſt,conſcientiam: quę mundis corde,eſt requies,ſed malè cordatis tormentũ.Et [lachrymis meis ſtratũ meũ]id eſt, corpus:quod ſtratum dicitur,quia animæ ſubſternitur[rigabo].i. perfundã.Inde autẽ gemitus, quia[Turbatus eſt à furore] .i.ab ira tua.ſ.futura in iudicio[oculus meus]interior .ſ.mẽs et ratio. Et meritò:quia [inueteraui].i.multo tẽpore in peccatis vixi[inter omnes inimicos meos] .ſ.vitia,dæmones, et homines malos,ad malũ prouocantes. Sed nũc [Diſcedite] animo et loco[à me] conuerſo ad pœnitentiã [omnes qui operamini iniquitatẽ]me ad malum incitãdo,[quoniam exaudiuit dñs].i. efficacẽ fecit [vocẽ fletus mei]id eſt,fletũ meũ pro voce.ſ.compũctionẽ pro cõmiſsis.Qui fletus vel compunctio, eſt vox in aure Dei: quia vt dicitur:

Interdũ lachrymæ pondera uocis habẽt.[Exaudiuit dñs] remittendo[deprecationẽ meã] prius luctuoſam pro deponendis peccatis & remouendis malis [dñs orationẽ meã]quæ eſt pro adipiſcendis virtutibus & adhibẽdis bonis [ſuſcepit]quaſi oblationẽ. Ter aũt dñs dicit:quia ſanctã trinitatẽ adfuiſſe ſuis precibus oſtẽdit. Deinde optat alios conuerti ſuo exẽplo ad pœnitentiam,d.[Erubeſcant]de antecactis malis [& cõturbẽtur]timore iudicij vtiliter ad pœnitentiã,& hoc [vehementer] non remiſsè[omnes inimici mei]

aduerſan-

aduerſantes ſaluti meæ,& me imitando pœnitẽtem fiant amici[conuertãtur]ad Deũ à malis[& erubſcãt] de ijs de quibus antè ſunt gloriati. Et hoc [valde velociter] id eſt, cito & ſine dilatione. Bis dicit erubeſcãt,quia non ſolũ ante conuerſionẽ eſt erubeſcẽdum, ſed etiã poſt ex memoria peccatorũ:quæ eſt quædam conſeruatrix virtutum. PSALMVS VII.

Hic pſalmus eſt oratio uiri iuſti poſiti in tribulatione corporali uel ſpirituali: a qua cum inſtantia petit diuinitus liberari dicens cum propheta:

DOmine] omniũ per generalẽ gubernationem [Deus]per creationẽ[meus]per ſpecialẽ cultũ et deuotionẽ[in te ſperaui]de tua pietate plus quã de mea iuſtitia cõfidendo, vnde [ſaluũ me fac ex omnibus perſequẽtibus me]occultis & manifeſtis,id eſt,ab omnibus vitijs, dæmonibus & malis hominibus[& libera me]corporaliter & ſpiritualiter. [Nequando]id eſt aliquando [rapiat vt leo animã meã] .ſ. perſecutor corporalis per mortẽ corporalẽ, vel ſpiritualis per mortẽ ſpiritualẽ[Dũ non eſt qui redimat]peccata tollendo, niſi tu qui proprio ſanguine nos redemiſti[neq; q ſaluũ faciat]vitã donãdo æternã,niſi tu qui vitã reſurgẽdo reparaſti,q.d.Niſi tu redimas & ſalues, ille rapit & pdit. [Dñe Deus meus ſi feci iſtud].ſ.[ſi eſt iniquitas].i.aliquod peccatũ mortale quod eſt contrariũ ęquitati [in manibus meis]& operibus[meis]vel ſi feci proximo quod nõ debui. [Si reddidi retribuentibus mihi mala]pro bonis libidine vindictæ.Si inquã hæc feci[decidã]id eſt,cadã ſuperatus[meritò]id eſt, iuſtè[ab inimicis meis] me perſequentibus[inanis]& vacuus factus à fructu iuſtitiæ et boni operis. In his verbis nõ eſt obſecratio, ſed prędictio.[Perſequatur]etc.[inimic⁹ animã meã] et vitã[et cõprehendat]ad poſsidendũ [et conculcet in terra]id eſt,in amore terrenorũ[vitã meam]id eſt, animã meã[et gloriã meã]id eſt, rationẽ meã ſecũdũ quã factus ſum ſimilis Deo.Et in hoc eſt gloria mea.

Hanc

Hanc inquam gloriã [in puluerẽ deducat].i.in vanitatẽ & in nihilũ. Sed quia prædicta nõ merui,[Exurge dñe] mihi in adiutoriũ cõtra inimicos [in ira tua] .i.in vindicta per effectũ iuſtitiæ:[& exaltare].i.ſuperior appare vindicãdo [in finibus inimicorũ meorũ] repellendo inimicos à me vt deſinãt poſsidere quos poſsident. [Et exurge dñe Deus meus].i. more exurgentis auxiliare mihi. Et dicitur ter in hoc pſalmo, dñe Deus meus: ad denotandum trinitatem [in præcepto quod mandaſti]faciendo iuſtitiã de meis perſecutoribus,ſicut tu mãdaſti iudicibus exercere iuſtitiã in malos,[&]ita[Synagoga populorũ].i.cõgregatio diuerſarũ nationũ [circundabit te].i. adhærebit tibi, ad te laudandũ ob præſtitã iuſtitiã.[Et propter hãc] .ſ.congregationẽ [in altũ regredere,]oſtendendo excellentiã tuæ iuſtitiæ in iniquorũ punitione. Et mutans perſonã,ſubiungit:[dñs iudicat populos]iudicio diſcretionis & retributionis, nũc pios protegens & malos ordinans,& poſtea vnicuiq; ſecũdũ opera ſua reddẽs. Quod iudiciũ nõ timens ille perfectus audet orare.[Iudica me dñe ſecundũ iuſtitiã meã].i.ſecũdũ meritum iuſtitiæ meę,quæ exiſtit in faciendis bonis, [& ſecundum innocentiã meã] quæ eſt in declinãdo malo. Fœlix anima quæ hæc poteſt dicere. Quæ iuſtitia & innocẽtia ſunt [ſuper me]quia à Deo ſunt & de ſupernis habeo, non ex me, ſed interim ante iudiciũ retributionis.[Conſumetur nequitia peccatorum].i. perueniet ad ſummã nequitiã vt poſsit in iuſtũ iam venire iudiciũ. Et hoc non optat,ſed prædicit:[&] ex hoc [diriges iuſtũ] ſaluãdo ipſum:quia mali ſunt cauſa directionis bonorum [ſcrutãs] id eſt,videns & ſciẽs [corda].i.cogitatiões [& renes].i.delectatiões [deus] .ſ. quid quiſq; cogitet et quid quẽq; delectet.[Iuſtum adiutoriũ meũ] quo me iuſtè adiuuat contra malos[à dño].ſ.eſt [qui ſaluos facit rectos corde].i. qui in operibus ſuis rectam habent intentionẽ. Sed ò iniqui quorũ iniquitas conſumetur,[Deus iudex iuſtus] ſin-

gulis ſecundũ merita reddẽs,[fortis,]cui nemo poteſt reſiſtere: [& patiens]quia malos patiẽter modò tolerat.Et verè patiens,quia[nunquid iraſcitur per ſingulos dies?]id eſt,nunquã ſtatim infert irã,cũ aliquis cõmittit delictũ?q.d,Non: ſed expectat tempus debitũ, dans pœnitentiæ locũ.Propterea, [Niſi conuerſi fueritis]ô iniqui ad pœnitẽtiã:dñs [gladiũ ſuũ vibrabit] .i.punitionẽ manifeſtã exercet.ſ.in futuro. Et ne dicatis vobis nõ fuiſſe prædictũ[arcũ ſuũ] .i. ſcripturã cõminantẽ[tetẽdit]minãdo malis[& parauit illũ]ꝑ expoſitores promulgãdo.[Et in eo].ſ.arcu ſcripturę[parauit vaſa mortis].ſ.prędicatores q inobediẽtibꝰ ꝓpinãt ex ea mortẽ. Sed aliis ſunt ſagittę & odor vitę:vnde ſeqtur:[ſagittas ſuas].ſ.eoſdẽ prędicatores[ardẽtibꝰ] deſiderio verbi & diuino amore flagrãtibus [effecit].i. efficaces & fructuoſos fecit vt corda eorũ pũgẽdo vitã eis ꝓpinarẽt.Deinde tãgit illorũ maloꝝ culpã,d:[Ecce parturiuit iniuſtitiã:cõcepit dolorẽ, & peperit iniqtatẽ.]Cõfuſio literæ inordinationẽ pctĩ ſignat. Malus enĩ primo cõcipit volũtatẽ peccãdi: ſecũdo parturit ꝑ conatũ adimplẽdi:tertio parit in actu peccati. Et ſic,[Lacũ]inferni[apuit]cõcipiẽdo[& effodit eũ]parturiẽdo,[& incidit in foueã quã fecit]pariẽdo.Hoc per ſimile dicitur,qa ſicut ille qui cadit in foueã quã fecit, in eo punitur in quo volebat aliũ lædere, ita qui facit peccatũ,prius ſibi nocet.Et ideo [Conuertetur dolor eius].i.appetitus inordĩnatus, qui eſt in omni peccato,& qui nõ poteſt niſi per dolorem expiari [in caput eius].i.in animã eius, quæ eſt caput corporis, [& in verticẽ ipſius].i.in rationẽ intellectualẽ,quæ eſt interior vis animæ[iniqtas eius deſcendet].i.æterna pœna pro iniqtate.Ratio enim maxime punietur in inferno: quia duplici pœna .ſ. igne & verme. Caro autem tantum igne. Et quia hæc perfectus iſte euaſerat,laudat Deum & dicit:[Confitebor domino]confeſsione laudis.i.laudabo dñm [ſecũdũ iuſtitiã eius] id eſt,propter iuſtitiam eius,quia iuſtus eſt, & ſic bo-

nos protegit,& malos iuſtè punit:[& pſallam] rectè operando:bene viuendo: quia vox ſine opere nõ placet. Nec ad gloriã meam,ſed[nomini dñi altiſsimi].i. ad honorem nominis Dei,non gloriã meã querendo.

PSALMVS VIII.

¶Pſalmus de Chriſti magnificentia,honore,& gloria. Propheta in perſona eccleſiæ & omniũ fidelium: ſpiritu ſancto illuminatus,laudes domino noſtro Ieſu Chriſto in hoc pſalmo decantat ita incipiens:

DOmine]oĩm per potẽtiã & creationẽ:q es[dñs noſter]per cultũ & regenerationẽ[quã admirabile].i.valdè admirabile & grande[eſt nomẽ tuũ].i.gloria & fama[in vniuerſa terra] nõ tãtũ in Iudæa,quia à ſolis ortu v.ad oc.laud.nomẽ dñi. Et in his oĩbus eſt nomen dñi admirabile & glorioſũ.[Qm̃ eleuata eſt]loco[magnificẽtia tua].i.dignitas & gloria de terrena humilitate[ſup cælos]ad literã vel[ſup cęlos]oẽs.i.ſup oẽs rationales creaturas,angelicas.ſ. & humanas,q.d. A mortuis reſurgẽs in cęlũ aſcẽdiſti, & q̃a humilis videbaris,magnificus apparuiſti.Et[Ex ore infantiũ & lactãtiũ].ſ.puerorũ hebręorũ[pfeciſti laudẽ]qñ in tẽplo clamabant laudãdo tuã diuinitatẽ & dicẽdo:Oſanna.i.obſecro,ſalua in excelſis. Salutẽ enĩ cęleſtẽ nullus dat niſi De⁹,vel [Ex ore infan.& lactã.].i.ſimpliciũ, q ſugũt duo vbera.ſ.duo teſtamẽta: [perfeciſti].i.perficies[laudẽ]. Hoc impletum fuit qñ apoſtolos viros ſimplices miſit prædicatũ,& ab horũ pręedicatiõe creuit eccleſia. Et tã hi q̃ã illi dicũtur infantes & lactãtes nõ ꝓpter ętatẽ,ſed ꝓpter ſimplicitatẽ.Et hoc feciſti[ꝓpter inimicos tuos].ſ.gẽtiles mũdi ſapiẽtes confutãdos,et[vt deſtruas inimicũ].i. errorẽ Iudaicũ,Chriſti & chriſtiani nominis perſecutorẽ[& vltorẽ].i.hæreticũ q ſe dicit veritatis defenſorẽ.Quos tu dñe confudiſti & deſtruxiſti,cum te inſpirante ad fidem tuam venerunt paruuli, & in ſuo errore remanſerunt qui ſibi prudentes videbãtur, vnde & ſubditur:[Qm̃ videbo].i.iã per ſpiritũ ſanctũ præuidebo

piſcentijs,qa nō niſi in Deo eſt vera lætitia: [pſallā].i. laudabo opere bono [nomini tuo].i.ad honorē noīs tui,ô[altiſsime]qui ſecūdū ſubſtātiā hic nō cognoſceris,qa in iudicio futuro apparebit Chriſti ſolęnnitas. Sequitur lętitię & laudis cauſa:qa[In cōuertēdo].i.dū cōuerteres[inimicū meū].ſ.diabolū[retrorſū,]ne tm̄ noceat ſicut ante aduētū tuū faciebat,[infirmabūtur] .ſ.ipſe diabol⁹ & miniſtri eius, ne nocere poſsint nūc bonis,[& peribunt]in die iudicij[à facie tua].ſ.gratiæ & gloriæ,quādo tollētur ne videāt regnū Dei & mittentur in ignē æternū . Inde etiā lætabor, [Qm̄ feciſti iudiciū meū].i. qm̄ pro me iudicatus es iniuſtè coram Pilato[& cauſam meā]qa pro peccatis meis mortuus es qui debebā mori, vel[Qm̄ fe.iudi.meū & cau.meā] .i.iuſto iudicio ſeparaſti me,& fideles credentes ab infidelibus obſtinatis [ſediſti ſuper thronū] iudiciariæ poteſtatis tanquā rex potentiſsimus & iuſtiſsimus,faciendo iuſtitiā prædictę diſcretionis[qui iudicas iuſtitiā].i.iuſtè nūc in iudicio diſcretionis , & in fine iuſtè iudicabis in iudicio diſcuſsionis.[Increpaſti gētes].i. Gentiles,per prædicationē apoſtolorū,de peccatis & infidelitate[& perijt impi⁹[qā iuſtificatus fact⁹ eſt pius, vel[perijt impi.].ſ. diabolus amiſſa poteſtate ſup gētes fideles, [nomē eorū deleſti] qa pri⁹ vocabātur impij idololatræ,& filij diaboli,nūc autē iuſti & filij Dei vocātur:& etiā noīa idolorū perierūt de terra fideliū [in æternū &]pro.i.[in ſeculū ſeculi.]Et propter oēs iſtas cauſas,[Inimici].ſ.ipſi⁹diaboli[defecerūt]p tuos prædicatores[frameæ].ſ. rebelliones & diuerſi errores,quibus tanquā gladijs occidit animas [in finē].i.p Chriſtū: qa poteſtas & virtus eius eſt valde diminuta, & ex parte defecit p Chriſtū in aduentu primo,& oīo & plenariè deficiet in ſecūdo,[& ciuitates eorū].i. tēpla idolorū vbi adorabātur dæmones[deſtruxiſti,]qa illa tēpla ſunt iā deſtructa.Et verè deſtruxiſti,ita quod [Perijt memoria eorū] .i. ritus idolorū [cū ſonitu].i. p p̄dicationē apoſtolorū et ſanctorū [& dn̄s in æternū

perma-

pmanet]qa regnũ dñi noſtri Ieſu Chriſti eſt ſtabile inęternũ.Dñs quidẽ permanet inęternũ in ſeipſo:ſed ad alios iudicãdos. [Parauit in iudicio]quo iudicatus eſt [thronũ ſuũ].i.ſedẽiudiciariã,qa p patiẽtiãacquiſiuit iudicij poteſtatẽ,[& ipſe iudicabit orbẽ terrę].i.hoĩes orbẽinhabitãtes [in ęquitate]oĩbus reddẽs digna meritis,[iudicabit populos in iuſtitia] hæc eſt expoſitio pręcedẽtis.[Et]interim ne inimicus noceat[factus eſt dñs refugiũ]in malis vitãdis[paupi]ſpiritu.ſ.populo catholico.Et etiã[adiutor]in bonis agẽdis[in opportunitatibus].i.in tpe oportuno.ſ.in tribulatione auxiliũ & cõſolationẽ ei dãdo.[Et]ideo ô dñe[ſperẽt in te dñe q nouerũt nomẽ tuũ]per verã fidẽ.Nomen Dei, dñs eſt:quod nomẽ bene nouit:q ei libẽter vt dño ſeruit:[qm̃ nõ dereliquiſti]abſq; cõſolatione[querẽtes]p charitatem [te] non aliud ô[dñe]cũ quo nemo poteſt querere trãſitoria.Ergo ô vos quos querẽtes nõ derelinqt,[Pſallite dño].i.mãdata eius ſeruate.Pſallere eſt, modulari cum inſtrumẽto quod dicitur pſalteriũ, quę modulatio fit tactu manuũ.Pſallit ergo qui cũ exultatiõe & mẽtis iucũditate bonũ opatur.Et hoc debet fieri,qa hilarẽ datorẽ diligit Deus[q habitat in Syõ]q̃d eſt ſpeculatio.i.in eccleſia militãte, quę nũc contẽplatur deũ p ſpeculũ & in triũphãte,quia ibi dñs facie ad faciẽ videtur.Et [annũciate inter gẽtes].i.pdicate inter gẽtiles viuentes [ſtudia eius].i.legẽ euãgelicã, quã ipſe Chrs ſtudioſè docuit,verbo & exẽplo.Cõſtãter aũt prædicate & nõ timeatis mortẽ.[Qm̃]ipſe dñs[regrẽs ſanguinẽ eorũ].i.vindictã pro effuſione ſanguinis eorũ,qui annũciant[recordatus eſt] ipſorũ occiſorũ ſanguinẽ vindicãdo in ipſos hoſtes,& eos glorificãdo.Et qm̃ ita reqrẽs ſanguinẽ eorũ recordatꝰ eſt : patet quod [nõ eſt oblitus clamorẽ pauperũ]ſpũ humiliũ.Et ſubdit quis ſit iſte clamor, in perſona pauperis cuiuſlibet & eccleſiæ.[Miſerere mei dñe]mihi cõpatiẽdo [vide] intuitu miſę.i.attẽde & adiuua.Aſpectus enim Dei auxilium eſt:[humilitatem meam] id eſt,afflictionem &

dolorē[de inimicis meis].i.à tyrannis mihi illatā. Tu dico vide [Qui exaltas].i.liberas [me de portis mortis].i.de prauis cōcupiſcentijs et actionibus: quæ ſunt introitus quibus itur ad mortē animę [vt annuntiem omnes laudationes tuas].i. omnia laudabilia præcepta tua, vnde lauderis exiſtens [in portis filię Syon].i. in bonis ſtudijs & actib⁹ quę ſunt introitus, qbus itur in eccleſia ad cœleſtem hieruſalem. Et quia ita exaltas me, ideo [Exultabo] & gaudebo [in ſalutari tuo].i. in ſalute qua me ſic ſaluas. Sed gentes non ſic, quia [infixæ ſunt].i.intus fixæ clauis peccatorum [gentes] quę volunt occidere ſanctos [in interitu quem fecerūt ſanctis. Occidēdo enim corpora ſanctorū, interfecerūt animas ſuas [In laqueo iſto quē abſconderūt].i. in fraude quā ad fallēdū tegūt, [cōprehēſus eſt pes eorū].i.alligatus eſt eorū affectus: qa laqueis inextricabilibus inuoluūtur: nūc reatus et culpæ: et in futuro dānationis et pœnę. Pes animę eſt amor: qui ſi prauus eſt, dicitur cupiditas qua inclinatur ad terrena, vel libido qua inclinatur ad carnalia. Si rect⁹ eſt dicitur charitas, et tūc erigitur ad æterna. Et tādē [Cognoſcetur dn̄s] in futuro iudicio ab omnib⁹ [iudicia faciēs] manifeſta, q nūc facit occulta, q.d. Peccatores in iudicio per effectū iuſtitię cognoſcēt dn̄m, licet modò nō velint cognoſcere eū. Quia [in operib⁹ manuū ſuarū] et merito operū ſuorū [cōprehēſus eſt peccator] et conſtringetur in eis. Ipſa enim opera praua, et peccata iudicāt et puniūt peccatorē: quia De⁹ nō quæri t alios teſtes, quā vitā et cōſciētiā. [Cōuertātur].i.conuertētur: quia prædicit nō optat [peccatores in infernū] ne voluptatib⁹ vltra gaudeāt, qui cōuerti noluerūt ad dn̄m. Et quos peccatores dicit, exprimit.ſ. [oēs gentes quæ obliuiſcūtur Deū] in fine vitæ moriētes ſine remedio pœnitētiæ. Hūc etiā obliuiſcitur q mortaliter peccat. Boni verò ecōtra præmiū accipiēt. [Qm̄ nō in finē] et finaliter [obliuio erit pauperis] apud Deū, et ſi hic affligitur [patiētia pauperū] qua modò malos portāt [nō

peribit

peribit in finẽ].i.nõ erit indotata: quia pro patientia habebũt vitã æternã.Vt autẽ patiẽtia pauperũ nõ pereat ex perſecutione Antichriſti.[Exurge dñe] in auxiliũ pauperũ[nõ cõfortetur]& prçualeat[homo]purus.ſ.Antichriſtus,quaſi humum ſapiens, nec præualeat ſanctis[iudicẽtur]& cõdẽnẽtur [gẽtes] crediture in eũ[in cõſpectu]& iudicio [tuo] quia poteſtas iudiciaria data eſt ipſi Chriſto,vel[iudi.].i.iuſto iudicio in peccatũ præcipitẽtur.Et hoc totũ [in cõſpectu tuo] ô dñe,quia te nõ latebit.Et verè ita erit:quia[Cõſtitue] .i.cõſtitues & cõſtitui permittes[dñe]propter peccata eorũ [legiſlatorẽ].i. Antichriſtũ.qui prauam legẽ afferet, qua peruertet eos[ſuper eos] in onus:quia te & legẽ tuã bonã noluerũt recipere. Et hoc permittes vt: [ſciãt gẽtes] per experiẽtiã [qm̃ homines ſunt].i.fragiles & ſtulti,quę punitorẽ ſuũ receperũt,vel[ſciãt]& experiãtur cũ cõdẽnati fuerint in iudicio [qm̃ ho.ſũt] .i.ſe eſſe homines,& nõ poſſe Deo reſiſtere. Dyapſalma,Propheta videns preſſuras quib' fideles affligẽtur tẽpore Antichriſti,quęrit quare Deus permittit,d.[Vt quid dñe receſsiſti]à tuis tẽpore Antichriſti [longe]à bonis,quia tãta erit perſecutio,vt videatur Deus deſeruiſſe populũ fidelẽ [deſpicis].i.admodũ deſpiciẽter te habes[in opportunitatibus in tribulatiõe].i.deſpicere videris,quia finis tribulari,qa [Dũ ſuperbit impius].ſ.antichriſtus[incẽditur paup].i. populus chriſtianus ſibi inobediẽs cruciatur,omni genere cruciatus,ſed[cõprehẽdũtur].i.capiẽtur ad pœnã ipſi impij .ſ.Antichriſtus & ſatellites eius[in cõcilijs quibus cogitãt].ſ.cõprehẽdere & irretire ſanctos. Cogitabunt enĩ cruciare chriſtianos & ipſi à diabolo cruciabũtur in inferno.Ideo aũt ſupbit impius.[Quõniã laudatur peccator].ſ.Antichriſtus à ſuis adulatorib'[in deſiderijs animæ ſuæ].i.in impletione deſideriorũ ſenſualitatis ſuę, [& iniquus benedicitur] & exaltatur quaſi Deus,ab ijs q ſibi blãdiũtur.Antichriſt' dicitur peccator in Deũ.Iniquus in proximũ.In Deũ peccabit deſiderio

ſiderio,in proximum facto. Et ideo [Exacerbauit].i. irritauit[dñm]verũ [peccator] Antichriſtus,vt ab eo puniatur[ſecundũ multitudinẽ iræ ſuæ].i.iræ Dei cõtra ſe prouocatæ[nõ quæret].ſ.pœnitentiã,ſed obſtinatus morietur,quia[Nõ eſt Deus in cõſpectu eius]vt ipſum,& bona ſua,oculo fidei vel intellect⁹ reſpiciat, & oculo affectus vel charitatis appetat. Et hoc patet quia[inqnatę ſunt vię illius].i.cogitationes,locutiones,& opera per peccatũ[in omni tẽpore]vitę ſuę.Et hoc ideo,quia ǫ̇ Deus[Auferũtur iudicia tua]qbus retribuis vnicuiq; ſecũdũ opera ſua[à facie eius].i.mẽte. & cõſpectu eius[omniũ inimicorũ ſuorũ].ſ. chriſtianorũ[dñabitur]ſed corporũ tm̃. Dicitur enĩ oẽs reges ſuperaturus vt ſolus regnet. [Dixit enĩ in corde ſuo] apud ſe cogitãdo,[nõ mouebor à generatiõe in generationẽ]qa ex nimia elatiõe, reputabit dñiũ ſuũ,ſtabile[ſine malo].ſ.cuiuſcũq; pœnę,ſemper ero. Hęc in corde,ſed quid in ore.[Cuius maledictione os plenũ eſt].i.blaſphemijs & cõtumelijs, Chriſtũ blaſphemãdo[& amaritudine].i.amaris verbis,& minis,ſanctis cõminando[& dolo .i. blãdis verbis.,& inſidijs alios decipiendo[ſub lingua eius labor & dolor] quia præcipiet laborẽ & dolorẽ infligere ſanctis.[Sedet in inſidijs]hoc vnicè agens vt ſanctis ſtruat inſidias [cũ diuitibus]& elatis huius ſæculi, ſibi adhærentibus [in occultis].i.ambiguis vt non facilè intelligatur [vt interficiat innocentẽ].ſ.populum fidelẽ.[Oculi eius in pauperẽ]ſpiritu .ſ. populũ chriſtianum [reſpiciunt] odiosè,vt deſtruat & noceat[inſidiatur]pauperi iuſto ad perdendum[in abſcõdito]malitiã occultãdo[quaſi leo]propter vim,& ſæuitiã occidẽdi[in ſpelunca ſua] propter fraudulentiã decipiendi, in miraculis & modis alijs. Ad quid[Inſidiatur] per dolum & fraudulentiam[vt rapiat pauperẽ]per vim & violentiam [rapere]inquam[pauperem]ſequiendo[dum attrahit eum] ad rete ſuum blandiendo.[In laqueo ſuo]id eſt,in inſidijs.ſ.fraude & dolo,[humiliabit eum].ſ.pauperem

&iuſtum opprimendo.Sed quia ſe exaltauit[inclinabit ſe]diuina virtute [& cadet] ſubito à dominio ſuo [cum dominatus fuerit pauperũ]chriſtianorũ ſeruorum Dei. Et merito cadet.[Dixit enim in corde ſuo] ſic cogitãdo ,[oblitus eſt Deus].ſ.pauperũ,vt eos ſaluet, vel mei, vt puniat[auertit faciem ſuã] quaſi non curando[ne videat]illos vel me [in finem] id eſt, imperpetuum . Laborans ergo tunc eccleſia qua nauis in tempeſtate, Deũ tanquã dormientẽ excitat, d.[Exurge dñe Deus].i.cito veni ad ferẽdũ opẽ [& exaltetur manus tua]id eſt, manifeſta fiat potentia tua , contra Antichriſtum ad deijciendum ipſum [ne obliuiſcaris pauperũ] dimittendo eos in perſecutione Antichriſti.[Propter quid] enim[irritauit].ſ.ſuis blaſphemijs ad iram prouocauit[impius]Antichriſtus [Deũ]non credens eũ punitorem. Et ſubdit quid fuit.ſ.pręſumptio:[dixit enim in corde ſuo] cogitãdo,& per effectũ male agẽdo[nõ requiret]Deus ad puniẽdũ ea quæ facio.Sed nõ eſt ita, nã tu [Vides].i.noſcis [vt].i.qualiter[tradas eos] .ſ.Antichriſtũ & cõplices ſuos [in manus tuas]vltrices .ſ.tuæ potẽtiæ & iuſtitiæ.i. in poteſtatẽ iudicij tui.Et hoc ideo[qm̃ tu laborẽ & dolorẽ] quẽ infert ſanctis tuis[cõſideras].i.attẽdis. Et merito ſuccurres pauperi,eũ tuẽdo à potẽte:quia[Tibi derelictus eſt pauper]ſpiritu .i. populus chriſtianus tuendus[orphano] cui mortuus eſt,pater, mundus,& mater,cõcupiſcẽtia eius.i.populo chriſtiano : q tũc videbitur ſine patre,ꝓtegẽte,& matre cõpatiẽte[tu eris adiutor]miſericorditer eũ ꝓtegẽdo . Ergo[Cõtere brachiũ].i.potẽtiã[pctõris]antichriſti:q dicitur ꝑ excellẽtiã pctõr,quãtũ ad ſe[& maligni]quãtũ ad ꝓximũ.Et verè cõteres:qm̃[q̃retur pctm̃ illius] ĩ. neqtia ſua, an ſit amplius neceſſaria ad purgationẽ electorũ[et nõ inuenietur]ad iſtud poſthac vtilis:qa ſufficiẽter erũt purgati,vel[q̃retur pctm̃ il.]vt iudicet̃ de eo[et nõ inue.] ipſe,quia peribit ꝓpter peccatũ ſuũ.Itaqꝫ antichriſtus peribit q ad tẽpus regnauit: ſed [Dñs regnabit]cęleſti

regno

regno cũ ſanctis ſuis [inæternũ & in ſeculũ ſeculi].i. per omnia tẽpora & ſecula, quia regni eius nõ erit finis. Sed [peribitis] vos ô [gentes].i. peccatores aſſeclę Antichriſti [de terra illius [.ſ. de terra viuẽtiũ, expulſi à regno ipſius, in infernũ. Sed pauperes habebũt: quia [Deſideriũ pauperũ] quo exoptãt in anguſtijs diẽ dñi: eſſe cũ Chriſto cupiẽtes [exaudiuit dñs] vt eos liberaret: & in regnũ ſuũ aſſumeret. Et cõuertẽs ſermonẽ ad Deũ per methapſalmũ ait, [præparationẽ].i. diſpoſitionem [cordis eorũ] qua tibi per patiẽtiã ſeruire parati erant, [audiuit] ô Deus [auris tua].i. potentia tua, vel miſericordia, qua exaudis, vt quod concupierant in ſpe, fruantur in re. Deſideriũ autẽ pauperũ eſt hoc .ſ. re [Iudicare].i. vt iudices [pupillo & humili].i. populo catholico & fideli, de ſe nõ præſumenti, quod fiet in iudicio finali, vt ſeparatis iuſtis ab impijs, iam non vltrà præualeant mali nocere bonis: vnde ſequitur, vt non apponat vltra] poſt iudiciũ [magnificare ſe homo] ille ſuperbus. ſ. Antichriſtus [ſuper terram] ſicut fecit.

PSALMVS X.

¶ In hoc pſalmo propheta agit perſonam eccleſiæ uel fidelis in domino confidentis: & ita contra uerſutias prauorum ſe defendentis, dicit:

IN dño] qui eſt ſpes ſalutis [cõfido].i. totã fiduciam & ſpẽ meã pono [quomodo ergo ô hæretici & praui [dicitis] verbis vel factis ac ſi diceretis [animæ meę].i. mihi, per Synecdochen, [tranſmigra] à tuo [in montem] aliũ. ſ. ſuperbiæ & vanitatis .i. in vos, qui eſtis mõtes per ſuperbiã [ſicut paſſer] auis leuis, & inſtabilis. Et cõuertẽs ſe ad alios: ideo inquit in dño cõfido: & ideo ô fideles in eo eſt fidẽdũ. [Qm̃ ecce peccatores]. ſ. hæretici & praui homines [intenderũt arcũ] doloſæ perſuaſiõnis & maligni operis [parauerũt ſagittas ſuas in pharetra].i. parata habẽt in corde verba venenoſa [vt ſagittent].i. vt decipiant [in obſcuro].i. inſidioſè [rectos corde] intentione & fide .i. ſimplices & fideles. Deinde conuertit ſermonẽ ad dñm, d. Ideo

etiã neceſſe eſt ô dñe vt in te cõfidatur. [Qm̃ quę perfeciſti] .i. ſcripturas ſacras quas perfectè ędidiſti ad inſtructionẽ fideliũ [deſtruxerũt] malè exponẽdo, & peruertendo. Et iterũ cõuertẽs ſe ad alios ſubiungit: [iuſtus autẽ] .i. Chriſtus qui & alios iuſtificat [quid fecit] .i. faciet. Et reſpõdet: quia reddet bona bonis, & mala malis. Et primo dicit, quod bonos in ipſis habitãdo ſanctificat: vnde dicit, [Dñs] omniũ per potẽtiam & creationem, eſt [in tẽplo ſancto ſuo] .i. in quolibet iuſto per gratiã, vt faciat eos ſibi tẽplũ [dñs in cęlo ſedes eius] .i. in anima fideli vt faciat eã cœlũ .i. ſecreta ſcientẽ. Nec ſolum inhabitãdo ſanctificat dñs bonos, ſed protegẽdo cuſtodit: vnde ſequitur, [Oculi eius in pauperẽ] ſpiritu [reſpiciũt] ad miſericorditer adiuuãdum [palpebræ eius] .i. ſubtilitas diuinitatis eius, qua ſecreta cognoſcit [interrogant filios hominũ] nõ ſolũ exterius, ſed etiã interius .i. ꝓbat qualis quiſq; fuerit: ſcrutatur enim cogitationes & actus hominũ. Et hoc adhuc manifeſtius dicit, cũ ſubiungit: [Dñs interrogat] .i. probat et examinat per tribulationes [iuſtũ et impiũ] .i. bonũ et malũ: et de conſcientia vtriuſq; iudicat [qui autẽ diligit iniquitatẽ] ex affectu et deſiderio peccando [odit animã ſuã] .i. nocet animæ ſuæ: quia per hoc præparat eam gehennæ. Deinde oſtẽdit quid faciat dñs malis, d. [Pluet ſuper peccatores] .i. effũdet dñs in iudicio [laqueos] vt nõ poſsint euadere pœnas [ignis] .i. ardor inextinguibilis: [ſulphur] .i. fætor intolerabilis [& ſpiritus procellarum] .i. impetus plurimorũ tormentorũ [pars calicis] .i. afflictionis [eorũ] .ſ. quã meruerunt, quia citra meritũ punientur. Hæc autẽ ideo reddet bonis & malis. [Quoniam iuſtus] eſt [dñs] in ſe, & ideo diligit ſui ſimiles: vnde dicit [& iuſtitias dilexit] in alijs. Et [æquitatẽ] ſecũdũ vtrãq; partem .ſ. bonorũ & malorũ [vidit] .ſ. approbando [vultus] .i. cognitio & prę́ſentia [eius]. Eſt autem equitas, vt factis digna rependat, vt iuſtis præmia, & peccatoribus pœnam impingat.

PSALMVS XI.

¶ *Propheta in hoc pſalmo agit de periculis & uanitatib⁹ huius ſeculi: a quibus eccleſia uel quilibet fidelis petit liberari orans cum propheta & dicens:*

SAluũ me fac dñe] à ſeculi hui⁹ vanitate periculis & malis [qm̃ defecit ſctũs].i. ſanctitas in hoïbus: qa pauci ſancti & veraces ſunt, cõparatiõe alioꝝ. Et verè defecit ſanctitas, qm̃ defecit veritas: vnde ſeqtur, [qm̃ diminutæ ſunt veritates à filijs hoïm] .ſ. veritas vitæ, doctrinę & iuſtitię, & regnat in eis prauitas vitę, doctrinæ & iudicij. Et verè diminuta eſt veritas: quia creuit falſitas: vñ ſeqtur, [vana locuti ſunt] .i. falſa & inutilia [vnuſquiſq; ad ꝓximũ ſuũ] decipiẽdũ. Proxim⁹ eſt oĩs homo, & ideò cũ nullo malè eſt agendũ. Quia ipſi exerẽtes [labia doloſa].i. doloſi in verbis. Cõſuetudo enĩ ſcripturæ eſt hoïem cẽſeri noĩe eius rei, quæ in ipſo dñatur [in corde & corde].i. duplici corde [locuti ſunt] in ore fidelitatẽ exprimẽdo, ſed in corde deceptionẽ. Sed [Diſꝑdat dñs] vt paſsim pereãt [vniuerſa labia doloſa] nõ ipſos hoïes, ſed doloſitatẽ labiorũ ipſorũ [& linguã magniloquã].i. ſuperbã: magna & alta de ſe ipſa loquẽtẽ, vt ſe magnificet. Et meritò diſperdendi ſunt. [Qui dixerũt] hoc.ſ. [linguã noſtrã magnificabimus].i. eloquentiã famoſam efficiemus] labia noſtra à nobis ſunt].i. facũdia noſtra noſtro ingenio imputanda eſt, [quis noſter dñs eſt?] à quo.ſ. vt à dño prædicta recognoſcamus, & cuius nos regulæ ſubijciamur, q.d, Nullus. Hæc prædicta dicũt & faciũt mali: ſed cõtra malignitatẽ ſeculi dicit, & facit De⁹ pater quod ſequitur: [Propter miſeriã inopũ] .ſ. gẽtiliũ tollẽdã [& gemitũ pauperũ].i. Iudęorũ cõſolãdũ [nũc] .ſ. tẽpore gratię: quod nõ in priori populo feci: [exurgã] ad liberãdũ gen⁹ humanũ.i. apparebo in filio mittẽdo eũ [dicit dñs] pater, vel [Propter miſe.inop.& ge. pau.].ſ. iuſtorum, qui de malis gemũt, & pro peccatis cõterũtur tollendã [nũc exur.] vel [Propter miſ.inop. & ge.pau,.]ſ. exiſtentium in lymbo [nunc ex.] ad liberandum

berandum eos, per Chriſtũ.[Ponã] .ſ. auxilium eorũ [in ſalutari].i. in Chriſto Ieſu:qui eſt ſalutare Dei & ſaluator mundi[fiducialiter].i. potenter & efficaciter [agam in eo].i. per eũ, genus humanum redimẽdo:& ipſe fiducialiter aget,quia nihil ei reſiſtet. Erat enim docens eos ſicut poteſtatẽ habens: addens legi, & mutans quædã pro ſua volũtate. De cuius prædicationis luce & cõmendatione (contra hoc quod ſupra dixerat de loquacitate pręſũmptuoſorũ) propheta ſubiungit, d:[Eloquia dñi].i. verba Chriſti, & doctrina euangelica, ſunt [eloquia caſta].i. nullo mendacio adulterata: & veriſsima ſine vlla falſitatis ſpecie, vel [Eloquia do. elo. caſta,] id eſt, caſtè loquentia, & ad caſtitatem inducentia, & eam docẽtia. Et ipſa ſunt ſicut [argentum igne examinatum,] quia per tribulationis fornacem, probata ſicut argentũ dulciter auribus ſonãt. Et[probatum terræ].i. ſeparatũ à terrenis ſordibus: & [purgatũ ſeptulũ] id eſt, perfectè & vniuerſaliter ab omni impuritate, quia ſeptenarius eſt numerus perfectionis, vel [purg. ſeptu.] id eſt, per ſeptiformem ſpiritum purificata. Et propter illud quod ſupra dixerat de malis, Diſperdat dñs etc. ſubdit hic de bonis conuertens ſe ad dñm, & d: Ergo, [Tu dñe] non noſipſi [ſeruabis nos] in bono conſeruando hic & in futuro [& cuſtodies nos] à malo protegendo, ducendo [à generatione hac] ſeculi praua & peruerſa [in æternum] id eſt, ad æternam beatitudinem. A generatione mortali in immortalem. Et vt magis oſtenderet ſe indigere tali cuſtodia, ſubdit: [In circuitu impῇ ambulãt].i. dęmones circumeunt vt fideles decipiant, 1. Pet. 5. Aduerſarius veſter, tãq̃ leo rug. circuit. Sed quoniã electi euadũt inſidias dęmonũ & malorũ ſubdit, [ſecũdũ altitudinẽ tuã].i. ſicut decet tẽ altũ, nõ ſecũdũ meritũ noſtrũ [multiplicaſti filios hoĩm] iuſtos, ratione vtẽtes, non numero diuitiarũ, ſed numero meritorũ, multiplicaturus tãdẽ numero præmiorũ. PSAL. XII.

¶ *Hic pſalmus eſt oratio eccleſiæ vel fidelis petentis a miſe-*

a miſerijs & periculis huius ſeculi liberari, & ne in mortalia corruat peccata, uel moriatur: in cuius perſona dicit pſalmiſta:

VSquequo dñe].i.quãdiu[obliuiſceris me]quaſi nõ habens curã mei. Nunquid vſq[in finẽ] & penitus,q.d. Quare me permittis affligi ſemp, quaſi oblitus ſis mei? [vſquequo auertis] quaſi me oderis[faciẽ tuã].ſ.gratiæ tuæ[à me] à miſerijs & tribulationibus me non liberando?[Quandiu ponã] & voluã[cõſiliain anima mea]anxius quęrẽdo remedia, quomodo liberer ab hijs miſerijs. Et quãdiu ponam [dolorẽ in corde meo p diẽ?].i. omni die & quaſi cõtinuè.i.quamdiu dolere neceſſe erit pro peccatis proprijs:pro alienis:pro dilatione à patria: pro incolatu præſentis miſeriæ. Pro hijs enim quatuor,dolorẽ dicit ſe concepiſſe vir iuſtus. Et [Vſquequo exaltabitur inimicus meus].ſ.diabol⁹, vel mũdus, aut caro[ſuper me?]ad me tentandũ,& affligendũ? Toties ſuper nos inimicus exaltatur:quoties ab eo ſuperamur[reſpice] oculo miſericordiæ tuæ cõtra auerſionem [& exaudi me]liberando ex tanta tribulatione[dñe].i.ſaluator: cuius ego ſum ſeruus[Deus].i.creator cuius ego ſum creatura[meus]per gratiã: ſed omniũ Deus per potẽtiã[Illumina oculos meos].ſ.interiores cordis & mẽtis,vel intellectum meũ,& affectũ,luminę tuæ gratiæ, vt videam mala vitanda, & bona facienda [ne vnquã obdormiã in morte] peccati,ſeu mortalis culpæ,[nequando dicat inimicus meus].ſ.diabolus, gloriando de caſu meo:[pręualui aduerſus eũ]ſeduxi vel vici eũ. Seducto enim homine, gaudẽt diabolus & ſui. Quia, [Qui tribulãt me].ſ.diabolus & ſui, varijs tẽtationibus impetendo[exultabũt ſi motus fuero] à ſtatu gratiæ in ſtatũ culpę:[ego autẽ in miſericordia tua ſperaui,]cõfidens per te ab iſtis tribulationibus liberari, & non dimoueri à miſericordia tua, qui nequeo per me virtutem propriã. Et quia ſpes in Deo, lætitiã generat cordis:ideo[Exultabit cor meũ, in ſalutari tuo].i. in Ieſu Chriſto, vel in virtute tua ſaluante [cãtabo dño]

corde,

corde.ſ.cordis lætitia.i.ad laudẽdñi [qui bona] ſpiritualia multa & magna,& etiã tẽporalia neceſſaria[tribuit mihi]plusquã merui, & ſpero quod dabit bona æterna [& pſallã] opere [nomini] .i.ad honorẽ noĩs [dñi altiſsimi]& propter hoc digniſsimi. Quia enim altiſsimus eſt, ideo laudari debet,q.d: Cũ gaudio gratias agã,corde, voce, & opere. Vel ſic:[Illumina oculos meos ne vn.ob.in morte].i.ne moriar in ſomno mortalis culpæ[nequãdo dicat inimicus meus prę ua. ad.eũ]nã in puncto mortis eſt finis belli.[Qui tribulant me exul.ſi motus fuero]ex vita præſenti cũ peccato mortali[ego autem in miſericordia tua ſperaui] quæ tunc ſuccurret mihi. [Exultabit cor me . in ſalutatari tuo].i.in ſpe ſaluationis tuæ[cãtabo dño,qui bona tribuit mihi].ſ.bona naturæ,& ſpero quod tribuet bona gratię & gloriæ etc. PSAL. XIII.

¶ *In hoc pſalmo propheta loquitur de peccatore quolibet deploratiſſimo qui Deũ negat factis, non tamen uerbis.Ergo talis perditi hominis deſcribit conditionẽ propheta,dicens:*

DIxit inſipiẽs]i.peccator in malis perſeuerãs [in corde ſuo]nõ tantũ ore,vel facit ac ſi dicat,[nõ eſt Deus]qui mala puniat vel videat:quia ſi Deũ crederet,remuneratorẽ bonorũ & vindicem malorũ, ita deploratiſsimè nõ peccaret. Et omnes huiuſmodi [Corrupti ſunt]in ſe vitijs & peccatis[& abominabiles].i.odibiles [facti ſunt]Deo & angelis ac hominibus bonis[in ſtudijs ſuis].i.in vijs & affectionibus ſuis malis,vel in adinuentionibus peccatorũ.Et qa à Deo recedũt[non eſt qui faciat bonũ[ex illis [non eſt]dico [vſq; ad vnũ].i.nec etiã vnus,quia de talibus malis & deprauatiſsimis,non eſt vnicus qui faciat bonũ meritoriũ.Sed ſunt inexcuſabiles quia[Dñs de cęlo proſpexit]pro ſua miſericordia [ſuper filios hominũ] vt pœnitẽtes ſaluaret, diligẽter admonẽdo eos per ſuos prædicatores,tanq̃ eorũ prouidã curã gerẽs [vt videret ſi eſt intelligens]corde per verã cognitionem [aut requirens]opere,per bonam operationẽ [Deũ] man-

data eius ſequẽdo.Sed proſpiciens hoc inuenit, quod [Omnes declinauerũt]ab ipſo bono incõmutabili ad bona cõmutabilia,[ſimilis inutiles facti ſunt]ruentes de peccato in peccatũ [nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt vſq; ad vnũ]vt ſupra.Inſuper : [Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ]quia verba fętida,& inſidioſa proferunt, quibus alios occidunt,[linguis ſuis doloſè agebant] mala ſub ſpecie boni ſuadendo ad proximi deceptionem[venenũ aſpidũ].i.documẽtum peſtiferũ,eſt[ſub labijs eorũ]ad fidei corruptionẽ. [Quorum os maledictione].i.blaſphemijs contra Deum[& amaritudine].i.minis & terroribus contra proximum [plenũ eſt]quia is abundat[veloces] ſunt [pedes eorũ] .ſ.affectiones animæ,& pedes corporis [ad effundendum ſanguinem].i.ad occidendum corporaliter & ſpiritualiter.Ideo:[Contritio & infœlicitas] eſt [in vijs eorum]id eſt,pro vijs eorum.ſ. operibus malis, quia querunt conterere proximum,ea de cauſa currunt ad infernum,vel[Contritio & infe.in vijs eorum] quia in peccato fœlicitatem nõ inueniunt, & ideo miſeri [&]id eſt,quia[viam pacis]verè, ad Deum & proximũ meritoriam vitæ æternæ[non cognouerunt].i. cognoſcere per operationem noluerunt, vel [viã pacis non cognouerunt].i.pœnitentiã quæ ducit ad pacem. Dicitur autem pœnitentia rectè via pacis, quia per pœnitentiam non aliter recõciliatur homo deo. Et horum omniũ cauſa eſt, quia [non eſt timor Dei] quo retrahantur à malo[ante oculos eorũ] & ideo ad malum currũt ſine freno. Timor enim Dei,fugat peccatum,& vrget ad bonũ.Sed [Nonne cognoſcẽt]Deũ eſſe[omnes qui operantur]perſeuerãter[iniquitatẽ?] nũc ſine timore,q.d: Non aliter oculos eorũ aperiet pœna,quos modo claudit culpa,[qui deuorant plebẽ meam].ſ.populũ chriſtianum:ſpoliando, detrahẽdo, occidendo.Et hoc[ſicut eſcam panis].i.quotidie,ſicut panis eſt quotidianus cibus.Inde autẽ eis tanta cæcitas,quia[Dñm non inuocauerũt].i.diuinã opem non

implorauerũt: ſi enĩ inuocaſſent, ſalui vtiq; fuiſſent. Et ideo [illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor] quia propter eorũ malitiã, dñs immittit eis etiã ſi nõ ſit qui perſequatur timorẽ in pœnã ipſorũ. Vt enim eſt cautela oportunè timere, ita ignauia eſt, inepte trepidare. [Qm̃ dñs in generatione iuſta]. i. iuſtorum [eſt] in præſenti per inhabitantem gratiã: & erit in futuro per ſuperabundantem gloriam. Et hoc cognoſcent reprobi, quando in damnatione ſua, d: Nos inſenſati vitã illorum æſtimabamus inſaniã: Sap. 6. Sed non eſt in vobis ô peruerſi, qui [cõſiliũ inopis] id eſt, Chriſti, qui pro nobis pauper factus eſt, vel cuiuſlibet imitatoris ipſius, quem imitabuntur homines ſi in eo ſolo ſpem ponant, non in ſæculo [confudiſtis] id eſt, confuſum iudicaſtis: quia magis vobis placent terrena q̃ cœleſtia. Et contempſiſtis eũ [quoniã dñs ſpes eius eſt] id eſt, quia ſperat in Deo, non in homine. Sed ô ſtulti [Quis] alius [dabit ex Syon]. i. ex ciuitate cœleſti procedens [ſalutare] id eſt ſalutem: [Iſrael] id eſt, populo fideli, id eſt, quis ſaluabit fideles niſi ipſe dñs, cuius conſiliũ ſpreuiſtis? q. d: Nullus alius. Quia [cum auerterit dñs captiuitatem plebis ſuæ]. i. cum damnauerit diabolum, qui detinet populum ſuũ, & mortale hoc indueri t immortalitatem, tunc [exultabit Iacob] id eſt, luctator & ſupplãtans vitia: per quẽ ſignificantur actiui homines [& lætabitur Iſrael] id eſt, vir videns Deum, & meditans cœleſtia: per quem ſignificantur contemplatiui.

PSALMVS XIIII.

¶ In hoc pſalmo propheta agit de militia digne militãtium in præſenti eccleſia, & de uirtutũ exercitijs deducentibus poſt militiam ad cæleſtia. Velut ergo ſacerdos petens reſponſum, dicit:

DOmine quis habitabit] dignè. ſ. p̃ſeuerãter [in tabernaculo tuo]. i. in p̃ſenti militãte eccleſia, dimicãs ſtrẽnuè in ea, vbi militam⁹ cõtra carnẽ, mũdum & diabolũ. Tabernaculũ enĩ eſt propriè militãtiũ: vnde

& dicitur eccleſia militans: in qua perinde ac in tabernaculo ſumimus arma contra hoſtes.ſ.ſacraméta, [aut quis requieſcet]poſt militiam & laboré[in mõte ſancto tuo?].i.in ęterna beatitudine,& in eccleſia triumphante.Æterna beatitudo dicitur mons, quia bene munita eſt contra hoſtes: & quia nihil interponitur inter ipſam & verũ ſolé: Et quia mons eleuatur à terra, & extra terrã & ſup terrã: ita iſta beatitudo potior hac vita eſt,ſed oportet vt homo amplectatur eã in hac vita.Et reſpondet per has virtutes decéſequétes,decem ad atria cæleſtia perueniri.Prima,[Qui ingreditur]in hac vita[ſine macula].ſ. mortalis culpæ, & infamiæ.Secũda,[& operatur iuſtitiã].i.opera bona. Tertia,[Qui loquitur veritatem in corde ſuo] nec in labijs ſuis,ſed vt corde,ita & animo loquitur vt cor verbis conſonet.Quarta,[qui non egit dolũ in lingua ſua].i.qui nõ decipit proximũ médacijs & verbis falſis.Quinta,[Nec fecit proximo ſuo malũ].i.nõ nocuitei.Sexta,[& opprobriũ]detractionis[non accepit].i.gratũ nõ habuit:prolatũ[aduerſus proximos ſuos].i.temerè vel libenter non credidit criminatori vel detractori,ſed potius diſplicet,& nec ipſe criminatur vel detrahit.Septima,Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius].ſ.viri iuſti, vt nihil in ipſum valeat [malignus].ſ.diabolus vel homo male ſuggerens,à quibus non potuit cogi,vt noceret alijs, vel [malig.] homo.ſ.iniuriæ illator,vel proximi criminator, qué pro nihilo ducit, quia non eſt aliquo honore dignus [timétes auté dñm].i.verè virtutibus cõſpicuos[glorificat].i.honorat.Scit enĩ in ijs habitare Deũ. Octaua,[Qui iurat proximo ſuo].i.firmiter promittit[et non decipit]quia promiſſum reddit. Hoc eſt, ſi iurat, implet quod promiſit.Nona,[qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſurã]ſed gratis dat mutuũ,nihil inde ſperãdo. Decima,[et munera ſuper innocentes nõ accepit] ad deprimendũ cauſam innocentis[& ad euertédũ ipſius cauſam.Sequitur cõcluſio,[Qui facit hæc] quæ dicta

ſunt:

ſunt: & qui ſic militat in via[nõ mouebitur inæternũ] quia in præſenti non mouebitur à ſtatu gratiæ, & ſic perueniet ad ſtatũ gloriæ, & regnabit in patria.

PSALMVS XV.

¶In hoc pſalmo propheta loquitur de Chriſti paßione, reſurrectione, & ad dexterã patris aſſumptione. Primo ergo Chriſtus *vel propheta in perſona Chriſti ad patrem orans, dicit:*

CONſerua me].i.cõtinuè ſerua me, & quos mihi cõmiſiſti periculorũ ſocios, ô [dñe] pater [qm̃ ſperaui in te]nõ in me. Hoc dicit pro infirmãtibus mẽbris ſuis, quæ transformat in ſe. Nos enĩ qui puri hoĩes ſumus, cõſeruatione indigemus [dixi] tibi [dño]patri[Deus meꝰ es tu].i.mei hoĩs:& in eo quod ſum homo, & verus Deꝰ[qm̃ bonorũ meorũ nõ eges] ſed ego ſecũdum quod homo, & mei egemus bonis tuis. Deus enim pater nullo bono creato indiget: & ideo nõ eget bonis Chriſti vt hoĩs. Deinde cõuertens ſe ad auditores, narrat quæ bona dñs pater ſibi pręſtiterit, d:[Sãctis].ſ.apoſtolis & aliꝭs fidelibus[qui ſunt in terra eius].ſ.in eccleſia ſancta, [mirificauit] dñs pater.i.miras fecit & mirabiliter impleuit[oẽs volũtates meas]& deſideria. Et hoc fecit[in eis].i.in emolumẽtũ eorũ. Volũtas enim Chriſti erat, vt illi fierẽt ex impiꝭs piꝭ & iuſti. Sed prius, [Multiplicatę ſunt infirmitates eorũ].i.multiplices intellexerũt ſuas eſſe infirmitates. Et hoc vt gratiã deſiderarẽt: vnde addit, [poſtea accelerauerũt]currentes ad medicũ, vt eos ſanaret ad medicinã pœnitẽtię vt purgaret. Et quia infirmos & peccatores ipſum humiliter cõfitentur, ideò à cœleſti medico ſanari ꝓmerẽtur. Idcirco adiũctũ eſt, [Nõ cõgregabo cõuẽticula eorũ de ſanguinibus].i.nõ erunt cõuẽtus eorũ carnales, ſed ſpirituales. Spiritualis enĩ eſt religio noui teſtamẽti[nec memor ero noĩm eorũ] quę peccãdo ſibi accerſiuerãt[ꝑ labia mea]nõ vocãdo eos poſt hac peccatores, ſed iuſtos & Dei filios. Quia ergo in hæreditatẽ dñi trãsferũtur, rectè ſubiungitur, [Dñs].ſ.pater eſt[pars].i.portio & præmiũ [hæredi-

tatis meæ]id eſt,ſanctorũ qui ſunt hæreditas mea, vel eſt[pars hæ.meæ].i.portio hęreditaria mei ipſius & meorũ,q.d:habebũt mecũ & poſsidebũt hæreditatẽ nẽpe ipſum dñm[&]eſt pars[calicis mei].i.pręmium meæ paſsionis & merces.Deinde conuertẽs ſermonẽ ad dñm,ait:Et[tu es] ò dñe pater [qui reſtitues hæreditatẽ meã]æternę glorię[mihi]& meis membris:vel [qui reſtitues hę.m.mihi].i.fideles meos qui per peccatum ceciderãt.Sed nemo putet ſe hæreditatẽ cõſecuturũ niſi pręclarus ſit:quia ſeqtur,[Funes ceciderũt mihi in p̄claris].i.in ſanctis,ſiue inter ęos, qui diuina electione Chriſto ceſſerũt.Sicut enĩ diuidim⁹ hæreditatẽ funibus:ita Deus fide,ſpe & charitate ſuis hęreditatẽ elargitur,qbus ceciderũt funes quũ ad hęreditatẽ p̄uenerũt.Nõ autẽ niſi in præclaris,quibus magis placuit cœleſtis claritas q̃ terrena, ſpirituales virtutes q̃ tẽporales honores:[etenĩ hęreditas mea].i.eccleſia fideliũ[pręclara eſt mihi] per abũdãtiã gratiæ & ſanctitatis,licet id nõ mundanis videatur apud quos ſancti abiecti habẽtur,vnde[Benedicã dñm].ſ.patrẽ, gratias ei agendo[qui tribuit mihi intellectũ]qa aĩa Chriſti à principio ſuę creationis,fuit repleta oĩbus ſciẽtijs,vel [q tribuit mihi].i.mẽbris meis mihi cõiunctis[intel.] quo Deũ cognouerũt,vel[intel.]quo iſta hęreditas videri poſsit & credi.Videri in patria,& credi in via[inſuper]propter hoc benedicam dñm quod [& vſq; ad noctem].i.vſq; ad mortem [increpuerunt me] id eſt, increpauerunt vexando iniurijs & blaſphemijs[renes mei]id eſt,Iudæi ex quibus ſecundũ carnem exiui.Et ſic in proſperis & aduerſis gratias agit , & Deũ benedicit.Et in iſtis iniurijs: [Prouidebam dñm in cõſpectu meo ſemper]id eſt,continuè, non deflexi oculum meum à Deo patre.Anima enim Chriſti à principio ſuæ creationis habuit cõtinuè claritatẽ diuinæ viſionis.Et meritò prouidebam[quoniam à dextris eſt mihi]id eſt,fauens propitius mihi aſsiſtet & protegit [ne commouear]aliquo motu inordinato,ex iniurijs

mihi

mihi illatis. Humanitas enim Chriſti eſt organum diuinitati coniunctum, & ideo non poteſt moueri ad aliquid niſi pro voluntate, & ob id in Chriſto non potuit eſſe aliquis motus inordinatus. Et [Propter hoc].ſ.quod ita mihi fauet dn̄s ac protegit me [lætatum eſt cor meũ] interius in continua fruitione [& exultauit lingua mea] prorumpens in laudẽ diuinã exterius: ſicut dicitur Lucæ 11. In illa hora exultauit Ieſus in ſpiritu ſancto, & dicit: Confiteor tibi do. pater etc. vel [& exultauit lin. mea] gaudio exteriori promittendo alijs gaudiũ. Tũc enim eſt perfecta lætitia, quando gaudiũ quod conceptũ eſt in corde, profertur in ore [inſuper] præter prędicta [& caro mea] ad literã [requieſcet] in ſepulchro ſine putrefactione ꝑ triduũ, [in ſpe] reſurrectionis futuræ. [Qm̄ non derelinques] ô tu pater.i.nõ patieris detineri [animã meã] vitã diuinitati à carne relictã [in inferno].ſ. in lymbo ſanctorum patrũ, imò eam reuiues corpori, & per eã animas ſanctorũ ibi captiuas liberabis [nec dabis ſanctũ tuũ].i. corpus meũ impollutũ & à te ſanctificatũ, non permittes [videre corruptionẽ].i. experiri putrefactionem, quia [Notas mihi feciſti vias vitæ].i. humilitatem & obedientiam, quibus oportet homines redire ad vitã, qui per ſuperbiã & inobediẽtiã, prolapſi ſunt in mortẽ, q.d: Meritò humilitatis & obedientiæ quas oſtendi in paſsione, perueniã ad gloriam reſurrectionis: vnde ad Philip. 2. Humiliauit ſeipſum, factus obe. etc. propter, vel [Notas mihi feciſti vi. vitę] accelerando tẽpus meę reſurrectionis [adimplebis me lętitia cũ vultu tuo] q̃a tunc gloria aīę Chriſti fuit cõpacta corpori, ex eo habuit corpus glorioſum, vel [adim. me lę. cũ vul. tuo].i. aſſumptus ex tua manifeſta viſiõe gaudebo, & claritate diuina lætabor [delectationes] vitæ ęternę erũt mihi [in dextera tua] poſito [vſq; in finẽ].i. ęternaliter, quia dignitas ſeſsionis huius, inerit Chriſto homini ſemper & ſine fine. ¶ Poteſt exponi hic pſalm' de quolibet fideli, q̃ eſt mẽbrũ Chriſti expectãs

 reſur-

reſurrectionē futurā,& collocationē ſui, ad dexteram cum aliŋs electis.

PSALMVS XVI.

¶ Pſalmus ſequens exponitur ut ſit oratio Chriſti tēpore paſſionis. Orat ergo Chriſtus non pro ſua neceßitate, ſed pro noſtra inſtructione. Propheta ergo in perſona Chriſti inſtante paßione, dicit:

EXaudi]ô[dñe]pater[iuſtitiā meā] .i. me ratiōe iuſtitiæ, quæ dat efficaciā orationi [intende].i. diligenter auſculta[deprecationē meā] quæ eſt de malis amouēdis & cauēdis. Et[Auribus] clemētiæ tuæ & pietatis [percipe] .i. perfectè cape [orationem meā]de bonis adhibēdis & cōſeruādis. Orationē inq̃ prolatā [nō in labŋs doloſis] ſed ſimplicibus. Deinde ſubiungit quid petat,q.d:hoc peto,vt [De vultu tuo] .i.de beneplacito tuo, quēadmodū proſpicit vtilitati Eccleſiæ,non ad id quod volūt Iudæi,qui nomē meū extinguere volunt[iudiciū meū] quo iudicatus ſum ſub Pilato[prodeat].i.exeat in publicū ,ad notitiam omniū gentiū.Et[oculi tui] .ſ.miſericordiæ tuæ [videāt æquitatē]retribuēdo mihi gloriā reſurrectionis. [Probaſti]ò dñe pater[cor meū] .i. probatū oſtendiſti [& viſitaſti nocte].i.tribulatione[igne] .ſ. tribulationis.Tribulatio dicitur nox quia perturbat: & ignis qa exurit,[me examinaſti] ſicut metallū]& nō eſt inuēta in me iniqtas]eo .ſ.quod iniquitatē nō fecit. Et adeò nō eſt inuēta in me iniquitas. [Vt nō loquatur os meū opera hominū,]ſed opera tua ò pater.i. nihil locutus ſum niſi quod ad tuā gloriā ptineat.Et[propter verba labiorū tuorū].ſ.quę ꝓceſſerūt de labŋs tuis.ſ.ꝓphetis,ne fierēt irrita, ſed ſicut ꝓmiſiſti pacē p mortē meā fieri ſic impleretur. [ego cuſtodiui vias duras] .i. vias difficiles,nēpe paupertatis: afflictionis, paſsionis. Et [Perfice].i.vt per hoc perficias[greſſus meos] .i. duo præcepta charitatis,quibus itur ad Deū.Et hoc [in ſemitis tuis].i.arctioribus pręceptis tuis[vt nō moueātur veſtigia mea]mea charitatis officia in Deū et proximū,ſed ſemper ſint in corde.Deinde petit Chriſtus

à Iudæis

à Iudæis perſequẽtibus liberari, d: [Ego clamaui] non tã clamore exteriori quã interiori [qm̃ exaudiſti me Deus]. i. quoniã dediſti mihi fiduciã impetrãdi. Et [inclina aurẽ tuã]. ſ. miſericordię tuę [mihi] humili [et exaudi] ad effectũ perducendo [verba mea] quę ſequũtur. ſ. [Mirifica miſericordias tuas]. i. innoua, et fac eas nouas et mirabiles, ne vileſcãt. Tũ mirificat dñs miſericordias ſuas, quũ ex iniuſto iuſtũ facit. Tu inquam [qui ſaluos facit ſperantes in te,] nõ in ſe vel in mũdo. [A reſiſtentibus dexteræ tuę,]. i. à Iudæis qui reſiſtunt affectu nõ effectu fauori tuo, quo mihi faues. Ab his inquã, [cuſtodi me vt pupillã oculi]. i. ſic tenerè & diligẽter, quẽadmodũ homo cuſtodit pupillã oculi ſui, quæ tenerrimè diligitur & cuſtoditur. [Sub vmbra]. i. ſub teguméto [alarũ tuarũ,]. i. ſub muniméto charitatis & miſericordiæ tuæ [protege me à facie]. i. ab inſtantia [impiorũ]. ſ. Iudęorũ [qui me afflixerunt] perſequẽdo. Et opus eſt vt protegas, qa [Inimici mei]. ſ. Iudæi [animã meã]. i. vitã [circũdederũt] conſilijs & inſidijs vt eã perderent: adipem ſuũ]. i. viſcera miſericordiæ [cõcluſerũt]. i. intus clauſerũt, perſequẽtes me abſq; vlla miſericordia, [os eorũ locutũ eſt ſuperbiã] dicendo: aue rabbi: Et ſi filius Dei es d. de c. etc. [Proijciẽtes me nũc] extra ciuitatẽ, ad crucifigendũ, q. d. ad tẽpus. Nũc autem regnũ meum nõ eſt hinc, [circũdederũt me] in cruce pendentẽ: [oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrã] ne amitterent locũ & gentẽ, eũ occiderũt, & tamẽ ob illã ipſam cauſam ſe ſuóſq; amiſerunt Deo volente, qui cõprehẽdit ſapiẽtes in ſapiẽtia ſua. [Suſceperũt me] Iudæi à diſcipulo tradẽte à præſide Pilato iudicãte [ſicut leo paratus ad prædã] reſpectu maiorũ. ſ. Phariſæorũ & Scribarũ [& ſicut catulus leonis] reſpectu minoris populi, aſſentiẽtis maioribus [habitãs in abditis]. i. cogitãs de inſidijs. Sed [Exurge dñe] pater ad vindicãdũ qui videris dormire & nõ curare, [præueni eũ]. ſ. Iudaicũ populũ [& ſupplãta eũ] i. ſubſterne & penitus deijce [eripe animã meam] me

ſuſci-

ſuſcitando[ab impio]diabolo, ne eam in inferno teneat, ſicut tenebat animas iuſtorũ[frameã tuã].i.animam meã ſupple, eripe [ab inimicis manus tuæ] .i.à dæmonibus & Iudæis. Framea dicitur anima iuſti, quæ vincit aduerſariũ.[Dñe] pater[à paucis] illis qui receſſerunt in regnũ Agrippę per admonitionẽ angeli,[de terra diuide eos in vita eorum] diſpergẽdo eos per diuerſa loca,dũ captiuitatẽ patiuntur, ſicut videmus,Quia[de abſconditis tuis]id eſt,de peccatis quæ Deus non videt per approbationem, & quæ abſconduntur à lumine veritatis tuæ,vel[de abſ.tuis] id eſt, de diuitijs & bonis terrenis adimpletus eſt venter eorum]id eſt,ſatiata eſt carnalitas & deſideriũ eorũ.[Saturati ſunt filijs].i.operibus malis, obſequendo prauitatibus ſuis[& dimiſerunt reliquias ſuas] .ſ. peccatorum & maledictionis[paruulis ſuis,] dicentes:Sanguis eius ſuper nos & ſu.fi.noſtros.Illi autẽ,[Ego autẽ]dicit Chriſt⁹[in iuſtitia]quã exercebor [apparebo] in iudicio[conſpectui tuo] .i. in beneplacito tuo. Et cũ Iudæi ſatiabũtur modo immũdicia: ego[ſatiabor] mundicia in ſanctis meis,vel [ſatiabor]ſalute generis humani:de q̃ cõmot⁹ego,dixi in cruce,Sitio,[cũ apparuerit gloria tua]æterna ſanctis in iudicio. ¶ Poteſt & hic pſalmus exponi vt ſit oratio iuſti in tribulatiõe poſiti q in tribulatione ſic clamat ad deũ:[Exaudi dñe iuſti.meã]non à me,ſed à te mihi datã.Iuſtitia enĩ vim vocis habet apud Deũ & penetrat cęlũ. Fęlix q talẽ ſe ad orandũ p̃parat vt in oratione iuſtitiã ſuã prętẽdere valeat[intẽde]etc. Et adeò iuſtus ſum[Vt non loquatur os me.opera ho.].i.vt non aliud procedat de ore meo,quàm illud quod ad laudẽ & gloriã tuã pertinet, & nihil præter te loquar ac in lingua mea nõ peccem, quod eſt perfectorũ,vt dicit Ambroſius:Nõ mediocrè periculũ eſt cũ habeas tãta eloqa Dei & opa quę fecit, illis prętermiſsis loquaris,& audias quę ſæculi ſunt. Et[propter verba la.tuorũ].ſ.mãdata & cõſilia adimplẽda[ego cuſto.vi.duras] tribulationũ & virtutum.

Duras

Duras nolentibus, ſed ſuaues volẽtibus. Et [Perfice g. m. in ſe. tuis].i. in cõſilijs Euãgelicis, quæ habentur in præceptis propter viã tritiorẽ, quia breuior eſt altera [vt non mo. v. mea] à perfectione euangelica. [Mirifica miſericordias tu.].i. fac eas mirabiles in me, etc. [Inimici mei].ſ. dęmones & mali hoïes [animam me. circũ.] diuerſis tẽtationibus [adipẽ.ſ. cõclu.] auerſantes meã miſericordiã [os eorũ lo. eſt ſuper.] id eſt, cõtra Deũ blaſphemiã. [Proijciẽtes me].i. intendentes me proijcere ab omni honore [circũ. me] ne poſsim euadere [oculos ſ. ſta. Deo in terrã].i. in iſta terrena, nec eleuãtes oculos in cælũ. [Suſceperũt me ſ. leo etc.].i. admodũ crudeliter tractauerũt me. [Exurge dñe] exercendo potentiã tuã [præueni eũ].i. eos fraudendo à propoſito ſuo [eripe animam m. ab imp.].ſ. diabolo [fra. t. ab ini. ma. tuæ] id eſt, potentiã temporalẽ quã dediſti malis hominibus, qua nocent bonis aufer ab eis. [Dñe à pau. de terra d. eos in v. eorũ] id eſt, à iuſtis qui pauci ſunt, ſi cum malis cõferantur: ſepara malos ne poſsint eis nocere [de abſ. tuis].i. auro & argento & lapidibus precioſis quæ tu creaſti in occultis terræ, [adimpletus eſt v. eorũ:] nam per iſta haberi poſſunt oẽs delicię [Saturati ſunt fil.].i. operibus malis: [& dimiſe. rel. ſuas].ſ. peccatorũ [paruulis ſ.].i. poſteris eorũ imitatorib⁹. Illi ergo impleti ſũt immũdicia. [Ego autẽ in iuſti.] in præſenti iuſtè viuẽdo [ap. cõ. tuo].i. in præſentia tua. Et [ſatia.] in futuro cæleſti refectione, & replebor omni gaudio [cum ap.] & manifeſtabitur ſanctè [gloria tua] æterna: quæ ſatiat appetitum humanũ, eo quod ibi cõſequatur bonũ ſupremũ. Fœlices oblatarũ deliciarum, & vanitatũ obliti, merebũtur ibi ſatiari.

PSALMVS XVII.

¶ In hoc pſalmo continẽtur multa ſacramẽta, & diuerſa eccleſiæ tẽpora. Ea autem quæ primo hic ponuntur, poſſunt indifferenter in uoce Chriſti ſeu eccleſiæ accipi, & ad utriuſq; perſonam referri. De ſpirituali ergo liberatione Chriſtus gratias agens, ait:

Diligam]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DIligam te dñe] qui dignus es quauis dilectione: qa es [fortitudo mea] effectiuè.ſ.p quẽ fortis ſum ad reſiſtẽdũ aduerſarijs, & ad exercendũ bona. Deinde mutãs perſonam, cõuertit ſe ad homines dicẽs: [dñs] eſt [firmamẽtũ meũ] ꝓpugnãs me, ne ventis tẽtationũ mouear [& refugiũ meũ] ad quẽ accedo cũ me premit aduerſitas [& liberator meus] à poteſtate inimicorũ. [Deus meus] qui me creauit, eſt [adiutor meus] & cooperator in bono, [&] ideo [ſperabo in eũ] p quẽ ſaluabor in futuro. [Protector me⁹] me defendens cõtra inſidias malorũ, [& cornu ſalutis meæ]. i. firma propugnatio, ad ſalutẽ cõtra inimicos fortes [& ſuſceptor meus] per gratiã. Et ideo nõ ingratus, [laudãs] nõ me, ſed dñm pro euaſione malorũ & adeptione bonorũ [inuocabo dñm] ad pſeuerãdũ, [&] ſic [ab inimicis meis] viſibilibus & inuiſibilibus, [ſaluus ero] per ipſius adiutoriũ. Et meritò ab inimicis ſaluari deſidero: quia [Circũdederunt me] vndiq; [dolores mortis]. i. inſidię inimicorũ, quibus ſatagũt me ad mortẽ trahere, [& torrentes iniquitatis]. i. trãſitorij impetus iniquorũ admodũ torrẽtis impetuosè currentiũ [conturbauerũt me. Dolores inferi]. i. mali ſocij in infernũ torrendi [circũdederũt me] ab omni parte. Et rectè mali ſocij dicuntur dolores inferi: quia malorũ ſocietas quodãmodo eſt vnus ex doloribus inferni: vt econtrario bonorũ ſocietas, vnũ erit ex gaudijs paradiſi, [præoccupauerũt me laquei mortis]. i. præuenerũt me deceptiones iniquorũ, quas tẽdebant vt caperent me ad mortẽ. Sed [In] hac tanta [tribulatione mea inuocaui dñm] adiutorẽ: quod eſt vnicũ aduerſus mala remediũ [& ad Deũ meũ clamaui] validè: quod plus eſt quã inuocare: quia notat vehementiã inuocationis, [Et] quia clamaui [exaudiuit de tẽplo ſancto ſuo vocẽ meã]. i. de cælo, quod eſt tẽplũ gloriæ Dei [& clamor meus]. i. deuota oratio, quę eſt [in conſpectu eius]. i. in corde, in quo Deus videt, quæ non tã vocis quàm cordis eſt, quia mentis noſtrę

deſide-

deſideriũ clamor eſt in conſpectu Dei [introiuit] ſimilitudine fidelis nũcij [in aures]potentiæ & clemẽtię[eius].Hoc autẽ modo audit,quia tẽpore aduentus Chriſti prædicantibus apoſtolis, [Cõmota eſt] interius ad pœnitentiã [& contremuit] exterius pro peccatis,audito quod futurũ eſſet iudiciũ[terra].i.peccatores ſeu terrena corda carnaliũ [fundamenta].i.ſpes [montiũ].i.ſuperborũ confidentiũ in terrenis [conturbata ſunt & cõmota ſunt].i.ſublata, vt iam fiducia mũdi nõ habeat firmitatẽ in cordibus hoĩm [quoniã iratus eſt eis].i.quia innotuit eis ira Dei ſup illos vẽtura,ſi nõ mutarẽtur.Et ita, [Aſcendit fumus] .ſ. lachrymoſę cõpunctionis à corde ad oculos[in ira eius] i.in conſideratione iræ eius cũ nouiſſent quod minetur Deus[&]poſt pœnitẽtiã[ignis].ſ.clarus ſine fumo .i.motus puræ charitatis & amoris, [à facie eius] .i. à notitia eius exarſit].i.ardere cœpit.Et ita,[carbones] .i.peccatores obſcuri & tepidi[ſuccenſi ſunt ab eo].ſ. igne ad amorẽ Dei,& rurſus reuixeruut : & hoc aduenien te filio Dei,qui [Inclinauit cælos] .i . exinaniuit & humiliauit ſe verbũ , [& deſcendit] ad nos:naturã noſtræ humanitatis in vnitatẽ ſuæ perſonæ aſſumẽs: et ita humiliauit cœleſtia,ſubdens angelos humanæ naturæ[et caligo].i.diabolus,qui dicitur caligo formaliter,quia luce caret et effectiuè,quia efficit caliginẽ peccati,mẽtes hominũ obnubilans , eſt[ſub pedibus eius].i.à dñi poteſtate calcatur : quia per humilitatem incarnationis et paſsionis Chriſtus de ipſo triumphauit . [Et] ipſe qui deſcendit [aſcendit ſuper cherubin] quod in hoc ſenſu accipi poteſt, quia ille ordo ſeruiebat ei quando aſcendit,non ad neceſſitatem, quia propria virtute aſcendit, ſed ad honorem,vel[aſcen.ſ.che.] quia ſecundũ humanã naturã, exaltatus eſt ſuper omnẽ angelicã celſitudinẽ, [& volauit].i.velociter aſcẽdit[volauit] inquã[ſuper pẽnas vẽtorũ].i.citius quã vẽti, vel [volauit] .i. eleuatus eſt [ſuper] pen . vento.] .i. contemplationẽ animarum:

quia

quia eminentia eius ſuperat virtutes animarũ,quibus ad Deũ contemplandũ in altum ſe attollunt. Nullus enim intellectus poteſt eum cõprehẽdere. [Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ].ſ. obſcuritatẽ ſacramẽtorũ, in quibus ipſe lateret,nec ſuos deſereret. Latuit enĩ diuinitas in carne: remiſsio peccatorum in baptiſmo: Chriſtus in altari ſub panis & vini ſacramento. Et q̃uis lateat,tamẽ[in circuitu eius] eſt [tabernaculum eius].i.credentes,in quibus hoc tẽpore habitat & militat ambiunt & adhærent ei. Nec tamẽ vidẽt eũ apertè per ſcripturas veteres:quia [tenebroſa aqua] eſt[in nubibus aeris].i. obſcura ſcientia & doctrina eſt in prophetis: qui à terrenis eleuati inferioribus cõpluũt verbũ dei. Sed lux vera has tenebras illuminauit,quia [Præ fulgore].i.à claritate quæ eſt[in conſpectu eius] qua manifeſtè conſpicitur[nubes].ſ.apoſtoli vicinius eũ contẽplantes[tranſierũt]à Iudæis ad gẽtes. Et ipſi facti ſunt[grando]obiurgando & dura corda feriẽdo [& carbones ignis] humana corda fidei & charitatis ardore inflammando.[Et intonuit de cælo dñs].i. de prædicatoribus per quos loquitur verba cõminationis contra malos de pœnis æternis [& altiſsimus dedit vocem ſuã]ſuauẽ.ſ.promiſsionis,quæ eſt de præmijs æternis,tanquã[grando & carbones ignis[etc.vt ſup. Ipſa enim prędicatio apoſtolorũ nõ tam apoſtolica erat quã dñica, quia ipſe in eis loquebatur. [Et] ad hoc faciendũ[miſit ſagittas ſuas].ſ. prædicatores pennis virtutũ, recta itinera tranſuolantes & corda pungẽtes[& diſsipauit eos]ad quos miſsi ſunt,vt alijs eſſent odor vitæ in vitam,alijs odor mortis in mortẽ: [fulgura multiplicauit].i. miracula coruſcãtia in cordibus auditorũ, [& cõturbauit eos]bona cõturbatiõe .ſ.ad pnĩam[Et apparuerũt]auditorib' [fontes aquarũ]ſaliẽtiũ in vitã ęternã.i.profunditates ſcripturarũ, vel fontes ſunt vulnera Ieſu Chriſti, quæ ſunt fontes aquarũ.i.gratiarũ vel doctrinarũ vbi debet prædicator haurire quod alijs p̃dicet; [& reuelata ſunt fundamenta

mēta orbis terrarū].i.reuelati & intellecti ſunt ꝓphetæ,qui antè nō intelligebātur:ſup quos ædificatur orbis terrarū credēs dño.i.eccleſia vniuerſali ex toto orbe collecta. Orbis terrarū dicitur eccleſia, qa ſicut extra orbē nihil eſt,ita q eſt extra eccleſiā nihil eſt.Et hęc oīa facta ſunt[Ab increpatiōe tua dñe] intus eos te increpāte[ab inſpiratione ſpiritus irę tuę].i.ſancto ſpiritu incutiēte eis timorē irę tuę. Deinde loquitur eccleſia: quę oſtēdit quo ordine iſta facta ſunt,[Miſit]de⁹pater filiū[de ſum.].i.de cęlo,vel de ſinu ſuo[& accepit me] eccleſiā ſpōſam.Conſenſus aīorū ſpōſi & ſpōſę ꝑceſſit in Abel primo iuſto.In vtero virginis fuit cōiūctio corporū.In futuro erit traductio in propriā domū[& aſſumpſit me]in hęreditatē:vocādo[de aqs multis].i. de multitudine populorū & Gentiliū.[Eripuit me]& ſaluauit[de inimicis meis fortiſsimis].i. à vitijs quæ ſuper inimicos nocent[& ab his qui oderunt me].i. exterioribus inimicis,& à mundo, carne & diabolo. Et neceſſe erat[quoniā confortati ſunt ſuper me] robore & poteſtate. [Præuenerunt me].ſ.inſidijs[in die afflictionis meæ]id eſt,in tēpore tribulationis & perſecutionis[& factus eſt dñs protector meus]protegēs me ne ſuccumberē:quia eccleſia aucta eſt per afflictiones.[Et eduxit me] de anguſtijs tribulationis [in latitudinē] conſolationis ſpiritualis .ſ.fidei & charitatis [ſaluū me fecit]triplici ſalute.ſ.corporali,ſpirituali,& gloriæ:glorię verò non adhuc in re, ſed in ſpe & fide [qm̄ voluit me].i.quia placuit ei, nō ex meritis meis, [Et]poſt[retribuet mihi dñs ſecūdū iuſtitiā meā]gratiā in pręſenti,& gloriā in futuro:[& ſecūdū puritatē manuū mearū retribuet mihi].i.ſecūdū innocētiā operū meorū,q dedit vt facerē.Et hoc,[Quia cuſtodiui vias dñi].i.pręcepta eius ꝑ quę itur ad Deū[nec impiè geſsi à Deo meo]recedendo per peccatū. Et hoc ideo feci [Qm̄ oīa iudicia ei⁹,] tā ꝑ̄ſentia q̄ futura [in cōſpectu meo] ſemp ſūnt, quorū quędā ſunt in ꝑ̄ſenti.ſ.flagella corrigēdorū & tētatiōes ꝓbādorū; q̄dā in futuro .ſ.præ-

.ſ.præmia iuſtorũ & pœnę impiorũ [& iuſtitias eius] .ſ.flagella, tentationes: quas mihi iuſtè inflixit [nõ repuli à me] quaſi diſplicẽtia, ſed patiẽter tuli. [Et] ſicut cœpi ita [ero immaculatus cũ eo] perſeuerando in innocentia mea [& obſeruabo me ab iniquitate mea].i. non conuertar ad iniquitatẽ, in qua prius fui. Et retribuet mihi dñs] in futuro in reſurrectione iuſtorũ [ſecundũ iuſtitiã meam] erga proximũ, [& ſecundũ puritatem manuũ mearũ].i. ſecundũ innocentiã operum, quantũ ad me [in cõſpectu oculorũ eius] quia ipſe aſpicit quicquid homo in mãdatis Dei operatur, vel retribuet illud quod eſt in conſpectu eius.ſ. æterna quæ homines non vident, ſed ſolus Deus. Et prius egit de iuſtitia, oſtendit quomodo iſta habeatur, admonens ſocietatẽ bonorũ eſſe expetendam: malorũ autẽ fugiendũ eſſe, d: [Cũ ſancto] .ſ. qui ſanctè viuit [ſanctus eris] quia propter eius ſanctã vitã, ad ſancta opera exercẽda prouocaris [& cũ viro innocẽte] qui malũ alijs non infert, & vitã vitijs nõ corrũpit [innocens eris] nulli nocendo, & à vitijs abſtinẽdo. [Et cũ electo] ad bona vitæ æternæ [electus eris] eũ imitando [& cum peruerſo [in vita & moribus [peruerteris] malis eius exẽplis.i. peruerſus eris. A cõuictu enim mores hauriuntur, et qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea, vel ſupra conuertit ſermonẽ ad dñm, et quaſi cũ gratiarum actione dicit: O dñe meritò tecũ erũt immaculati, quia tu [Cũ ſan.ſ.eris].i. adiuuas ſanctos in ſanctitate: quia es ſanctus natura, alios ſanctificans gratia [& cũ viro in.inn.eris].i. innocẽtes adiuuas, in innocẽtia, quia innocẽs es natura. [Et cũ electo ele.eris].i. ab eo quẽ eligis eligeris: quia antequã ipſe te eligat, tu eũ eligis: [& cũ per.peruerteris].i. à peruertẽte vias tuas te auertis. Et hoc ideo, [Qm̃ tu populũ humilẽ] de ſe nõ præſumẽtẽ & pœnitentiã agentẽ [ſaluũ facies] & in cælo exaltabis [&] ecõtrario [oculos ſuperborũ] .i. ſuperbos. In oculis enĩ manifeſtatur affectus ſuperbiæ [humiliabis] & in infernũ deijcies. Deinde progrediẽs eccleſia

quod

quod enũciauit, orat d:[Qm̃].i. ex q̃[tu illuminas lucernã meã dñe].ſ.doctores eccleſiæ, in qbus eſt lux & cognitio veritatis, qua illuminãtur alij, [deus me⁹ illumina] etiã p eos [tenebras meas].i. aĩas obſcuratas p peccata, vel[Qm̃ tu il.lu.m.dñe] donãdo fidẽ [illumina] etiã[teneb.m.] operũ meorũ: vt q̃d teneo credẽdo, ſequar opeiãdo. Te rogo & meritò[Qm̃ in te].i.p te nõ p me[eripiar à tẽtatiõe] diaboli, mũdi & carnis, [& in Deo meo].i. in virtute Dei mei, nõ in mea[trãſgrediar murũ].i. cõgeriẽ & duritiã peccatorũ, qui me impediũt ad facere bonũ. Et verè p eũ eripiar:& in eo trãſgrediar: qa[Deus meus] nominatiuus iſte abſolutè cõſiſtit, vt locũ habeat ſequẽs relatio, cũ dicit[impolluta] eſt[via eius] ſine qua venit in nos.ſ. fides, ſine qua venit ad nos.ſ. beata virgo Maria, ſine qua venim⁹ ad ipſum.ſ. charitas[eloqa dñi].i. Chriſti ſunt [igne ſancti ſpũs[examinata].i. p̃cepta eius ſunt adeò mũda, vt nullis cõfuſionib⁹ adulterari poſsint. Et hic talis[protector eſt omniũ ſperãtiũ in ſe] nõ præſumentiũ de ſe. Nullus enĩ excipitur à protectione eius, niſi q ſperare negligit. Et meritò ſperãdũ eſt in illo, [Qm̃ quis Deus præter dñm] dñorũ, qui nos regit[aut qs Deus præter Deũ noſtrũ:] qui noſter eſt pietate, & cultura & vnione naturę & carnis aſſumptione & redẽptiõe, q.d: Nullus:& ideo nõ mirũ ſi poteſt ſuos protegere. Et ipſe eſt verè[Deus q præcinxit me].i. præmuniuit[virtute].ſ. fide, ſpe, & charitate, ad reſiſtẽdũ tẽtationibus [& posuit immaculatã viã meã] perſeuerãdo me ſua gratia, ne in maculas peccatorũ caderẽ, & dando mihi gratiã vt innocẽter viuã, & incedã per huius vitæ viã.[Qui] etiã[pfecit] i. perfectos fecit[pedes meos].i. amorem meũ, & animi affectus, qbus vado ad Deũ[tanq̃ ceruorũ].i. veloces & agiles ad tranſiliendũ oĩa huius mũdi impedimẽta[& ſup exclſa].ſ. in cælo [ſtatuẽs me] corde.i. figẽs cordis mei intẽtionẽ in ſupernis, & ſpẽ meã in cæleſtibus. Et ipſe eſt, [Qui docet manus meas].i. opera[ad pręliũ] contra vitia & dęmones, hoc eſt, dat

D mihi

mihi prudentiã,ad ſuperandũ hoſtes, qui conãtur intercludere iter quo itur ad cælũ. Et mutando perſonam ſubdit:[& poſuiſti vt arcũ æreũ brachia mea].i. dediſti mihi immutabilẽ & infatigabilẽ affectũ ad bona opera exercenda,ad feriendũ,& fugãdũ inimicos. [Et dediſti mihi protectionẽ ſalutis tuæ].i.,ꝓtectionẽ qua ſaluaſti me,vel[Et de.mihi pro. ſa.t.].i.memoriã dñicę paſsionis,vt recogitẽ quomodo opatus ſit ſalutẽ noſtrã in medio terræ: & hoc ꝓtegit à tẽtatione[& dextera tua].i.fauor gratiæ tuę [ſuſcepit me]ad curãdũ,& refocillãdũ poſt bellũ.[Et diſciplina tua]paterna,qua quos tu diligis,corripis:[correxit me]à malo reuocãdo & dirigẽdo [in finẽ]debitũ.i. in æternã ſalutem[&]eadẽ[diſciplina tua] vel doctrina tua [ipſa] ad meliora promouendo]me docebit]peruenire quo direxit:& qualiter ad hunc finẽ perueniã.Et per diſciplinã etiã[Dilataſti greſſus meos].i. affectus extendiſti[ſubtus me]vt hilariter operer,etiã de his quæ ſubtus me ſunt rebus.ſ.mortalib⁹ & membris,vt nõ præferã illa ſaluti,ſed potius ſubijciã huic[& non ſunt infirmata]per mala mũdi[veſtigia mea].i.itinera vel ſigna quæ reliqui imitati ſunt.Deĩde eſt vox Chriſti vel eccleſię,vel etiã cuiuſlibet iuſti,vt tamẽ cuilibet quod ſibi cõgruit, reddatur: [Perſequar inimicos meos].i. pſecutores,qui doctrinæ meæ cõtradicũt, vel affectus carnales, & ſpũs malignos , orationibus & ſpũalibus ſtudijs à me repellendo,[& cõprehẽdã illos] eos mihi ſubijciẽdo,ne ab eis cõprehẽdar cõſentiẽdo [& nõ cõuertar,]ſed pſeuerabo[donec deficiãt]à rebelliõe.Hoc autẽ nõ fit ante mortẽ,vnde pſeuerãdũ eſt vſq; ad mortem. [Cõfringã illos] & humiliabo impet⁹ eorũ,frãgendo,vel tẽtationes repellẽdo,[nec poterũt ſtare].i. nõ durabũt aduerſus veritatẽ. Et me ſic eis reſiſtente, [cadẽt ſubtus pedes meos]q̃a ſe humiliãdo,mihi obediẽt,vel q̃a in corde meo eos abominãdo deſpiciã.Et hoc totũ ex Deo,quia[Et pręcinxiſti me virtute].i.armaſti me fortitudine[ad bellũ] cõtra hoſtes,ne in tali

pugna

pugna deficiã[& ſupplãtaſti].i.humiliaſti [inſurgẽtes in me ſubtus me]vt mihi ſubeſſent,qui ſuperiores eſſe volebãt. [Et inimicos meos] .ſ. perſecutores [dediſti mihi dorſum].i.fugientes corã me, vel illicitos appetitus,& vitia retrò cõuertiſti, vt nõ videã ea iterũ peccando[& odientes me].i. malos hoĩes in ódio perſeuerãtes,vel malignos ſpiritus[diſperdidiſti]repellẽdo eos à me ne mihi noceãt.[Clamauerũt]in pſecutione nõnulli ex eis, ad alios homines vel alios deos petentes auxiliũ ab eis[nec erat qui ſaluos faceret] eos: alius enim nõ poterat.Et poſtea clamauerũt[ad dñm] deſtituti aliorũ auxilio[nec exaudiuit eos]in malitia perſeuerantes,quia nõ erant digni. [Et]ideo auxilio deſtitutos[cõminuã eos] .i. ad vilem ſtatum & inſtabilem redigam[vt puluerẽ].i.tam facilè quam deletur puluis[ante faciem venti]quia aridi imbrẽ miſericordiæ Dei non receperunt[vt lutũ plateafũ]quod pedibus conculcatur[delebo eos]& cõculcabo:quia in lata via & immũdicijs vixerũt. Deinde pro ſubiectione gentiũ,d:[Eripiens me de contradictionis populi] .ſ. Iudaici cõtradicentis mihi[cõſtitues me in caput gentiũ]vt gentes mihi ſubijciãtur & obediant, vt ſim caput earũ.Et verè ſic fiet,quia[Populus] gentiũ[quem nõ cognoui].i.non viſitaui, corporali præſentia vel lege & ,pphetis [ſeruiuit mihi] pcepta mea humiliter cuſtodiendo[in auditu auris obediuit mihi] euãgeliũ ſtatim vt pdicari audiuit ,pmptè ſuſcipiẽdo & adimplẽdo.Sed[Filij alieni].ſ.Iudæi prius à me nutriti. Alieni à me p peccatũ effecti,& modo filij diaboli[mẽtiti ſunt mihi]in veritate nõ pmanentes. Et repetit vt exprobret[filij alieni]p peccatũ[inueterati ſunt]qa in peccatis antiquis remãſerũt [& claudicauerũt à ſemitis ſuis].i.à pręceptis ipſis datis.Deinde quaſi exultãs ſummatim recapitulando munera Dei laudat,vt ſic in gratiarũ actione cõcludat,q.d: Et quia prædicta Deus facit,patet quod[Viuit dñs]p naturã in ſe inæternũ,q tot beneficia oſtendit. Et ipſe eſt vita, vnde viuit oĩs

creatura,& qui nos viuificat & viuere facit vita corporali,gratiæ & gloriæ [& benedictus] .i. laudatus ſit ore fideliũ[deus meus] ex beneficijs mihi collatis [& exaltetur]apud credẽtes.i. totó orbe terrarũ extollatur& glorificetur ꝑ laudẽ & cõfeſsionẽ, ſemꝑ excelſus in ſe [Deus ſalutis meę].i.à quo verè & in quo obiectiuè cõſiſtit ſalus æternæ vitæ: Deinde cõuerſo ſermone ad Deũ,ait:[Deus]tu es[qui das vindictas mihi] nõ ſolũ de Iudæis debellatis, ſed [& ſubdis populos] gẽtiũ[ſub me].i.ſub poteſtate Chriſti & ecclesię,& facies eos obedire fidei.Tu inquã exiſtẽs[liberator me⁹ de inimicis meis iracũdis].i.impijs valde feruẽtib⁹ in ꝑſecutione mea vel de dęmonibus.[Et ab inſurgẽtib⁹ in me] hoc ipſo vel antichriſti tẽpore [exaltabis me] patientẽ,eis altiorẽ me cõſtituẽdo [à viro iniquo] .ſ. quolibet ſciſmatico, vel hæretico,vel ipſo antichriſto ſeu etiã diabolo,q̧ vir eſt & virilis ad nocẽdũ [eripies me]liberãdo vel tuẽdo ab ipſo.[Propterea].i.propter beneficia prędicta[cõfitebor tibi]cõfeſsione laudis.ſ. prędicãdo laudẽ tuã[in nationibus dñe].i.in gẽtibus, & nomini tuo].i.ad honorẽ nominis tui [pſalmũ dicã].i.bene operabor, vt latius innoteſcas bonis operibus meis.Et meritò etiã propter hoc Deus laudãdus eſt:q̃a eſt[Magnificãs].i.magnas & mirabiles faciẽs & oſtẽdẽs[ſalutes regis] .i. Chriſti [eius].i.ſuimet.ſ. patris,hoc eſt,ſalutes Chriſti,q̧ agit regẽ in eccleſia à patre cõſtitutus & ſaluator oĩm quãtum in ſe eſt.Salutes inquã quas ipſe Chriſtus dat credẽtibus. Cõfert enim eis ſalutẽ corporalẽ,ſpiritualẽ,& cęleſtẽ:[&]prius[faciẽs miſericordiã Chriſto ſuo Dauid].i. Chriſto Ieſu, qui eſt filius Dauid ſecũdũ carnẽ, eũ à mortuis ſuſcitãdo,& ad dexterã ſuã exaltãdo[& ſemini ei⁹].ſ.ſpirituali.i.in populo eũ credẽti,quẽ in euangelio genuit. Et hoc[vſq; in ſeculũ].i.ſine fine & inæternũ,remiſsionẽ peccatorũ & vitã æternã ei largiẽdo. PSAL. XVIII.

¶ *In hoc pſalmo propheta loquitur de Chriſti incarnatione, & de nouæ legis cõmẽdatione. Primo ergo cõmẽdãs prædicatores*

res nouæ legis & prædicationem eorum, ait:

CÆli].i.apoſtoli & euágeliſtę:qui dicũť cęli metha phoricè:quia fuerunt excelléter illuminati & in Deũ eleuati[enarrant]in ſua prædicatione [gloriã Dei].ſ.dñi nr̃i Ieſu Chriſti.i.gloriã diuinitatis, & ea quæ ſecũdũ diuinitatẽ fecit.ſ.reſurrectionẽ:aſcẽſionẽ:ſpirit⁹ ſ.miſsionẽ: peccatorũ remiſsionẽ & huiuſmodi[et opera manuũ ei⁹].i.opera humanitatis,& ea quę ſecũdũ hominẽ egit.ſ.natiuitatẽ,paſsionẽ,mortẽ & huiuſmodi[annũciat firmamẽtũ].i.ipſi idẽ apoſtoli firmati ſpiritu ſancto & ſolidati in fide & charitate.[Dies diei].i.ſpiritales,ſpiritualib⁹,clari,claris: [eructat].i.quaſi pleno ore profert[verbũ].i.ſapiẽtiã Dei:quod eſt verbũ in principio apud Deũ: loquẽtes de Chriſti deitate & dãtes auditoribus ſolidũ cibũ [& nox].i.ipſi ijdẽ infirmitati carnis cõdeſcẽdẽtes,& q̃ſi nox & carnales facti[nocti].i.tenebroſis & carnalib⁹ [indicat]vt ſimplicibus:nõ verbũ patris, ſed[ſciẽtiã] quę eſt humana.i.de humanitate Chriſti. Hoc eſt illa hiſtorialia de Chriſto, dãtes auditoribus lac ad potãdũ:& ſic diſcretè prędicãt.[Nõ ſunt loquelę].i.linguę ex omnibus linguis[neq; ſermones].i. modi locutionũ[quorũ].i.per quos ſermones & linguas[nõ audiãtur voces eorũ]cęlorũ.ſ.apoſtolorũ:q̃a adueniẽte ſpiritu ſancto ſuper eos,oẽs impleti ſunt illius afflatu.Et omnibus linguis primos doctores loqui fecit ſpiritus ſanctus,qui oẽs in vnũ erat congregaturus. Et tã latè & publicè prędicauerũt,quod[In oẽm terrã exiuit ſonus]prædicationis[eorũ].i.doctrina apoſtolorum & euangeliſtarũ,vel[ſo.eorũ].i.fama apoſtolorũ.quãuis nõ itẽ præſentia[& in fines orbis terrę].i.in fines mũdi,& in Inſulas maris exierũt [verba eorũ] quia quæ dixerũt & ſcripſerũt publicata ſunt p̃ prædicationem euãgelij & epiſtolas eorũ.Eorũ inquã,ita dicẽtiũ:[In ſole].i.in manifeſto non in occulto vt lateat [poſuit] dñs Chriſtus[tabernaculũ ſuũ].i.corpus aſſumptũ: in quo militauit patri, vel [In ſole].i. in beata virgine

quæ noĩatur ſol propter plenitudinẽ gratiæ, & q̃a il-
luminat eccleſiã ſicut ſol mũdũ[poſuit] dñs Christus
[tabernaculũ ſuũ].ſ. corporis humani quaſi militare
habitaculũ:q̃a de ea carnẽ aſſumpſit in qua venit mili
tare, militatũ expugnatũ mũdũ, & diabolũ[& ipſe]eſt
[tanq̃ ſpõſus, p̃cedens]ad deſpõſandã ſibi eccleſiã [de
thalamo ſuo].i. de virginali vtero, in quo humanæ
naturæ vt ſponſus ſponſæ eſt copulatus. Et procedẽs
[Exultauit]ſpirituali exultatione[vt gigas] omnes
hoĩes magnitudine virtutis, & fortitudinis, pręcedens
[ad currendã viã]noſtræ ſalutis, q.d: Hilarẽ & fortẽ ſe
oſtẽdit ad p̃ficiẽdũ curſum noſtræ redẽptionis[à ſum-
mo cælo].i. à patre & æqualitate patris eſt [egreſsio
eius]nõ tẽporalis, ſed æterna:q̃a exiuit à patre, & ve-
nit in mũdũ factus homo, & iterũ relinquẽs mũdũ, aſ-
cẽdit ad patrẽ: vnde ſubditur, [Et occurſus eius].i. aſ-
cenſio qua.ſ.homo aſcẽdit, eſt[vſq; ad ſummũ eius].i.
vſq; ad æqualitatẽ patris, ſecũdũ quod Deus [nec eſt]
.i.eſſe debet[qui ſe abſcõdat].i.abſcondi debeat[à ca-
lore eius].i.à ſpiritu ſancto, q̃ in linguis igneis appa-
ruit. Cõſequẽter deſcribitur euãgelij publicati cõditio
cũ dicit̃:[Lex dñi].i.lex euãgelica, ab ipſo dño incar-
nato immediatè tradita eſt[immaculata] nihil illicitũ
pręcipiens vel permittens, ac ſanctos & immaculatos
nos reddens[cõuertens] diuina gratia aſpirãte [aĩas]
.i.interiores motus animæ & volũtates. Et [teſtimo-
niũ dñi].i.euãgeliũ, eſt[fidele] & verax, q̃a adimplet
quod promittit: inducens obſeruatores in vitã beatã,
[ſapientiã] de diuinis[præſtãs paruulis].i. humilibus
non ſuperbis: vnde Math.11.dicebat Ieſus: Confiteor
tibi pater etc. & reuelaſti ea paruulis. Et[Iuſtitiæ dñi]
.i.mandata diuina quæ iuſtificaui, vel [Iuſtitiæ dñi].i.
cõſilia euãgelica cõmunẽ iuſtitiã excedentia: ſunt [re-
ctæ]quia ſunt quædã ſemitę quę dirigũt hominem ad
vitę perfectionem[lętificantes]ſpe pręmij ęterni[cor-
da]obſeruãtiũ eas. Et[pręceptũ dñi].ſ.charitatis, eſt
[lucidũ]vt ſic intelligatur ab oĩb'[illuminãs oculos]
oculum

oculũ cognitionis:cõtra ignorantiã, & oculũ amoris, contra cõcupiſcentiã.[Timor dñi].ſ.caſtus qui dicitur filialis ex amore procedens, eſt[ſanctus] qa ſine omni perturbatione eſt,& hoĩes ſanctos reddit[permanens in ſęculũ ſęculi]nõ quãtũ ad timorem delicti,ſed quã-tũ ad fructũ,vel quantũ ad vſum eius.ſ.reuerentię. Et [iudicia dñi]vt flagella ad corrigendum , beneficia ad cõſolãdũ:pręmia iuſtorũ:ſupplicia reproborũ:oĩa ſe-cundũ merita ſingulorũ,ſunt[vera,]qa nullũ fallũt,& oĩa cooperantur in bonũ bonis,vel[iudi.do.].i. mã-data cõtẽta in lege euãgelica,ſunt[vera,]quia ſiue mi-natur ſiue pollicitur , neminẽ fallit. Et ſunt[iuſtifica-ta in ſemetipſa,] quia nõ egẽt alterius auctoritate quã ipſius dñi.Et quia talia ſunt iudicia dñi:ideo ſunt[De-ſiderabilia multũ].i.valdè bonę menti [ſuper aurũ & lapidem p̃cioſum] .ſ.ſupra illud omne quod habetur in hoc mũdo precioſum,& quod ad ambitionem ſpe-ctare videatur[&]ſunt[dulciora ſuper mel & fauũ] .i. ſupra omne delectabile quod pertinet ad cõcupiſcẽtiã carnis,hoc eſt,ſupra omne quod appetitur.ſ. ſupra di-uitias quę notãtur in auro: ſup potentiã mũdi quę no tatur in lapide p̃cioſo,ſup voluptatem quę notatur in melle et fauo,quę obſeruãda ſunt diligentiſsimè:ideo ſubditur:[Etenĩ ſeruus tuus]bonus.ſ.chriſtianus[cu-ſtodit ea]ope adimplẽdo:qa [in cuſtodiẽdis illis] .i.in hoc q̃d cuſtodiũtur in hac vita , eſt [retributio multa] qa p ſeipſa delectãt & lętificãt,q.d:Nõ tãtũ in futuro ꝓpter iſta reddet̃ p̃miũ,ſed & hic in eorũ cõſeruatiõe magnũ eſt gaudiũ .Seruire enĩ deo,regnare eſt. In via ſunt dulcia, in qua guſtabimus:in patria ſalubria vbi ſatiabimur.Et quia hanc ſuauitatẽ auferũt peccata,& nõ poſſunt bene cognoſci oĩa rectè,ſeqtur: [Delicta] .ſ.oĩa[qs intelligit?]q.d:Nullus pfectè, ideo ſubditur, [ab occultis].i.à pc̃tĩs me latẽtibꝰ[meis].ſ. quę ex me ꝓueniũt & ꝓpria volũtate oriũtur:q̊ gñe pc̃ti peccauit diabolus,[mũda me]illa remittẽdo[& ab alienis]quę ſuggeſtione diaboli vel hoĩs fiunt : vel quæ poſſunt

per occaſionẽ in me retorqueri ratione negligentiæ, correctionis fraternæ quantũ ad oẽs, vel correctionis coactæ quantũ ad prælatos & principes [parce] mihi [ſeruo tuo] mihi non imputando. Quia, [Si mihi non fuerint dominati] defectus prædicti [tũc immaculatus ero] à macula criminali coram Deo [& emundabor]. i. mũdus ero [à delicto maximo]. i. à ſuperbia: vnde oĩa alia ſumũt initiũ: vel, [Si mei non f. do. tũc im. ero] in præſentis vitæ termino [& emũd. à de. maximo]. i. in morte inueniar mũdus à quolibet peccato mortali, qa etſi nũc nõ ſit maximũ ex genere, tamen eſt maximum pro tẽporis conditione: eo quod amplius non poteſt mederi. [Et] ita [erunt vt cõplaceant] & placentes ſint [eloquia oris mei]. i. oratiões meæ vocales [& meditatio cordis mei]. i. mẽtales [in conſpectu tuo ſemp] .i. corã te dñe, q inſpicis cõſciẽtiã. Sed quia hoc nõ eſt mearũ viriũ, ideo ô [Dñe] eſto [adiutor meus] in bonis agendis [&] prius [redẽptor meus] à malis vt tendã ad te: Adiutor vt habitẽ in charitate tua: redẽptor vt liberes me ab iniqtate mea: vel, ô [Dñe] eſto [adiu. me.] in tribulationibus & periculis: qa es [& redẽptor m.] precio tui ſanguinis.

PSALMVS XIX.

¶ *In hoc pſalmo propheta ex charitate ſub forma optãdi, quæ uẽtura ſunt canit: & optat eccleſiã in ſuis orationibus exaudiri pro liberatione a tribulationibus, dicit ergo:*

EXaudiat te dñs] ô eccleſia .ſ. Deus trinitas [in die tribulationis] quo magis orare debem⁹, dãdo victoriã de aduerſarijs ſpiritualibus & corporalibus [ꝓtegat te] à malo, & ne te ſuperet tribulatio [nomẽ]. i. inuocatio noĩs [Dei Iacob]. i. ille qui appellatus eſt Deus Iacob [Mittat tibi auxiliũ de ſancto] .i. de filio incarnato qui authonomaticè dicitur ſanctus, vel [de ſancto]. i. Chriſto paſſo, qui in paſsione ſanctificauit ſe ꝓ nobis [& de Syon]. i. Chriſto, qui eſt ſpeculũ noſtrũ in quo debemus nos cõtẽplari [tueatur te] ô eccleſia ne mẽbra tua abſcindãtur à te per peccatũ, vel [Mittat t. auxiliũ de ſ.] .i. de quolibet ſancto

homine:

homine:quia ſancti ſe coadiuuāt [& de Sy.] quod in-
terp̄tatur ſpeculatio.i.ſpe æternæ beatitudinis [tuea.
te]corda tuorū à terrenis auocādo. Tūc aūt tuetur dñs
eccleſiā de Syon:quādo cōtēplādo ſuperna & ſperādo
ſic roboratur, q̄d ad infima non poteſt allici.[Memor
ſit]ad remunerādū[oīs ſacrificij tui]ô eccleſia.ſ.cordis
oris,& operis,ac corporis & ſanguinis Chriſti & alio-
rū ſacrificiorū per te,& pro te oblatorū[& holocauſtū
tuū].i.intentio amore Dei tota incēſa [pingue fiat].i.
Deo gratū & iucūdū.[Tribuat tibi ſecūdū cor tuū].i.
ſecūdū intētionē & deſideriū dādo tibi,petitiões cor-
dis tui[& omne cōſiliū tuū cōfirmet].i. volūtatē tuā
in bono perficiat.Hoc ideò oro,q̄a [Lætabimur]nos
filij eccleſię[in ſalutari tuo] ô eccleſia.i.in ſalute à deo
tibi data,in qua ſaluat nos Deus, nō in hui⁹ mūdi va-
nitatibus[& in noīe Dei noſtri].ſ.Chriſti à quo dici-
mur chriſtiani[magnificabimur] magnitudine gratiæ
in præſenti,& gloriæ in futuro . Et oīo [Impleat dñs
oēs petitiones tuas]ô eccleſia quas facis pro tuis . Et
tūc potero dicere[nūc cognoui]per experiētiā pręſti-
ti beneficij[q̄m ſaluū fecit dñs chriſtū ſuuū].i.populū
chriſtianū.Et[Exaudiet illū].ſ.populū chriſtianū [de
cęlo ſancto ſuo].i.de cęlo vbi habitat ꝑ euidētiorē ef-
fectū:potētię,ſapiētię, ac bonitatis ſuę auxiliū tribuē-
do:quia[in potētatibus]noſtris:eſt[ſalus dexterę ei⁹]
.ſ.Chriſti .i. potētatus noſtri ſunt ſalus fauoris eius.
Hoc eſt,nos potētes ſumus ex auxilio gratię eius : ſed
hoīes peccatores tēporaliter ſalui fiūt, in terrenis cō-
fidētes: de quibus ſubditur,[Hi in currib⁹]trahūtur.i.
in volubili ſucceſsione bonorū tēporaliū, & diuitijs
huius ſæculi gaudēt quæ per rotas deſignātur[& hi in
æquis]efferūtur.i.in ſuperbis honoribus mūdi & ſe-
culari potentia,[nos autē]non in hijs ſupradictis ,ſed
in æternis ſpē figētes [in noīe dñi noſtri inuocabim⁹]
Deū,nō alienū à Deo:gloriā Dei,nō noſtrā quærentes.
Ideo,[Ipſi]tales[obligati ſunt].i.peccatorū funib⁹ li-
gati[& ceciderūt] à ſpe cæleſti,in peccatū & mortem:

[nos

[nos autē ſurreximus]à vitijs ad virtutes[& erecti ſumus]per verā humilitatē in ſpē veniæ, & ad alta.ſ.diuina & cæleſtia cōtemplāda.Et hoc nō ex viribus noſtris,ſed gratia diuina.Et quia ſalus regis,eſt ſalus populi,ergo ô[Dñe ſaluū fac regem] .i.chriſtiani populi rectorē,& gubernatorem, vel[regem]qui ſe bene regit[& exaudi nos in die]tribulationis[qua inuocauerimus te]in auxiliū noſtri:quia quicunq; inuocauerit nomen domini,ſaluus erit.

PSALMVS XX.

¶ *In hoc pſalmo propheta agit de Chriſti magnificentia & gloria,ac inimicorū ſuorū miſeria & poena.Commendans ergo propheta Chriſtum uerſo ſermone ad patrem dicit:*

DOmine]pater[in virtute tua].i.in virtue & potentia quā ei das[lætabitur]animo [rex].ſ.homo Chriſtus Ieſus qui à te cōſtitutus eſt rex ſup eccleſiā.Qui inquantū homo lætabatur de virtute diuina,per quā faciebat miracula & mētes ſimpliciū illuſtrabat ſapiētia,[& ſup ſalutare tuū].i.ex eo quod p te eſt ſaluator generis humani [exultabit] in corpore [vehemēter].i.valde:Dicitur autē lętitia interior:exultatio exterior.Et hoc ideo,qa[Deſideriū cordis eius tribuiſti ei]de ſui corporis glorificatione , mūdi redēptione credentiū vocatione[& volūtate labiorū eius] .i.orationibus voluntatē interiorē exprimentibus labijs[nō fraudaſti eū,quin concederes ei quod voluit: quia fuit exauditus in oībus orationibus quę procedebant ex volūtate firma, quæ[ſemp erat cōiūcta voluntati diuinæ,quæ ſemp impletur . Et hoc,ideo[Qm̄ præueniſti eū in benedictionibus dulcedinis] .i. immunitate peccati ac gratia ſpiritus ſancti: qbus repletus eſt ſua cōceptione & ſic præuentus . Et dicuntur dulcedinis,quia omnino fuit gratia , & ex dulcedine dilectionis proceſsit.Et [poſuiſti in capite eius] .i. in mēte & ſuperiori parte animæ,quæ eſt rationalis[coronā de lapide pretioſo].i. perfectionē & ornatū omniū virtutū,vel[poſ.in ca.eius co.de la. precioſo] hoc

eſt coro-

eſt coronã glorię æternæ,quæ finẽ non habet,& dando ei dignitatẽ regiã,ſuper omnẽ creaturã, & hoc auctoritatiuè in principio vnionis cũ deitate: executiuè autẽ in ſua reſurrectione.Ideo autẽ poſuiſti quia ipſe [Vitã].ſ.gloriæ in ſua reſurrectione[petijt à te]d:Pater clarifica filiũ tu.[& tribuiſti ei] vitã .ſ. reſurrectionẽ.Et etiã ꝓpter eccleſiã ſuã,quæ eſt corpus eius , etiã petijt,& tribuiſti ei[longitudinẽ dierũ in ſeculũ]præſens.i.longã vitã & longa tẽpora huius ſæculi:& poſt tribues ei vitã æternã, & æternitatẽ[in ſeculũ ſeculi] futurũ ſine fine.Et præterea,[Magna eſt gloria ei⁹].ſ. Chriſti.i.claritas noĩs eius & famę:qa dediſti ei nomẽ quod eſt ſup omne nomẽ.Et hoc[in ſalutari tuo].i.in ſalute q̃ eũ reſuſcitaſti:vel in effectu tuo ſalutari,quo ꝑ eũ mũdũ ſaluaſti.Et adhuc[gloriã & magnũ decorem impones ſup eũ].i.addes ei,cũ eũ in cęlo exaltabis,& ad dexterã tuã collocabis. Et verè ita erit,[Qm̃ dabis eũ].ſ.Chriſtũ]in benedictionẽ in ſeculũ ſeculi] duraturã.i.ęternã.i.ipſe erit in benedictiõe ęterna:benedictus & benedicẽs:qa ꝑ eũ oẽs benedicũtur.Et hæc erit illa benedictio,qa[lætificabis eũ]ſecũdũ hominẽ quẽ eleuaſti,vt ſit[in gaudio]ad dexterã tuã[cũ vultu tuo] .i.cũ p̃ſentia viſionis tuæ: qa humanitas Chriſti propinquior & cõiũctior eſt deitati cęteris creaturis:ideo clarius videt eã & ea fruitur delectabilius,vel[lętifica. eũ in gau.c.vul.tuo].i.ob id quod ſui gaudebũt de tua pręſentia:quãdo eris oĩa in oĩbus.i.ſufficiẽtia oĩm.Et meritò hæc oĩa ei propter ſuã humilitatẽ.[Qm̃ rex].i. homo Chriſtus rex regũ[ſperat in dño].i.in Deo patre ſecũdũ humanitatẽ de glorificatione ſui corporis [& in miſericordia altiſsimi nõ cõmouebitur] ab hac ſpe,ſed cooperãte gratia Dei ſtabit in ea, vſq; ad mortẽ,& nihil turbabit humilitatẽ & obedientiã eius. Et etiã qa humanitas Chriſti à verbo miſericorditer aſſumpta,nunquam fuit ab eo ſeparata,nec ſeparabitur. Deinde poſt laudes Chriſti agit de pœnis malorum, & conuertit ſe ad Chriſtum, q.d; Et quia talis eis ô

rex

rex Chriſte.[Inueniatur manus tua].i. virtus & poteſtas tua puniēs peccata[omnibus inimicis tuis] qui eā in humilitate tua non cognouerūt & in te non crediderūt:[dextera tua].i.potentia & maieſtas grauius puniens[inueniat]in die iudicij puniēdos [omnes qui te oderūt]& cōtempſerunt pertinaciter. Et hæc prædicit,non optat,q.d:Sentiēt te per vindictā,qui de te vel de te bene ſentire noluerūt,per fidē, & operantē charitatem.Et ſic erit,quia [Pones eos vt clibanū ignis] .i.ardentis interius in conſciētia,vt torqueat eos ignis doloris interius,ſicut clibanus ardet intrinſecus[in tēpore vultus tui].i.in die iudicij,quando cōpones faciē tuā ad eos cōdemnādū. Deinde mutat perſonā oſtendens eos,etiā exterius cruciandos ſubdens:[dn̄s in ira ſua].i.in vindicta ſua:quia iraſci malis videbitur,[cōturbabit eos]cū dicet, Ite maledicti in ig. æternū[&] mox[deuorabit eos ignis]infernalis, nō conſumēdo, ſed æternaliter puniendo,q.d: Intus cruciabit eos ignis,& vermis cōſciētiæ,& exterius ignis gehennæ.Et iterū mutans perſonam ſubdit:[Fructū eorū de terra perdes].i. bona tēporalia ab eis auferes qbus fruebātur[& ſemē eorū].i.imitatores ſeparabis [à filijs hominū].i.à cōſortio iuſtorū,ratione vtētiū.i. nō deputabis eos inter hęredes regni.Hæc autē pęna ideo erit eis.[Quoniā declinauerūt in te mala] blaſphemando, dicētes:dæmoniū habes,[cogitauerūt conſilia].ſ. nomen tuū delere de terra,ne totus mundus te ſequerētur,& ipſi perderent locū & gentē[quæ non potuerūt ſtabilire]quia euenit cōtrariū. Nō eſt enī cōſiliū quod præualeat cōtra dn̄m[Qm̄ pones eos dorſum] à facie tua,deijciēdo eos in infernū[in reliquijs tuis].i.in dæmonibus qui ſunt à te oīo relicti tanquam nō redituri ad bonitatem[præparabis vultū eorū] mittendo eos ad ſocietatē eorū.Et vt omnia iſta cōpleantur,[Exaltare dn̄e]Chriſte[in virtute tua].i.reſurge & aſcēde in potentia,& gloria & iudiciaria poteſtate,quē prius infirmū putauerūt. Et hæc virt⁹ & maieſtas maximè apparebit

parebit in iudicio finali. Et nos .ſ. iuſti [cantabimus & pſallemus] introducti ad nuptias [virtutes tuas] & mirabilia quibus induras quos vis, & miſereris quibus velis, vel melius [virtut. tuas] id eſt, te: & virtutē tuam laudabimus in æternū, iuxta illud quod infra dicetur, beati qui habitāt in do. t. d. in ſe. ſe. laudabunt te.

¶ Moraliter iſte pſalmus exponitur de quolibet iuſto bene regente regnū animæ ſuę: qui finaliter coronabitur in cœlo: & inimici eius .ſ. dęmones punientur in inferno. PSALMVS XXI.

¶ In hoc pſalmo propheta loquitur de Chriſti uehemētiſsima paßione: eiuſdéq; paßionis fructu & utilitate. Chriſtus perinde ac homo clamat ad patrem, d: O tu pater

DEus] oīm per creationē: qui es [Deus meus] ꝑ ſpecialē gratiā, & ratione humanitatis à te creatę, [reſpice in me] poſitū in afflictione [quare me dereliqſti?] in manibus Iudęorū me pſequētiū traditū volūtati eorū. Et poſt quęſtionē ponit ſolutionē, qa peccatū hoīs hoc exigebat, q. d: Ecce quare: qa [verba] .i. clamor & poſtulatio [delictorū] quę ſunt [meorū] .ſ. hoīm poſtulātiū mortē meā ſine qua nō poſſunt ſaluari: quę fecit ea quodāmodo ſua ſuſtinēdo pro eis mortē [lōgè à ſalute mea] .i. in cauſa ſunt q̄re patiar, qa ſic .ſ. ꝑ paſsionē ſunt tollēda delicta meorū. Et ita ſunt lōge quod ô [Deus meus clamabo ad te [per diē] .ſ. in cruce hora nona: Deus meus vt quid me dereliqſti? [& nō exaudies] me quin ſinas crucifigi [& nocte] præcedēte, Pater mi trāsfer à me cā. iſtū, & ſimiliter nō exaudies [& nō ad inſipiētiā mihi] .ſ. hoc facis quod nō ſum exauditus, ſed ad ſapiētiā maximā: quia hic modus humanæ liberationis fuit cōuenientiſsimus, vt ſic homo ſolueret quod debebat, & Deus redimeret q̄ poterat. Dicit Hieronym⁹ quod dñs in paſsione cecinerit hūc pſalmū & ſequētes vſq; ad verſum illū, In manus tuas cōmēdo ſpiritū meū. Et ſicut Math. poſuit primū verſum, vbi Chriſtus incœpit: ita Lucas vltimū, cū dicit: Pater in manus tuas cōmēdo ſpiritū meū. [Tu autē] & ſi non

ſi non audis[in ſancto].i.in meipſo ſctō ſanctorū[habitas]& me nō deſeris,Ioh.13.Pater autē in me manēs etc.ô[laus Iſrael].i.vidētiū te,nō eius qui vult ſe à cōſpectu tuo abſcōdere.[In te ſperauerūt patres noſtri] antiqui,nec fruſtra:ſed[ſperauerūt]perſeueranter,[& liberaſti eos]ex neceſsitatibus & tribulationibus ſuis, vt populū Iſrael de Ægypto.[Ad te clamauerunt]in tēpore tribulationis[& ſalui facti ſunt]ſtatim. Et repetit[in te ſperauerūt & non ſunt cōfuſi] de præmio: nec fefellit eos ſpes,ſed ſperata receperūt. [Ego autē] qui ſum maior illis[ſum vermis].i.vilis & abominabilis in cōſpectu Iudeorū:vel,[Ego autē ſ. vermis] .i. ſine coitu & ſemine nat⁹ de terra.ſ.beata virgine, virtute ſpiritus ſancti:ſicut vermis virtute ſolis de terra naſcitur[& nō homo[tm̄,ſed vltra etiā hoīes deus.Et cū ſim tātus fact',ſum[obprobriū hoīm].ſ.maiorū:in ſputis,alapis,ſpinis etc,[& abiectio plebis] .ſ.populi coīs,qui me repudiato,Barrabā elegerūt[Oēs].ſ.mali [vidētes me]in forma humana,[deriſerūt me[in corde ſuo tanq̄ fatuū cōtēnēdo:et etiā[locuti ſunt labijs] ridicula verba me blaſphemādo,vnde dicebant:Alios ſaluos fecit.Si rex Iſrael es,deſ.de cruce etc.[& mouerunt caput in mei deteſtationē:vnde Math.27. Prętereūtes autē blaſ.eū mo.capita etc.q.d: Corde,voce & geſtu,ſubſannauerunt me,dicentes Ironicè:[Sperauit in dn̄o]patre vt ait ſuo: quia filiū Dei ſe nominauit: [eripiat eū] de manibus noſtris mori non permittendo,vel ſi non eripit[ſaluū faciat eū]à morte reſuſcitādo[qm̄ vult eū].i.diligit eū vt ipſe ait,Math.27.Confidit in Deo liber.etc. Sed tu pater ne diſceſſeris à me. [Qm̄ tu es qui extraxiſti me de ventre]virginali .i.ſup naturā naſci me feciſti:gloria virginitatis permanēte. Et tu Deus es[ſpes mea ab vberibus matris meę].ſ.de glorificatione corporis mei [in te piectus ſum ex vtero].i.tibi in ſuppoſito verbi vnitus ſum à cōceptionis principio. [De ventre matris meæ Deus meus es tu] .i.Deū meū te cognoui. Et ideo [ne diſceſſeris à me]

id eſt,

id eſt,ne deſtituas me tuo auxilio. Terminat in oratione cōqueſtionē,& cauſam ſupponit,d: [Qm̄ tribulatio] .i. acerbitas maxima meę paſsionis [proxima eſt] & imminet corpori meo. Et item,ideo [qm̄ nō eſt qui adiuuet] me eripiendo de manibus Iudęorū niſi tu pater ſolus. Deinde deſcribit paſsionē. [Circundederunt me] cū gladijs & fuſtibus [vituli multi] .i. Iudæi inſolentes & laſciui [tauri pingues] .ſ. Annas & Caiphas cęteriq́ꝫ principes,qui erāt ſuperbi & diuitijs impinguati, [obſederūt me] .i. vallauerūt me vndiq́ꝫ ne euaderē. Tanquā iudices [Aperuerunt ſuper me os ſuum] alta voce me blaſphemantes & crucifigi poſtulantes. Ipſi dico exiſtentes [ſicut leo rapiens] & vim facientes in cōprehenſione [& rugiens] in clamore: Tolle tolle cru. eū,& reus eſt mortis. [Sicut aqua effuſus ſum] .i. occiſus ſum ab eis tā deſpectè vt aqua effunditur, [et diſperſa ſunt oīa oſſa mea] .i. à iuncturis diſſoluta. ſ. per diſtentionē in cruce, [Factū eſt cor meū tanquam cera liqueſcens] .i. mollificatū eſt et reſolutū prę mortis triſtitia: quia triſtis eſt anima m. v. a. mor. [in medio vētris mei] .i. in medio inteſtinorū meorū. [Aruit tanquā teſta] ollæ in igne poſita [virtus mea] .i. fortitudo: qa propter tantā effuſionē ſanguinis et humoris, corpus eius remāſit quaſi arefactū: [et lingua mea adhæſit fauci. meis] præ ſiti et defectu humoris: vel, [Aruit tan. te. virtus m.] .i. arida viſa fuit in paſsione virtus quæ ante paſsionem faciebat miracula cū tamē ſemper eſſet omnipotēs [et lin. m. ad. fau. meis] .i. nihil loquebar quaſi eſſem mutus, quia nō reſpondit ad vllū verbū, ita vt miraret̄ pręſes [et ī puluerē mortis] .ſ. in locū ſepulturæ mortuorū [deduxiſti me] .i. deduci pmiſiſti. Nec mirū ſi hoc paſſus ſū [Qm̄ circūdederūt me canes multi] .i. Iudæi, gerētes ſe erga me, nō vt hoīes, ſed vt canes rabidi, mordētes et detrahentes [cōciliū malignantium] .ſ. Pontificum, Scribarum et Phariſæorum, qui concilium fecerunt vt me morti traderent [obſedit me] in paſsione ad illudendum,

& vt morti traderent. [Foderũt manus meas & pedes meos] ingentibus clauis affigẽtes ligno. ſ. milites gẽtiles, ſed tamẽ ad importunã petitionẽ Iudæorũ [dinumerauerũt]. i. vt dinumerari poſſent, effecerũt [oĩa oſſa mea] extendẽdo me in cruce: quia ex violẽtia corporis & extẽſione apparebãt oſsiũ iunctur æ, vt dinumerari potuerint, [Ipſi verò]. ſ. Iudæi [conſiderauerunt] oculis cordis per inuidiã [& inſpexerunt me] oculis corporis, & videntes dolorẽ meũ, lætati ſunt, cũ tamẽ à re crudeli ſoleant oculi auerti. [Diuiſerunt ſibi] ipſi milites qui erant quatuor [veſtimẽta mea] in quatuor partes, [& ſuper veſtẽ meã]. ſ. tunicã incõſultilẽ, miſerũt ſortẽ, cuius eſſet, vt patet Ioh. 19. Ipſi ita ſequiũt. [Tu autẽ dñe ne elõgaueris auxiliũ tuũ]. ſ. [à me] id eſt, ne differas reſurrectionẽ meã. Et interim [ad defenſionẽ meã cõſpice] ne reſurrectionẽ meã valeant impedire. [Erue à framea Deus animã meã]. i. à morte violẽta, quæ gladio ſolet inferri. Framea enim gladius eſt, nõ faciendo, ne nõ moriar, ſed vt in morte non detinear: [& de manu canis]. i. inferni qui deuorat auidè ſicut canis [vnicam meã] id eſt, animã meam, quæ ſola immunis eſt à peccato, ne remaneat in inferno. [Salua me ex ore leonis]. ſ. Iudaici populi quẽ vocat leonem propter crudelitatẽ: [& à cornib⁹ vnicorniũ]. i. à præſumptione & ſuperbia militũ qui ſe poſſe putabãt me cuſtodire in ſepulchro [humilitatẽ meã] qua humiliaui me vſq; ad mortẽ, id eſt, meipſum humilẽ. Dicebantur enim Romani, ex quibus erant milites vnicornes propter monarchiã quã exercebãt. Totus enĩ mũdus ſubiectus erat eis. Cornua eorũ ſupbia eſt, qua cęteros vẽtilabãt. Salua me, & [Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis]. ſ. apoſtolis alĳsq; diſcipulis: qbus Chriſtus manifeſtauit ſuã reſurrectionẽ factã virtute Dei patris. Et per eos fratres [in medio eccleſiæ]. i. apertè, qa p vniuerſalẽ eccleſiã, p qua paſſus ſum [laudabo te]. i. faciã te laudari. Et ſtatim cõuertit Chriſt⁹ ſermonẽ ad ſuos fideles hortãs eos ad laudẽ, vnde dicit, [Qui timetis dñm]

dñm]timore filiali [laudate eũ] corde, voce & moribus[vniuerſũ ſemẽ Iacob]nõ carnale,ſed ſpirituale.i. vniuerſi imitatores fidei eius & operũ [glorificate eũ] corã oĩbus. [Timeat eũ]timore obedientię[oẽ ſemẽ] ſpirituale [Iſrael].i.omnes fideles mente Deũ vidẽtes, [quoniã nõ ſpreuit]negligẽdo[neq; deſpexit] cõtẽnẽdo [deprecationẽ].i.humilẽ precẽ[pauperis].i.mei pauperis dicit Chriſtus, quia pro nobis pauper eſſe voluit.[Nec auertit faciẽ ſuã à me,]repellẽdo orationẽ meã[& cũ clamarẽ ad eũ exaudiuit me] reſuſcitãdo me à mortuis.Chriſtus enim in omni oratione procedente ex volũtate deliberatiua fuit exauditus.Et ideo [Apud te]ô dñe pater erit [laus mea in eccleſia magna].i.in vniuerſali eccleſia: quia Chriſtus cũ patre & ſpiritu ſancto laudatur in eccleſia p orbẽ terrarũ diffuſa[vota mea].i.votiua ſacrificia redẽptionis humanæ,quæ à me voluntariè facta eſt.ſ.ſacrificiũ corporis & ſanguinis mei,quod volũtariè in cruce obtuli,[reddã].i.reddi & offerri faciã in manifeſto .ſ.[in cõſpectu timentiũ eũ].ſ.fideliũ & credentiũ vt intelligant per illud ſe ſaluari. Ipſe enim Chriſtus eſt ſacerdos ſummus,cõſecrationẽ efficit virtute diuinitatis. Sacerdos autẽ eccleſiaſticus,eſt miniſter proferẽs verba cõſecrationis in noĩe ipſius.Et hæc ſacrificia corporis & ſanguinis.Edent pauperes]ſpiritu contẽptores ſæculi & humiles[& ſaturabũtur]pinguedine diuinę gratię[& laudabũt dñm]de hoc beneficio ſpiritualiter exultantes.Laus enim Dei eſt cibi illius eructatio[qui requirunt eũ]per fidẽ & opera [viuent corda eorũ].i.animæ illorũ qui dignè ſumunt illud:hic vita gratiæ [in ſeculũ ſeculi]vita gloriæ,Ioh.6.Si quis mã.ex hoc pa. viuet in æternũ.Deinde propheta præuidens conuerſionẽ gentiũ dicit:[Reminiſcentur]dñi cuius obliti erant[& cõuertentur ad dñm]à quo auerſi erant [vniuerſi fines terræ].i.de toto orbe non tantũ de Iudæa. [Et adorabũt]eũ adoratione latriæ[in cõſpectu eius] .i.in corde vbi deus videt, vel[Et a.in cõ. eius].i. humilia-

miliabũtur in cõſpiciẽdo eũ [vniuerſę familię gentiũ] .i.aliquot ex oĩbus familijs,ex omni ætate & ſexu, vt prædixit Daniel 7.ca. Omnis populus tri.& l.ſeruient ei. Et meritò [Qm̃ dñi] nõ hominũ ſuperborũ [eſt regnũ].i.totius eccleſiæ vniuerſalis imperiũ: quia ſolus Chriſtus rex noſter eſt [& ipſe dñabitur gentiũ] ad ſuã fidẽ conuerſarũ: nõ tantũ Iudęorũ. [Manducauerũt & adorauerũt oẽs pingues terræ] .i. principes chriſtianorũ repleti diuitijs & honoribus: qui deuotè mãducãt Chriſti corpus & adorant: quia nullus debet corpus Chriſti ſumere niſi adoret, [in cõſpectu ei⁹ cadẽt] .ſ. Dei, ex latriæ reuerẽtia [oẽs qui deſcẽdũt in terram] .i. oẽs mortales hoĩes. Deinde in perſona iuſti ſubdit ꝓpheta: [Et aĩa mea illi viuet] .i. ad eius obſequiũ & laudẽ vt poſtea viuat cũ eo in æternũ [& ſemen meũ] .i. per me cõuerſi & imitatores meæ fidei [ſeruiet ipſi] laudando Deũ & oĩa referendo ad ipſum. Quia [Annunciabitur].i. per annunciationẽ cõuertetur [dño].i. in laudẽ dñi [generatio vẽtura].i. generatio chriſtiana, quæ ex aqua & ſpiritu ſancto generatur, quæ nos ſumus [& annunciabũt cæli] .i. apoſtoli alijq́ꝫ diſcipuli Chriſti [iuſtitiã eius] Dei .ſ. iuſtũ eius Chriſtũ, vel mãdata Dei ꝑ quę iuſtè viuitur [populo] .ſ. chriſtiano [qui naſcetur] dño ſpiritaliter ex aqua & ſpũ ſctõ, ex fide ꝑ verbũ ꝓ̃dicationis, [quẽ fecit dñs] ſpeciali & nouo genere faciẽdi .ſ. per regenerationẽ: qa creauit eũ in bonis operibus, vel: quẽ fe.do.] .i. creauit, nõ ex nullo, ſed ſanguine proprio. Vnde dicit Bernardus. Memẽto homo te, & ſi de nullo factũ: non tamen de nullo redemptum.

PSALMVS XXII.

¶ In hoc pſalmo propheta in perſona eccleſiæ Deo gratiarũ actionẽ reddendo, narrat quomodo populus nouus de quo dixerat in fine præcedẽtis pſalmi, per Chriſtũ paſtorẽ deducitur ad uitã æternã: de qua loquitur in fine pſalmi cũ dicit: Et ut inhabitẽ in domo dñi etc. Dicit ergo in ꝑſona eccleſiæ uel uiri iuſti,

DOminus] Chriſt⁹ [regit me] vt dux viatorẽ ne deuiet, vt lux in tenebris ambulantẽ ne exorbitet

vt pa-

vt paſtor gregē ne à lupis pereat[& nihil mihi deerit]
ꝓſpiciēte de neceſſarijs ad ſalutē.Iā enim[in loco paſ-
cuæ].i.in ſtatu fidei & vnitate eccleſię,vel in lectione
ſacræ ſcripturæ[ibi me collocauit] nutriēdū & robo-
rādū:qa ſacra ſcriptura eſt dulcis aïarū refectio.[Sup]
& poſt[aquā refectionis].i.baptiſmi vel ſapiētiæ ſalu-
taris qua reficiūtur q vires amiſerāt[educauit me] ſpi-
ritualiter pfectè nutriēdo,q.d:recepto ſacramēto ba-
ptiſmi quaſi fundamēto paulatim alia ſacramēta rece-
pi,quę nutriūt aïam[aïam meā]prius auerſam[cōuer-
tit]ad ſe vt mūdanis rebus nō inhiet vel intendat,quo
min⁹ ad Deū libēs currere poſsit.[Deduxit me]& am-
bulare fecit[ſuper ſemitas iuſtitię].i.arctiora pręcepta
& pfectionis cōſilia hoïem iuſtificātia.Et hoc[propter
nomen ſuū]glorificandū.i.propter gloriā ſuā,nō pro-
pter meritū meū.Deinde mutat perſonā,q.d: Et verè
deduxit.[Nā & ſi ambulauero] ſub tanto duce[in me-
dio vmbrę mortis].i.grauium tētationū vel in huius
mūdi periculis & aduerſis,vel[et ſi am.in me.v.mor.]
.ſ.in vmbra ſęculi quæ caligine peccatorū obſcuratur
& ad mortē ducit,[nō timebo mala] ſiue occulta ſiue
manifeſta[qm̄ tu mecū es]ô Deus in corde per fidem
tanquā protector fortis contra oēm aduerſitatē & tē-
tationē.Non inquā timebo mala,quia [Virga tua].i.
leuis correctio[& bacul⁹ tuus].i.grauior[ipſa me cō-
ſolata ſunt].i.erudierunt me cōſolando,quia in his
te eſſe memorē mei intelligo.Vtroq; modo conſola-
tur nos De⁹ flagellis,videlicet,qa quē diligit,corripit:
& donis ne deficiam⁹ in aduerſis.[Paraſti]ô De⁹[in cō
ſpectu meo mēſam].ſ.cōmunionē corporis & ſangui-
nis Chriſti,vel mēſam ſacrę ſcripturę q̄ expoſita oſtē-
dit nobis diuerſarū ſentētiarū fercula vt in eis reficia-
mur & cōſolemur tanq̄ cibis ſpiritualibus] aduerſus
eos qui tribulant me].ſ.dęmones & malos hoïes,qui
tribulāt fidē meā,& alio modo tribulant,quia ſancta
Euchariſtia & ſacra ſcriptura cōtra oēs tribulationes
nos iuuāt & cōſolāt.[Impinguaſti in oleo caput meū]

.i.lætificaſti ſpirituali iucunditate mẽtẽ meã [& calix] benedictionis.i.Chriſti ſanguis,vel ipſa ſacra ſcriptura[meus]quia accipio,ſed tuus quia das[inebriãs]feruore diuinæ dulcedinis,& exhibẽs obliuionẽ vanarũ delectationũ:ſopiẽſq; ab appetitu tẽporaliũ.Sic enĩ inebriat vt ſobrios reddat[quã præclarus eſt]effectiuè.i.valde,quia ducit ad claritatẽ patriæ & vitæ æternæ,vel[& calix me.ineb.].i.cõtẽplatio in qua me inebrias & facis obliuiſci omniũ miſeriarũ & curarũ [quã præ.eſt].i.valde præclarus, quia feces terrenarũ & carnaliũ cogitationũ & affectionũ,nõ miſcentur in illo calice.[Et]poſt hæc oĩa[miſericordia tua]quæ præceſsit ad gratiã cõferendã[ſubſequetur me].i.deerit mihi vt ſpero ad cuſtodiam. Et hoc[omnibus diebus vitæ meæ].i.quandiu vixero in hac vita mortali.[Et]poſt iſta facies[vt inhabitẽ]in futuro[in domo dñi]nõ manufacta,ſed æterna in cælis:vbi ſanctorũ eſt habitatio[in longitudinẽ dierũ].i.in diebus nõ finiendis,hoc eſt,æternaliter & ſine fine.

PSALMVS XXIII.

¶ In hoc pſalmo propheta loquitur de dominio Chriſti ſuper uniuerſum orbẽ,hoc eſt,ſuper eccleſiã:& de ſtatu laudabili ſuorum membrorum, ita incipiens:

Domini].i.Chriſti:q eſt dñs dominãtiũ[eſt terra & plenitudo ei⁹.]Et hoc eſt verũ ad literã.Oĩa enim ſunt dñi,& oĩa per ipſum facta ſunt, et ſic ex rebus viſibilibus penſare debemus dignitatẽ tanti dñi,vel ſic myſticè,[Dñi].i.Chriſti[eſt terra].i.eccleſia fructifera:cuius fructus eſt à dño,ratione enim creationis,hæreditatis præſeruationis,et regiminis eſt dñs terræ.i.eccleſiæ[& plenitudo eius].i. oĩa quibus plena eſt eccleſia.ſ.oẽs ſancti & chariſmata gratiarum,ac opera & virtutes oĩm,quæ cuncta ſunt dñi.i.à dño facta & diſpoſita.Et ne hanc terrã.i. eccleſiã putares ex ſola regiõe collectã, cõueniẽter ſubdit[orbis terrarũ] .i.eccleſia in qua ſunt ex q̃libet mũdi parte fideles:eſt dñi Chriſti.Et cõſolat̃ ſe cũ dicit[&]pro.i.[vniuerſi q

habi-

habitãt in eo.]Eccleſia enĩ, eſt cõgregatio fideliũ. Clarificato enim Chriſto in toto orbe, totus orbis: ſeu de toto orbe fit eccleſia eius. Ille ſolus in eccleſia habitat, qui vſq; ad obitũ ſuũ in fide vera perſeuerat. Et pulchrè debetur illi iſte orbis .i. eccleſia, [Quia ipſe] Chriſtus [ſuper maria fundauit eũ].i. fundauit eccleſiã in amaritudine ſuæ paſsionis & martyrũ: vel, [ſuper ma. fun. eũ].i. ſtabiliuit eccleſiã ſuper oẽs fluctus ſæculi, vt eos ſuperet: quia nõ ei vitia, ſed ipſa dñatur vitijs [& ſuper flumina].i. ſup delectationes mũdi [præparauit eũ] orbẽ.i. eccleſiã, quia has ſuperat quæ victis mũdi delectationibus per Dei gratiã tẽdit ad æterna: vel, [& ſuper flu. præ. eũ].i. ſuper flumina gratiarũ doctrinæ & baptiſmi. Quia igitur propheta vocauerat eccleſiã orbẽ terrarũ, ne crederet aliqs, oẽs q incolũt terrã, eſſe habẽdos pro mẽbris eccleſię, proponit quęſtionem, quã poſtea ſoluit, & dicit: [Quis aſcendet in montẽ dñi].i. in eccleſia, vt habeatur in ea numero & merito [aut quis ſtabit] per fidẽ & bonã operationem [in loco ſancto eius?] id eſt, in eccleſia. Eccleſia dicitur mons dñi & locus ſanctus eius: quia in ea eſt vitę altitudo, & ipſa eſt firma & alta in virtutibus, & ipſe ſanctificauit eã ſanguine ſuo: vel [aut qs ſta. in lo. ſ. eius?] .i. in æterna beatitudine cum dño. Et reſpondit: [Innocens manibus].i. purus in operibus [& mũdo corde,] id eſt, mundus in cogitationibus [qui] etiã [nõ accepit in vano animã ſuã] vt .ſ. relicto deſiderio æternorũ vana & trãſitoria optaret, & ſola præſentia cogitans quę ſequũtur in perpetuũ non appeteret, [nec iurauit in dolo proximo ſuo] quidquã, vnde eũ deciperet aſſerẽdo vel promittendo, cũ periuriũ ſit nequiter decipere credentẽ. [Hic] ergo tantę innocẽtiæ [accipiet benedictionẽ à dño].i. gratiæ infuſionẽ & bonorũ ſpiritualiũ acceſsionẽ [&] prius [miſericordiã] .i. remiſsionẽ peccatorum factam per miſericordiam [à Deo ſalutari ſuo.] id eſt, à dño Ieſu Chriſto qui eſt ſalutaris noſter: vel accipiet [mĩam à d. ſ. ſuo] i. ſalutẽ

quã miſericorditer nobis Chriſtus ſuo ſanguie acquiſiuit.[Hęc eſt]& talis eſſe debet[generatio]oĩm[quęrentiũ eũ].i.Deũ.Ex talibus enim cõſtituitur eccleſia: qa à talibus bene quęritur & inuenitur in pręſenti per gratiã,& in futuro per gloriã.Quęrẽtiũ dico nõ ꝓ terrenis opibus,ſed[faciẽ Dei Iacob].i.qui quęrũt deũ vt Iacob.ſ.Dei præſentiã vel manifeſtã viſionẽ. Et quia nullus aſcẽdit vel ſtat niſi innocẽs & purus:ergo [Attollite].i.amouete[portas principes veſtras].i. ô vos dęmones q principatũ exercere in hoĩes,auferte peccata & vitia q ſunt aditus mortis quibus ingredimini in aĩas[&]cõtra illas portas mortis[eleuamini].i.exaltamini in cordibus hoĩm:ô vos[portę ęternales].i. virtutes & gratię quę ſunt aditus æternæ vitæ[&]ſic ornata domo[introibit]per vos ad corda & aĩas[rex] dator[glorię]ęternę.ſ.Chriſtus.Et qa excellẽtia iſtius regis eſt admirabilis,ideo admirãdo quęrit:[Quis eſt iſte rex glorię?]qui irruptur⁹ eſt in corda.Et reſpõdet, dicens:eſt[dñs]oĩm,q abſolutè dominatur[fortis]in ſe & in adiuuãdo[& potẽs]ad reſiſtẽdũ aduerſarijs, & ꝓtegẽdũ ſibi ſubditos[dñs potẽs in ꝑlio]cõtra mortẽ quã moriẽdo deſtruxit,& cõtra diabolũ cui poteſtatẽ abſtulit.[Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales,& introibit rex gloriæ.Quis eſt iſte rex gloriæ?]prædicta repetit & congeminat vt ampli⁹ determinet qs ſit rex gloriæ,q dignus eſt vt ei paretur hoſpitiũ.Et placidè reſpõdet,d:[Dñs virtutũ] cęleſtiũ.i.angelorũ[ipſe eſt rex glorię]& ſup oĩa glorioſus & bñdict⁹,cui ſeruire regnare eſt. PSAL. XXIIII.

¶ *In hoc pſalmo propheta in perſona eccleſiæ uel perſonæ deuotæ,petit liberari a dæmonũ & malorũ hominum perſecutione, dicens:*

AD te]ô[dñe] promerendũ & guſtandũ [leuaui] ſpirituali deſiderio & deuotione de terra[animã meã]quæ terrenis deſiderijs inhęrebat[deus meus]per creationẽ & cultũ[in te confido,& ſpẽ meã pono.Et ideo rogo[nõ erubeſcã]vlterius de peccato

quod

quod à me procedit,nec etiãaliorũ ſuggeſtione peccẽ: vnde ſequitur,[Neq; irrideant me inimici mei]viſibiles vel inuiſibiles,qui vtiq; me irridebũt ſi præualuerint. Et certus ſum de eo quod peto,[etenĩ].i.qa [vniuerſi qui ſuſtinent te] tribulationes præſentes longanimiter & patiẽter ferẽdo & in bono,ꝓpoſito & opere perſeuerãdo [nõ cõfundẽtur] à culpa in præſenti,nec à pœna in futuro ,quia patiẽtiæ ſuæ præmiũ accipiẽt tẽpore oportuno.Verè tales nõ confundẽtur,ſed[Cõfundantur]ſalubriter pro peccatis hic,vel ſi non hic, tandẽ in pœna æterna[oẽs iniqua agẽtes] vt ſunt innocẽtũ perſecutores & maligni, vel [oẽs iniqua agẽ.] .i.temporalia ęternis pręferentes,& animã ſuã de terra ad te non leuãtes[ſuperuacuè].i.inutiliter & infructuosè.Sed vt ego non cõfundar[Vias tuas].i. mãdata per quæ ad te qui es vera vita,reuertar[demonſtra mihi] docẽs me eas dicit eccleſia quantũ ad minores, qa:Si vis ad vitã ingredi,ſerua mãd.[& ſemitas tuas] .i.cõſilia & ſecreta legis quãtũ ad ꝑfectos q cõſilia implẽt[edoce me]qa paucis ſunt notæ: de qbus dicitur, Si vis ꝑfect⁹ eſſe,vade vẽde oĩa & da pau.etc. Et ô dñe ne errẽ,[Dirige me in veritate tua] .i. in fide vera,vel euãgelica regula,vt rectè,iuſtè,& piè viuã, ſicut veritas tua exigit[& doce me]ꝑ charitatẽ ipſam veritatẽ, vt rectè oĩa mihi neceſſaria poſsĩ cognoſcere. Et ideo hoc fac[qa tu es Deus]q me creaſti,&[ſaluator meus] qui me redemiſti[& te ſuſtinui]pręmia differẽtẽ & flagellãtẽ[tota die].i.toto tempore vitæ præſentis:vel, [Dirige me in v.t.] .i. veritatẽ iudicij tui inſere cordi meo,& ſic nõ infirmabitur ad infima,ſed dirigetur ad te[& doce me]vt.ſ.nõ ſolũ te cupiã,ſed & volũtatẽ facere ſciã,qa etc.Et[Reminiſcere] q oblit⁹ crederis dũ tardas[miſerationũ tuarũ dñe].i.operũ mĩæ tuæ[& mĩarum tuarũ]natutaliter tibi inſitarũ [quæ à ſæculo ſunt].i.ab initio ſæculi. Statim enim in Adam apparuerunt miſerationes eius, quem pro peccato non dãnauit,ſed miſericorditer pœnitẽtiã iniũxit dicẽs:In

 ſudore

ſudore vultus t.veſceris etc.q.d:Fac nūc ſicut cōſueuiſti,ne me fallat quod ab initio incœptū eſt. Et per miſericordiā tuā,[Delicta iuuētutis meæ] .i. peccata ex paſsione cōmiſſa, quia paſsiones magis dominātur tēpore iuuētutis[& ignorantias meas].i.peccata mea per ignorātiā cōmiſſa[ne memineris].i.non reſerues ad pœnā perpetuā.Sed potius [Secundū miſericordiā tuā memento mei tu] remittēdo culpā & dando gratiā[propter bonitatē tuā dn̄e]naturaliter tibi inſitam. Secundū gloſam differentia inter miſericordiā Dei & bonitatem eius eſt:quia miſericordia eſt quæ fit miſeris:bonitas verò quæ fit cōmuniter omnibus.Deinde conuertit ſermonē ad hoīes,q.d:Hac fiducia peto, qa [Dulcis]qui peccata libēter dimittit & gratiā ſuā gratis infundit[& rectus]qui propter peccata flagellat in præſenti,& de collatis rationē & vſurā quærit,vel qa poſt miſericordiā veniæ digna meritorū retribuet in futuro,eſt[dn̄s] Et [propter hoc] .ſ. quia dulcis & rectus eſt[legē]correctionis[dabit delinquētibus] vt ſecundū eā corrigātur:quę lex eſt,vt ſi verè pęnituerint, miſericordiā conſequantur: aliter æternaliter puniātur.Et hoc[in via]præſentis vitæ huius,qa poſt mortē nō eſt locus pœnitētię.Et dn̄s[Diriget]ad meliora, vt ſemper proficiāt[manſuetos] qui in aduerſitatibus patiētes ſunt[in iudicio]pręſenti quo iudicat,dū iudicat,flagellat,& corripit: vel, [Diriget manſue.in iud.] futuro.i.nō pturbabit eos in iudicio qui nūc ſequūtur voluntatē eius[docebit]hic[mites]qui ſe nō erigunt contra eū[vias ſuas]quibus ad ipſum perueniāt.Deinde oſtēdit,quæ ſunt viæ eius, d: Vniuerſæ viæ dn̄i] qbus ad eū imus:ſunt[miſericordia & veritas] .i. opa mię & veritatis: vel, [Vniuerſę v.do.]ſunt[miſericordia]qua eſt placabilis[& veritas]qua eſt incorruptus. Et hoc patet [requirentibus]& ſcrutātibus [teſtamētū eius]nouū:quod ideo teſtamētū dicitur,quia ibi eſt clara promiſsio hæreditatis æternæ, & morte cōfirmatū eſt teſtatoris [& teſtimonia eius] .ſ. vetus teſtamentum

mentũ,quia nouo teſtimoniũ perhibet. Inſpiciẽtibus enim nouũ & vetus teſtamẽtũ,apparet quod in oĩbus operibus Dei,ſimul concurrũt miſericordia & iudiciũ. Ergo [Propter nomẽ tuũ dñe].i.propter bonitatẽ tuã qua famoſus es nõ propter meritũ meũ [propiciaberis].i.miſereberis [peccato meo] ipſum ex miſericordia remittendo. Et neceſſe eſt [multũ eſt enim] excedẽs facultatem virtutis meæ ad ſatisfaciendum. In multis enim offendimus oẽs. Et cũ ita ſit, [Quis eſt homo qui timet dñm?] timore filiali, q.d: quiſq́s ille eſt: magnus eſt, beatus eſt, [legẽ].ſ.fidei & morũ [ſtatuit].i.obſeruãdã dedit [ei] dñs vt perſeueret, & ſpiritaliter in deo viuat: & ne impunè peccet [in via] Dei [quã elegit].i. liberè apprehẽdit & in regula quã profeſſus eſt.ſ. timẽs Deũ. Et poſtea ſubdit de pręmio, d: [Anima eius] ſ. legẽ Dei obſeruãtis [in bonis] gratiæ quaſi in delitijs & etiã ſpe in bonis gloriæ futuris [demorabitur] in præſenti [& ſemẽ eius].i.bonũ opus, quod quaſi ſeminat cum illud agit, & vnde fructus colligitur [hæreditabit terrã].i.faciet eũ terrã viuentiũ hæreditate poſsidere. Nec ſolũ iſta faciet dñs iuſtis, ſed etiã in præſenti dat ſtabilitatẽ mentis, vnde addit: [Firmamẽtũ eſt dñs timentibus eũ] ne cædãt tẽtationibus [& teſtamẽtũ ipſius].ſ.Dei.i.promiſsio eius, eſt [vt manifeſtetur illis] in præſenti p fidẽ & in futuro per ſpeciẽ, Ioh. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & manifeſtabo ei meipſum. Merces laboris noſtri eſt viſio Dei: quẽ cũ videbimus nihil amplius erit quod q̃ramus. Et ideo: [Oculi mei].ſ.cordis.i. interioris hominis ſenſus.ſ. intellectus & affectus, & intẽtiones meæ: ſunt [ſemper ad dñm] à quo hæc me accepturũ credo: & ideo nõ timeo picula terrena [q̃m ipſe euellet de laqueo] timoris ac cupiditatis & oĩm vitiorũ & tẽtationum [pedes meos].i. animi affect⁹. Facilè euadit laqueos in terris: qui ſemper habet oculos in cęlis. Et quia ego reſpicio ad te: ô dñe [Reſpice in me [pietatis affectu [& miſerere mei] quia ſine tuo adiutorio miſer ſum [quia vnicus &

cus & pauper ſum ego].i.ſolus & impotens reſpectu multitudinis dæmonũ & ſatellitũ ſuorũ. Et itẽ ideo, qa [Tribulatiões cordis mei multiplicatę ſunt[p tentationes dæmonũ & vitiorũ, & pſecutiones malorũ hoĩm. Et ô dñe[de neceſsitatibus meis].i.tribulationib9,p quas neceſſe habeo trãſire,[erue me]liberãdo. Et[Vide humilitatẽ meã]in corde & habe eã gratã[& laborẽ meum]in corpore [& dimitte vniuerſa delicta mea]tam mortalia quã venialia,acceptando iſta pro ſatisfactione.[Reſpice]etiã[inimicos meos]eos conuertendo vel opprimendo[qm̃ multiplicati ſunt[nõ ſolũ foris infideles,ſed etiã in eccleſia falſi fratres,[& odio iniquo oderũt me]ſine intermiſsione me perſequentes:vel,[Reſpi.inimicos m.].ſ.mundũ, carnẽ,& dęmonia etc.Ideo[Cuſtodi animã meam]ab eorũ inſidijs ne pereat[& erue me]ab eorũ conſortijs vt euadam[nõ erubeſcã]victus à vitijs. Et debes me exaudire[quoniã ſperaui in te]nihil mihi tribui:& nõ eſt cõfuſio ſperantibus in te.[Innocentes] moribus ſibi & proximo[& recti]fide & corde[adhæſerunt mihi[cõpatiendo. Et hoc ideo[quia ſuſtinui te]non deficiendo à bono,ſequẽdo malos,ſed expectando diſcuſsionem vltimi iudicij & retributionẽ.Et tu[Libera Deus Iſrael].i.populum quem ad tuam viſionẽ præparaſti [ex omnibus tribulationib9 ſuis] quibus interius vel exterius præmitur : vel , [ex omnibus tribulationi. ſuis]præſentibus ne in eis ſuccũbat,& futuris , ne eas incurrat.

PSALMVS XXV.

¶ *In hoc pſalmo propheta in perſona uiri iuſti, uidens malos cum bonis,orat in futuro a loco malorum, diuidi,dicens:*

IVdica me dñe]iudicio diſcretionis.i.diſcerne me in futuro à malis, à quibus in præſenti ſeiunctus ſum, meritò & ſi non loco. Hoc dicit nõ ex præſumptione meritorũ,ſed ex ſpe miſericordiæ Dei[quoniã ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum] vias vitæ, inter peccatores innocẽter viuẽdo. Et hoc dicit non ſe iactando, ſed

do,ſed gratias agendo,[& in dño ſperans] non in viribus meis[non infirmabor] deficiédo ab innocentia mea & cadendo in peccatũ. Sed ne aliquid delicti in me lateat.[Proba me dñe].i.Si quid eſt in me purgandum, prius vires meas reſpice[&]tũc pro vt ferre valeo[těta me].i.tětari me permitte: [vre]igne ſpiritus ſancti [renes meos] præſeruãdo me à peccatis carnalibus:quę per renes intelligũtur,[& cor meũ] prçſeruãdo me à peccatis ſpiritualibus.Nec timeo cõſumi à tentatione.[Qm̃ mĩa tua ante oculos meos eſt] tanq̃ tota fiducia mea nõ merita mea,[&]ideo iã[cõplacui] tibi.i.beneplacitũ habui[in veritate tua] nõ in mũdi fallacia.i.ſola veritas tua mihi placuit: probãdo quæ probas,& reprobãdo quæ reꝓbas.Et[Nõ ſedi cũ cõſilio vanitatis].i.opinioně iniquorũ vitaui,qui de terrenis ſemper cogitãt & loquũtur. Caſsiodorus, Vani ſunt qui de caducis inquiſitionib⁹ occupãtur,& in ſuꝑflua narratione tẽpus cõſumũt[& cũ iniqua gerẽtib⁹ nõ introibo]iniquis operibus cũ ipſis me ingerẽdo: Imò etiã,[Odiui eccleſiã].i.cõgregationẽ[malignãtiũ].i.malitiã ſuã ſtudiosè exaggerantiũ[& cũ impijs] Deũ non colentibus.Pietas enim propriè pertinet ad cultũ Dei [non ſedebo].i.non adiungam me illis.Sed [Lauabo inter innocẽtes manus meas].i.opera,q.d: Nõ aſſentiar impijs,ſed cũ innocẽtibus ſępè habitans mũda faciã opera mea. Manus enim opera ſignificãt, [& circundabo].i. virtutibus & bonis operibus ornabo[altare tuũ dñe].i.mentem meam, vel fidem vbi Deo vota offerũtur, vbi preces funduntur,quia nõ eſt locus veri ſacrificij extra fidẽ catholicã quæ eſt in corde.Et tale altare debet eſſe concauum per humilitatẽ, & in eo debet perpetuo ardere ignis charitatis. Ideo autẽ inter innocentes conuerſabor.[Vt audiã vocem laudis,]id eſt, diſcam & intelligam audiendo ſacram ſcripturam in qua laudatur Deus, vel intus à præuia veritate quomodo te laudem non me,[&] cum didicero[enarrem,] id eſt, exponam cæteris[vniuer-

ſa mirabilia tua,quę in ſacra ſcriptura continẽtur:docẽs & eos te laudare.Quia ô[dñe dilexi decorẽ domus tuæ].i.bonos actus quibus decoratur domus tua .ſ. eccleſia,vel virtutes animã ornantes [& locũ habitationis gloriæ tuæ].ſ.illos in quibus habitans glorificeris vel animã virtutibus ornatã,vnde Grego.Domus quippe Dei nõ ſolũ ſancti angeli,ſed etiã nos ſumus,quorũ mẽtes inhabitare dignatur.Et quia ſic dilexi decorẽ domus tuæ,ideo: [Ne perdas] .i.ne perdi permittas in futuro[cũ impijs Deus].i. cũ male habẽtibus ſe erga Deũ[animã meã]quæ dilexit decorẽ domus tuæ[& cũ viris ſanguinũ vitã meã]præſentem.ſ. ne citius moriar in præſenti propter peccata mea : ſicut viri ſanguinũ & raptores.[In quorũ manibus] .i. operibus[iniquitates ſunt]quia eorũ opera ſunt iniqua & ſemper parati ſunt iniqua agere [dextera eorũ repleta eſt muneribus,] quia ſi qd boni faciũt,in gratiã munerũ faciunt.Hij ſunt qui ſapientiã ſuã vendũt: pro iuſtitia preciũ accipiũt etc . Ita illi munerib⁹ ſunt ditati.[Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum] inter peccatores.i.diuitijs innocentię & ſpiritualibus ditatus ſum.Et ideo redime me].i.tanq̃ redẽptũ libera me à malis[& miſerere mei].i. nõ deſerat me miſericordia tua,in huius vitæ periculis: quã vix aliqs peragit ſine culpa:vel,[redime me].ſ.ſanguine tuo .i.fac vt redemptio tua proſit mihi [& miſerere mei] mihi in gratia cõſeruando.Et debes:quia[Pes meus] ſpiritualis.ſ.affectus:qui facile ſolet labi , & etiã corporalis[ſtetit in directo].i.nõ receſsit à iuſtitia tua: & permanſit cõtra oĩa ſcandala immobilis . Et ideo [in eccleſijs].i. in ſanctis congregationibus,[Benedicam te dñe]gratias agendo de tuis mihi à te collatis beneficijs:vel ſic repetendo[redime me]eripiendo à pręſenti ſæculo nequã:in quo quaſi in carcere detineor,[& miſerere mei]dando mihi vitã æternã, nõ meis meritis,ſed tua miſericordia[Pes]enim [meus ſtet in directo]etc. Et ſi ſic miſertus mei fueris [in eccleſijs].i.in

cœleſti

cœleſti patria, vbi omnes eccleſiæ conueniunt & vnũ fient. [Bened. te do.] cum ſanctis tuis.

PSALMVS XXVI.

¶ *In hac pſalmo propheta in perſona eccleſiæ uel fidelis cõfitetur ſe Deũ timere, & nullũ aliũ formidare. Item profitetur ſe magnopere cupere, ut proficiat, dicens:*

DOminus] eſt [illuminatio mea] contra ignorãtiã. Illuminat enim me, cõferẽdo mihi lumen naturale ad cognitionẽ agendorũ: ſuperaddẽs lumen gratiæ ad cognitionẽ ſperandorũ [&] eſt [ſalus mea] in tentationibus & periculis [quẽ timebo?] ſub tanto dño? q.d: Nullũ. [Dñs] eſt [protector vitæ meæ] ſpiritualis & corporalis [à quo trepidabo?] q.d: à nullo: ſub omniũ potentiſsimo milito. Si enim deus illuminat hominẽ: ſi ſanat & protegit, quid reſtat formidandũ? Vnde & ſubditur: [Dũ appropiãt ſuper me nocentes]. i. dum me inuadũt & obſident inimici volẽtes mihi nocere [vt edant carnes meas] vel me in carne affligendo, vel bona mea deuorando. [Qui tribulant me inimici mei] corporales vel ſpirituales perſequendo vel tentando [ipſi infirmati ſunt & ceciderũt] à potentia & poteſtate nocendi ne tantũ nocere poſſint quantum velint: poteſtate diuina me protegente, & eos deĳciente. Ideoq́ accepta tanta fiducia, [Si] deinceps [conſiſtant aduerſum me caſtra]. i. ſocietates dæmonũ vel malorũ hoĩm ad nocendum [non timebit cor meũ] in Deo protectore confirmatũ. [Si] etiam [exurgat aduerſum me prẹliũ]. i. actualis tentatio dẹmonũ vel malorũ hominũ [in hoc]. ſ. dño [ſperabo]. i. ſpẽ victoriẹ & remunerationis ẹternẹ habebo in dño. Et meritò, quia [Vnã]. ſ. rẽ [petĳ à dño] præ cẹteris. Et [hanc requirã] orando perſeuerãter vt illã obtineã. ſ. [vt inhabitẽ in domo dñi] militantis eccleſiæ, catholicè & concorditer in ea viuendo [oĩbus diebus vitæ meæ] vt quandiu viuo nulla aduerſitas me excludat à fideliũ vnitate. Et hoc peto eo fine, [Vt videã voluntatẽ dñi] æternaliter. i. vt contẽpler ſpeciẽ eius deſiderabilem,

rabilem,& videam eũ fácie ad faciẽ vbi volũtas Dei, & quid velit plenè cognoſcitur,[& viſitẽ].i.cum deſiderio videã,& interiori mente frequentẽ [tẽplũ eius] .i.eccleſiã electorũ & cœleſtis curiæ cõuentũ. A ſimili amicorũ,qui ſe inuicẽ viſitãt,vt vna cõgaudeãt.Sic in tẽplo illo videbimus fœlicitatẽ ſanctorũ,& inde congaudebimus eis. Ideò autẽ hoc mihi ſpero euenturũ. [Quoniã abſcondit me]militantẽ ſibi ne me tentationũ procellæ obruerẽt[in tabernaculo ſuo] .i. in præſenti eccleſia in qua militamus [in die malorũ].ſ.hominũ.i.in die & vita præſenti , vbi mali florent [protexit me in abſcondito tabernaculi ſui].i. in Chriſto per fidẽ:qui es ſanctus ſanctorũ & abſconditũ eccleſię ſpiritualis,in quo vita noſtra abſcondita eſt:quẽ mox vocat petrã,d:[In petra] .i. in Chriſto [exaltauit me] fundatũ ſupra petrã,à terrenis cupiditatibus auocando:& de virtute in virtutẽ progredi faciẽdo, [& nũc] dũ dies malorũ eſt[exaltauit caput meũ].i.mentẽ meã [ſuper inimicos meos].i.ſupra prauos motus & vitioſos ne dñetur . Et quia ſic exaltauit : ideò[Circuiui] .i.oĩa beneficia recogitaui[&] non ingratus [immolaui]offerendo pro gratiarũ actione [in tabernaculo eius].i.in eccleſia toto orbe diffuſa [hoſtiã vociferationis] .i. laudis ineffabilis,cũ magna deuotione & cõtritione cordis,&[cãtabo].ſ.iucunditate contẽplationis[& pſalmũ dicã].i.operabor[dño] .i. ad honorẽ dñi.Ideò[Exaudi dñe vocẽ meã].i. orationẽ tã animi quã vocis[qua clamaui ad te]promerendũ.Et pro illa vna[miſerere mei].i.miſericorditer mecũ age,[& exaudi me] precẽ meã concedẽdo,q.d:Pro miſericordia tua exaudi me, vt merear illã vnã cõſequi . Et meritò me exaudies,quia[Tibi dixit cor meũ] .i. deſideriũ cordis mei.Hoc eſt oratio nõ in ſolis labijs,ſed in corde prolata:&[exquiſiuit te facies mea].i. intentio mea[faciem tuã dñe,]id eſt,præſentiam tuam [requiram]non mundi gloriam,quia facies tua,quæ eſt viſio tua,eſt in qua voluptatẽ oẽm colloco. Vt aũt inueniã quod

quod quæro.[Ne auertas]nec[faciē tuā].ſ. gratiæ tuę à me[tanquā nolēs fauorē & gratiā impēdere [ne declines in ira à ſeruo tuo].i.ne permittas me illud facere ob quod declinares in ira à me. Sed [Adiutor meus eſto]vt proficiā,& in bono perſeuerare valeam,&[ne derelinquas me]ne cadā in peccatū: quia ſine te,deficio: [neq; deſpicias me]abs te me abijciendo, quia tu [Deus]meus es qui me creaſti,& [ſalutaris meus] qui me redemiſti, q.d: Fruſtra me creaſti & redemiſti,ſi me deſpicis.Et neceſſe eſt te me nō deſpicere,qui nō quęrā adiutorē præter te.[Qm̄ pater meus & mater mea] .i. Adam & Eua[dereliquerunt me]expoſitū miſerijs præſentis vitæ. Per eorū enim peccatū,mors intrauit in oēs.Originale peccatum, habet pronitatē ad malū, & difficultatē ad bonū:[dn̄s autē aſſumpſit me].ſ.meā naturā in vtero virginis Mariæ: vel, [do. a. aſſumpſit m.]quia recurrētibus ad eū non denegat ſuū auxiliū. Et quia tendo ad te,ideò[Legē]charitatis [pone mihi dn̄e]in corde[in via tua].i.in via mandatorū tuorū:quia per hanc viā mandata percurruntur facilè[&] vt citius perueniā[dirige me in ſemita recta] tribulationis & anguſtiæ;hæc enim eſt ſemita per quam oēs ſancti ingreſsi ſunt patriā:vel, [dirige me in ſe.recta] .ſ.conſiliorū & in rectitudine anguſtiarū vt rectè incedā.Et hoc rogo[ꝓpter inimicos meos]viſibiles & inuiſibiles,vitandos,cauēdos,cōfutandos.Et[Ne tradideris me].i.ne permitas me tradi[in aīas] .i. in volūtates & deſideria [tribulantiū me] dæmonū vel malorū hoīm mihi aduerſantiū . Et cōpellor hoc rogare[quoniā inſurrexerunt in me] .i. contra me [teſtes iniqui].ſ.adulatores & detractores mihi & de me falſa dicentes,vt moueant & reuocent me à te[& mētita eſt iniqtas]Emphaticè.i.iniquus teſtis[ſibi] .i. ad dānū ſuū non meū:quia mendaciū malorū ſibi vertitur in pœnam,ſanctis verò in gloriā. Sed inter omnia pericula Deo dirigente ,ego [Credo videre,]id eſt, me viſurum per experientiam [bona dn̄i]quæ ſunt vera

& æterna

& æterna electis promiſſa [in terra viuētiū] .i. in vita beata in qua nullus moritur, quæ terra dicitur, ꝓpter ſui ſoliditatem. Et ex quo ſic credo: ergo tu quicunq; ille ſis, [Expecta dn̄m] per virtutē ſpei: qui erit merces & iocunditas tua. Et vt illū habeas [viriliter age] bona opera in melius proficiendo [& confortetur cor tuū] conſideratione præmij [& ſuſtine dn̄m] patiēnter ferēdo eius diſciplinæ flagellum, quia ipſe vulnerat & medetur: percutit, & manus eius ſanabit, dicit Iob.

PSALMVS XXVII.

¶ *In hoc pſalmo propheta in perſona Chriſti hominis in paſſione exiſtentis, humiliter clamat ad dominum, dicens:*

AD te dn̄e] pater [clamabo] ad te orando in afflictione mea, Et tu [deus meus] ratione humanitatis à te creatæ [ne ſileas à me.] Silentiū tūc eſt, quando verbū non eſt in ore: ita ſilentiū fuiſſet in Chriſto ſi verbū receſsiſſet ab humanitate: quod quidē impoſsibile erat. Nō enim hæc orat dn̄s: quia de ſeparatione timerēt, ſed vt oſtendat illā vnionē nō eſſe à natura, ſed ex gratia, & vt det nobis exemplū orādi, ne in aliqua re nobiſipſis fidamus, ſed omnia nobis vtilia à dn̄o poſtulemus: Et [nequādo taceas à me] ſed in paſsione clarifica protegendo: vnde Ioh. Pater clarifica nomē tuū. Et dn̄s pater nō tacuit, q̄a venit vox de cælo: & clarificaui, & iterū clarificabo etc. [&] .i. ſi ſilueris: tūc [aſsimilabor] .i. ſimilis ero alijs hominibus [deſcendētibus in lacū] .i. in infernū .i. anima mea detinebitur in infernū: & caro mea in puluerē redigetur. Sed hæc ab eo remouit diuinitas: quia fecit eū nō putrefactioni obnoxiū, & virtute diuinitatis à morte ſurrexit. Sed [Exaudi dn̄e vocē deprecationis meę dū oro ad te] in paſsione mea. Ad Heb. 5. Cū clamore valido & lachry. expi. [Dū extollo manus meas] in cruce [ad] cōſtruēdū [tēplū ſanctū tuū] .i. eccleſiā, q. d: hoc facio ad ædificandū eccleſiā, vt ſit tēplū ſanctū tuū: & ad ſalutē illorū qui fiūt tēplū tuū. Et [Ne ſimul tradas me] in mortē [cū peccatoribus] .i. ea intentione & eo

voto

voto quibus illi[et cũ operãtibus iniquitatẽ] .ſ.mortẽ meã[ne perdas me]dãnando velut reũ ſupplicij.i. ne hoc modo moriar quo moriũtur operarij iniquitatis.[Qui loquũtur pacẽ cum proximo ſuo].ſ.mecũ: quando dicebant: Magiſter ſcimus quia verax es etc. [mala autẽ]ſunt[in cordibus eorũ] quia hoc faciebãt vt caperẽt eũ in ſermone Math.22.Sed tu ô pater [Da illis ſecũdũ opera eorũ] mala,eos pro meritis puniẽdo[& ſecundũ nequitiã adinuentionũ ipſorũ] .i. ſecundũ nequitiã ſtudiosè ab ipſis inuentã: vt cũ dicebãt eũ dæmoniacũ,ſeductorẽ etc. Et hoc nõ zelo vindictæ,ſed amore iuſtitię dicit:[Secundũ opera manuũ tuarũ tribue illis]licet quod fecerũt,ꝓſit ad ſalutẽ alijs [redde retributionẽ eorũ ipſis].i.qa mala ꝓ bonis retribuebãt mihi,redde illis.Bene dicit retributionẽ,qa cũ Chriſtus eis bona feciſſet,ipſi Iudæi ſibi mala retribuebãt.Ideo autẽ ſic retribue illis. [Qm̃ nõ intellexerũt].i.intelligere noluerũt[opa dñi].ſ. miracula imputãtes virtuti dæmonũ: vnde dicebãt,In Beel.prin. dæ.eij.dęmonia[& in opera manuũ eius] .ſ.miracula quæ pater per filiũ faciebat,quę tamẽ cõtẽpſerũt:ideo [deſtrues illos]per Romanos in præſenti ſicut factũ fuit,vel in futuro ęternaliter:[& nõ ædificabis eos].i. poſtquã deſtruxeris illos p Romanos: nõ iterũ reduces eos.Deinde agit Chriſtus gratias de ſua reſurrectione d:[Benedictꝰ]ſit[dñs]pater & laudatus,[qm̃ exaudiuit vocẽ deprecationis meæ] annuendo mihi quod deprecatus ſum,tã pro mea glorificatiõe quã pro eorũ abolitione.Et oſtẽdit quod exaudiuit,d: [Dñs] eſt [adiutor meus]cõtra inimicos,& in reſurrectione [& ꝓtector meus]ab inimicis in paſsione[& in ipſo ſperauit cor meũ].i.mẽs & ratio mea[& adiutus ſum] eo quod verè & ſine hæſitatiõe ſperaui.Et oſtẽdit in quo adiutus ſit,d:[Et refloruit caro mea] in reſurrectione quę defloruit in paſsione.Caro Chriſti prius floruit in cõceptiõe immunitate pcti:deinde defloruit in paſsione qñ morti ſuccubuit: poſtea refloruit in reſurre-

F ctione

ctione qñ immortalitatẽ aſſumpſit[&] ideo [ex volũtate mea] libera [cõfitebor ei] & confitebũtur mei ex qbus vnus ego ſum cõfeſsiõe laudis. Et meritò cõfitebũtur ei, qa[Dñs]eſt[fortitudo plebis ſuę]ſibi deuotæ quę in eo cõfidit, ĩ pugna cõtra diabolũ[&]ipſe[ꝓtector ſaluationũ Chriſti ſui eſt].i.ſaluãdorũ à Chro, qa q ꝑ chriſtũ ſaluati ſũt, ꝓtegit hic ĩ pugna: & poſt pugnã immortalitate ꝓteget in futuro. Et qa dñs eſt fortitudo plebis ſuæ, ergo fac q̊d te dignũ eſt. [Saluũ fac populũ tuũ]ſ. populũ chriſtianũ ô[dñe]à malis ſęculi, vt pſeueret in gratia accepta[& benedic]ipſo facto [hæreditati tuę]dãdo incremẽtũ virtutũ, & augẽdo in merito & numero[& rege eos]ne deuiẽt à via iuſtitiæ[& extolle illos]à terrenis, ꝑducẽdo ad celſitudinẽ cęleſtis glorię[vſq; in æternũ]hoc eſt ſine fine: vel[extol.il.]à terrenis ad appetẽdũ cęleſtia[vſq; in æt.].i. donec ꝑueniãt vſq; ad ęternitatẽ. ¶ Moraliter iſte pſalm⁹, eſt oratio iuſti in afflictione exiſtẽtis & petẽtis à dño liberari, vnde dicit:[Ad te do.cla.] ex aĩo & aperto ore orãdo [de⁹ m.ne ſ. à me]ſubtrahẽdo à me beneficiũ[nequãdo ta. à me]deſerẽdo me in tribulatiõe[et] ſi tacueris [aſſ. d. in l.]gehẽnę & ꝓfundę miſerię.i. ꝑibo, qa Dei ſilẽtiũ & taciturnitas, noſter interitus eſt. Sed[Exaudi d.v.depre.m.].i. cordis deuotè p̃cãtis [dũ o. ad te d. ex. m. m. ad tẽ. ſanctũ tuũ].i. ad cœlũ, qa cõſuetudo fideliũ ſolet eleuatis ad cœlũ manibus deprecari. Et [Ne ſimul tra. m. cũ p.]qui ſunt digni morte corporali[& cũ ope. in. ne per. me]perditione gehẽnæ. Et qui ſint illi oſtẽdit, d:[Qui lo.p.cũ p.ſ.] ad eũ decipiẽdũ [ma.a. in co.eo.] quia intendũt alios decipere. Et qa tales ſunt, [Da illis ſecundũ op.eo.]Ideò aũt ſic retribue eis. [Qm̃ nõ intel.ope.do.]quæ fecit in illorũ gratiã[& in opa ma.e. d. illos]qa iuſto Dei iudicio cadũt impij in laqueũ quẽ faciũt[& nõ ædi.eos]ad pœnitentiã. Deinde pro ſua liberatione gratias agit, d: [Benedictus do.]& gratias illi habeatur[qm̃ exa.vo. dep̃.meę] annuẽdo mihi q̊d p̃catus ſum. [Dñs adiutor m.] in factis arduis[& ꝓtector

ctor me.]in periculis[& in ipſo ſpe.cor meũ].i.mens mea & ratio[& adiutus ſum]eo quod verè & ſine hęſitatione in ipſo ſperauerim. Et oſtẽdit ꝑ quẽ adiutus ſit d:[Et refloruit caro mea]quia deuotio mẽtis reſultat ad corpus,ſecũdũ illud pſal. Cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ viuũ etc.[& ex volũtate m.].i.motu proprię deuotionis[cõfi.ei]cõfeſsione laudis. Et meritò,quia[Dñs eſt]vt ſupra. PSAL. XXVIII.

¶ *In hoc pſalmo propheta incitat fideles ut de beneficijs a Deo ſibi collatis ſint memores. Admonens ergo propheta fideles efferre Deo ſpirituales hoſtias,dicit:*

AFferte dño filij Dei].i.vos fideles populi & eccleſiæ miniſtri, filij Dei per gratiã adoptionis effecti. Et ſubdit quid debeãt afferre, d: [afferte dño filios arietũ].i. vos ipſos puros & mundos tanq̃ agnos quos per euangeliũ genuerunt apoſtoli, duces gregis dñici.[Afferte dño gloriã & honorẽ] oĩa opera veſtra ad eius gloriã dirigendo,vt alij ædificentur[afferte dño gloriã nomini eiꝰ].i.aſcribite gloriã nomini eius non vobis [adorate dñm] trinũ & vnum[in atrio ſancto eius].i.in corde ſanctificato per fidẽ, & dilatato per charitatẽ. In tali enim corde habitat tota trinitas:vel,[adorate d.in atrio ſa.eius].i.in loco ſacro, vt eſt eccleſia. Licet enim vbiq; ſit deus adorandus, tamẽ in loco ſacro ſanctius. Iure quippe gloria & honor à nobis illi exhibẽtur,pro tot & tantis beneficijs quæ in ædificationẽ eccleſiæ ſubſcribũtur. Primũ eſt collatio baptiſmi,in quo fideles fiunt mẽbra Chriſti, quã rẽ denotãs ait:[Vox dñi].ſ.dei patris facta eſt[ſuper aquas] Iordanis,in baptiſmo Chriſti,qa[deꝰ maieſtatis]& excelſæ virtutis:tũc[intonuit]dicẽs:Hic eſt filiꝰ m.d.etc. [dñs ſup aq̃s multas] qa oĩbus aquis tũc data eſt virtꝰ regeneratiua in inuocatione ſanctę trinitatis. Deinde poniť alterũ beneficiũ, q̃d eſt catholicæ fidei diuulgatio ꝑ Chriſti & diſcipulorũ ꝓdicationẽ cũ diciť:[Vox dñi].i.ꝓdicatio Chriſti & diſcipulorũ ſuorũ facta eſt [in virtute]magna qa ꝑ eorũ prædicationẽ tã efficacẽ

multi cõuerſi ſunt ad fidẽ[vox dñi]facta eſt[in magnificẽtia]miraculorũ & operũ, vt patet in Euangelio & in actibus apoſtolorũ. Deinde ponitur tertiũ beneficiũ, nẽpe ſubiectio principũ ſub iugo fidei chriſtianæ quod notatur cũ dicitur:[Vox dñi cõfringẽtis cedros] .i.humiliãs per pœnitẽtiã & cõtritionẽ cordis ſuperbos & altos[& cõfringet dñs]per pœnitẽtiã[cedros libani].i.magis elatos & gloriãtes de ſuo candore.i.de generis nobilitate vel carnis,& ſęculi fęlicitate.Libanus enĩ interp̃tatur cãdor:& ꝑcedrũ quę eſt altiſsima arborũ,ſuꝑbia ſignatur.[Et cõminuet eos tanq̃ vitulũ libani].i.humiliabit eos adeò vt tanq̃ vitulus libani parati ſint pro eo mori[& dilectus quẽadmodũ filius vnicorniũ].i.Chriſtus à deo patre prędilectus & quaſi vnicornis cõſtãs & impauid⁹ ſupple fecit humiliationẽ principũ ſuperi⁹ dictã.Deĩde ponitur quartũ beneficiũ,nẽpe cõdeſcẽſio diuina in paſsiõe martyrũ multorũ quod notatur,cũ dicitur:[Vox dñi intercidentis flãmã ignis].i.pręcidẽtis furẽtẽ inſaniã perſecutorũ,& ſic ſanctis ſuis præbẽtis auxiliũ,[vox dñi cõcutientis deſertũ].i.cõmouẽtis ad fidẽ gẽtiles,qui ſicut deſertũ, culti nõ erãt doctrina legis & ꝓphetarũ,[&] ſimiliter [cõmouebit dñs].i.cõuertet ad fidẽ[deſertũ Cades].i. Iudæos q deſeruerũt ſanctũ legis mãdatũ propter traditiones ſuas.Interpretatur enim cades, ſanctũ legis. Deinde ponit̃ quintũ beneficiũ,nẽpe illuminatio doctorũ eccleſiæ,quod notatur,cũ dicitur:[Vox dñi prępar ãtis ceruos].i. apoſtolos & doctores eccleſiæ, qui oĩa mundana tranſilientes & cõtẽnentes agiles fuerũt ad nunciandũ euangeliũ,& vtriuſq; teſtamẽti ſcripturis tanq̃ duobus cornibus,hæreticos repreſſerunt,[& reuelabit]eis dñs cõdenſa].i.ſacræ ſcripturæ obſcura myſteria[& in tẽplo eius] ſic cõſummato .i. in eccleſia[oẽs dicẽt gloriã].i.laudẽ dñi pro bonis quæ ab eo perceperũt.Deinde ponitur ſextũ beneficiũ, nẽpe repreſsio multitudinis peccatorũ, & quãtũ ad hoc dicitur:[Dñs diluuiũ].i.hoĩes in quibus eſt diluuiũ peccatorum

catorũ & inundãtis vanitatis[inhabitare facit]hoc tẽplũ.ſ.eccleſiã per gratiæ infuſionẽ, quia etiã tales ad ſanctæ eccleſię cõuertit vnitatẽ:vel,[do.dil.]huius ſeculi[inhab.fa.] hoc tẽplũ.ſ.ſanctos in eccleſia tanq̃ in arca cõſtitutos, nõ ſinẽs eos ſubmergi fluctibus tẽtationũ[&]deinde in eo tẽplo.ſ. in ſanctis [ſedebit dñs rex in ęternũ] regnãs in eis & regẽs ſpiritaliter imperpetuũ.Et verè reget, quia[Dñs virtutẽ populo ſuo dabit]cõtra huius mũdi procellas & turbines tẽtationũ dimicãti, & ne ab inimicis & vitijs ſuperentur.Et[dñs benedicet populo ſuo]in eũ credẽti & mãdata ei⁹ obſeruanti [in pace] hoc tẽpore ꝓmouẽdo de virtute in virtutẽ, & tandẽ æternè requieſcere fœliciter cũ eo in cęlis:vel,[do.be.po.ſ.in pace] .i.dãdo illis illã benedictionẽ:venite benedicti pa. m.poſ.prę.vobis regnũ etc.poſt laborem præſentis diluuij recipiet eos in pace æternitatis, vt ibi requieſcãt in eo. PSAL. XXIX.

¶ *In hoc pſalmo propheta in perſona Chriſti hominis, gratias agit Deo patri pro ſua liberatione, in reſurrectione, dicens:*

EXaltabo te dñe] pater.i.altitudinẽ & magnitudinẽ tuã prędicando laudabo, [quoniã ſuſcepiſti me] ad immortalitatẽ in reſurrectione facta in me[nec delectaſti]:i.delectari permiſiſti[inimicos meos] Iudæos perſecutores & dęmones[ſuper me]vt me ſuperarẽt retinẽdo in ſepulchro.[Dñe Deus meus clamaui ad te]in paſsione,d:pater clarifica flli.tuũ etc. [& ſanaſti me] in reſurrectione, corpus meũ reddẽdo immortale & glorioſum. Et ô [Dñe eduxiſti ab inferno animã meã] & reſtituiſti eã corpori [ſaluaſti me à deſcẽdentibus in lacũ]gehennæ,vel à lymbo:vel[ſal. me à d.in lacũ] .i. ex manibus Iudæorũ me liberaſti, qui ſua ſponte deſcendũt in lacũ inferni. Et quia tot & tãta tribuit ei Deus pater, ideò hortatur ſanctos, qui ſe hæc habituros ſperant, vt Deũ laudent, d: [Pſallite dño].i.benedicite operando [ſancti eius] .i.ſaluati & ſancti facti per eius liberationẽ, certi dę reſurrectione

quæ præceſsit in capite[& cõfitemini]cõfeſsione laudis,ore & corde[memoriæ ſanctitatis eius].i.laudate eũ,quia ipſe memor fuit veſtri,vt ſanctificaret & iuſtificaret vos per fidẽ & gratiã,vocãdo vos per ſuã bonitatem ad ſui noĩs agnitionem. Itẽ ideo cõfitemini & pſallite Deo patri [Qm̃ ira].i.vindicta.ſ.inflictio pœnę quã ſuſtinui in paſsione,fuit[in indignatione eius].i.ex zelo iuſtitiæ,quo fuit quaſi indignatus propter peccatũ primorũ parentũ[& vita].ſ. gloriæ quã mihi dedit reſuſcitãdo me à mortuis,eſt[in volũtate ei⁹].i. in eius beneplacito.[Ad veſperũ] paſsionis meæ [demorabitur fletus]in apoſtolis[& ad matutinũ]reſurrectionis meę[demorabitur[lætitia]in ipſis apoſtolis & alijs diſcipulis.[Ego autẽ].ſ. Chriſtus[dixi].i.deliberaui[in abũdãtia mea].ſ.virtutũ & cõfidentia deitatis [nõ mouebor in æternũ]à deo,ſed ero obediens patri vſq; ad mortẽ.[Dñe]pater[in volũtate tua].i. ſecũdũ beneplacitũ tuũ[præſtitiſti decori meo].i. humilitati meę,quę decorat virtutes[virtutẽ]vt aduerſa humiliter patiar.[Auertiſti faciẽ tuã à me]exponẽdo me paſſioni. Viſus eſt enim auertiſſe faciẽ ab eo,quãdo eũ in paſsiõe dereliq̃t[& factus ſum cõturbatus]te enĩ auerſo,ad pęnã: nõ ad pc̃m̃ turbatur carnis meę ĩfirmitas: vnde cœpit pauere & tædere, & ipſe ait: triſtis eſt aĩa m.v.ad mortẽ.Et ideo [Ad te dñe]pater[clamabo]in articulo paſsionis,pro bonis adipiſcẽdis.ſ.ꝑ cõſequẽda gloria immortalitatis[& ad]te[deũ meũ dep̃cabor] humiliter,de remouẽdis malis.ſ. de tollẽda mortalitate carnis. Et oſtẽdit tres cauſas quare debeat exaudiri.Prima, q̃a niſi exaudiretur inutilis eſſet ei⁹ paſsio: vnde dicit,[Quæ vtilitas in ſanguine meo].i. in effuſione mei ſanguinis eſſet[dũ deſcẽdo].i.deſcẽderẽ[in corruptionẽ?].i.Si corpus meũ putreſceret & corrũperetur. Secũda cauſa eſt defect⁹ fidei ꝑ vniuerſũ orbẽ: vnde dicit,[Nunq̃d cõfitebitur tibi puluis:]homo vilis & ſupbus,ſi nõ exauditus fuero,q.d:nõ.Tertia cauſa fuit defectus prædicatoris; vnde ſeq̃tur,[aut annũciabit

ciabit veritatē tuā?]q.d:non. Apoſtoli enī tacebāt dū fuit ī ſepulchro,ſed poſt reſurrectionē pdicauerūt,virtute ſpūs ſ.cōfirmati.Deinde exauditū ſe Chriſtus inſinuat,d: [Audiuit dūs] pater me depcātē[& miſertus es mei]ne viderē corruptionē [dūs factus eſt adiutor meus]vt etiā gloria immortalitatis induerer & reſurgerē, & de inferno deuicto triūpharem.Et[Cōuertiſti plāctū meū in gaudiū mihi].i.plāctū,q̄ me plāgebant apoſtoli & mulieres, ac alij credētes couertiſti in gaudiū,quēadmodū promiſerā eis ante paſsionē. Et ideò dicit mihi.i.vt ego verax apparerē in ꝓmiſsis[cōcidiſti ſaccū meū].i.mortalitatē carnis , qua premebar,in reſurrectione deſtruxiſti[& circūdediſti me lætitia] qa ſtola immortalitatis me induiſti : Hoc aūt ideo feciſti [Vt cātet tibi] & laudet te[gloria mea].ſ.reſurrectiōis .i.vt reſurrectio mea ſit in cauſa cur tu lauderis à me& à meis[&]hoc ideo,qa ſemel paſſus[nō cōpūgar].i.nō moriar vlterius,vel ſentiā dolorē paſsionis.Ergo[dñe deus meus inæternū cōfitebor tibi].i.in ſecula & ſine fine laudabo te. ¶ Poteſt & hic pſalm⁹ ſic exponi,vt ſit oratio fidelis,qui ex reuelatione diuina aut cōiectura ꝓbabili,credit peccata à deo ſibi remiſſa , & ſic cōfiteē diuinā bonitatē,d:[Exaltabo te dñe]te laudādo ore & corde[qm̄ ſu.me]in filiū adoptiuū p gratiā iuſtificātē [nec de.ini.m.ſup me].i.dęmones q lętātur de peccatorū interitu.[Do.de.m.cla.ad te] corde & ore tanq̄ ad medicū aīę meę[& ſana.me]à peccati vulnere[Do. edu.ab infer.a.m.]liberando eam ab obligatione gehēnę ꝓpter peccata cōmiſſa,[ſal.m.à d.in lacū]ęternę dānationis.Et ergo[Pſall.do.].i.benedicite [ſa.e.].i. ab eo ſanctificati[& cōfi.me.ſa. eius].i. laudate eū,qa ille ipſe cuius vos eratis obliti memor fuit veſtri , ſic vt ſanctificaret vos per gratiā ſuam.Ideo autem pſallite & confitemini [Quoniam ira] .i.punitio: eſt[in indig.e.]q.d:punitio procedit ex zelo iuſtitiæ[& vi.] .ſ.gratiæ & gloriæ,eſt[in vo.e.]id eſt ex eius beneplacito,nō ex viribus veſtris vel meritis. [Ad veſ. de.flc.

& ad ma.le.q.d:Si veſperè inducat fletum, peccatores puniendo,cito tráſibit,& mane dabit lætitiá eos conſolando. Conſequenter fidelis cognoſcens propriam fragilitatē,d:[Ego autē d.in a.m.]& proſperitate ſpirituali.ſ.virtutũ:elatus ex ea[non mo.inę.à rectitudine iuſtitiæ. Sed ô[Do.in vo. tua] & pro libitu tuo nõ pro meo merito [præ. de me. virtu.].i.imagini tuæ quã ex creatione accepi, naturæ addidiſti virtutē gratiæ qua mala ſuperarē,quæ res ad decus mihi contingit,ac id inde conſtat, quia [Auer.fa.t.à me]propter elationem meã,ex donis gratiæ tuæ [& fact. ſum cõ.] propter grauitatē ſequētis caſus. Et ideo [Ad te d.cl.] corde & ore vt remittas mihi peccata, [& ad de.m. depre.] allegãdo quod ſequitur: [Quæ vti.]prouenit tibi[in ſan.m.] .i.in peccato meo [dũ deſ.in cor.] .i. propter ipſum incurro corporis & animæ mortē,q.d, nulla:quia nec aliquid ex eo laudi dei accreſcit.[Nunquid]enim[cõ.tibi]laudes, vel peccata [pul.] .ſ.corporis iã ſepulti[aut anũ.virt.t.]alĳs,q.d:Nõ. Et ideo melius eſt vt remittas mihi culpã ad tuã laudē & gloriã. Deĩde exauditũ ſe inſinuat d: [Aud.do.] deprecationē meã[& miſ.eſt m.]meũ flagitiũ dimittendo[do. fa.eſt ad.me]vt reſurgerē à peccato,& inſultus Sathanæ à me repellēdo. Et conuertēs ſe ad Deũ dixit:[Cõuertiſti p.me.]habitũ de peccati cõmiſsione, [in gau. mihi] de eius remiſsione et ſpe veniæ, ſecundũ illud Auguſt. Peccator de peccato doleat, et de dolore gaudeat[con.ſa.me].i.carnē ſcindi feciſti per macerationē[et cir.me.læ.].i.gaudio interiori vt gaudens agam pœnitentiã. Hoc autē feciſti [Vt cantet t.gl.me.].i.cõſcientia pura,quia gloria noſtra hæc eſt teſt. cõſciētiæ noſtræ etc. [et non cõ.] recordatione peccati. Et ſic [dñe deus m. inæter. con. tibi]et laudabo te, quia in æterna beatitudine eſt laus iugis.

PSALMVS XXX.

¶ *Propheta in hoc pſalmo in perſona Chriſti hominis, quaſi in paßione exiſtentis, clamat ad patrem dicens:*

In te

IN te dñe]pater[ſperaui]ſecundũ quod homo[non cõfundar inęternũ].i.nunquã confundar[in iuſtitia tua].i.per iuſtitiam quã tu mihi das,[libera me]innocentẽ de morte ne in ea remaneã.Et[Inclina ad me aurem tuã].ſ.miſericordię.i.faue mihi, qui enim inclinat aurẽ alteri:iudiciũ eſt quod ei faueat.Et[accelera] .i. feſtina [vt eruas me]à morte.i. fac me cito reſurgere.Quod vt fiat,[Eſto mihi in Deũ protectorem] contra iacula,& impedimẽta inimici.i. eſto talis protector,qualẽ decet eſſe Deũ,[& in domũ refugĳ] vt in te ſim tutus [vt ſaluũ me facias]reſuſcitando . Et verè ita debes facere & facies. [Qm̃ fortitudo mea] ad tolerandas perſecutiones[& refugium meũ] ad eas oĩo euadendas[es tu]& non alius [&] ideò [propter nomen tuũ]in noteſcendũ & glorificandũ [deduces me] ad oẽs gentes[& enutries me].i.aggregãdo mihi ſanctos,& membra adimplebis , videlicet corpus meum nondũ perfectũ.[Educes me de laqueo quẽ abſcõderunt mihi].i.liberabis me de morte ,quam mihi latẽter quaſi neſcienti paraſſe ſe putauerũt,[quoniã tu es protector meus]quo protegente,nullus poteſt aduerſarius pręualere:vnde iam in paſsione clamo,[In manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ].i. in manibus potẽtię tuæ & miſericordię:vt potẽtia protegat,miſericordia eruat & redimat,[redemiſti me]à morte.i.liberaſti me vt redẽptor[dñe Deus veritatis] ſtans promiſsis. Redempta eſt anima Chriſti & aliorũ per ſuã perfectam obedientiã. Poſſunt etiã prædicta accipi in perſona cuiuſlibet fidelis ita dicentis: [In te dñe ſp.]nõ in me: & fiduciã in te habui:ideo[non confundar in.]& finaliter,licet fortè ad tempus[in iuſti. tua] & nõ in mea, quæ nulla eſt , [libera me] ab æterna confuſione . Et [incl.ad me aurẽ tuã]orationẽ meã attendendo & me humilẽ exaudiẽdo[ac.vt er.me]à malis ne deficiam in tentationibus & tribulationibus .[Eſto mihi in deũ pro.]defendendo me ab inimicis ne me lædant,[& in do.refu.ſuſcipiẽdo me fugientẽ ad te, à perſequẽtibus ne me

ne me rapiāt ita[vt ſal.m.fa.]& liberū & hic & inęternū.[Qm̄ for.m.]qua inimicis reſiſtā [& refug.me.] in quo ſecurus permaneā & quieſcā[es tu] & non alius, [& propter nomē tu.]glorificādū,non propter meritū meū[dedu.me]per viā mandatorū tuorū ne aberrē à te, vel de virtute in virtutē] & e.me] multiplicando gratiā,quę quodāmodo nutrix eſt filiorū dei: vel,[en. me]pabulo verbi tui,& Euchariſtiæ ſacramēto,ne in via deficiā.Per hęc aūt quæ dicta ſunt,liberatur homo à tētationibus diaboli:vnde ſubdit,[Educes m.d.la.] hoc [quē ab.m.].i.ab inſidijs,quas occultè mihi tēdūt diabolꝰ & ſui[qm̄ tu es,p.m.]& nō poteſt illaqueari,q talē habet,ptectorē.Et ideo[In manus t.].ſ.potētiæ & mię[cō.ſpiritū m.] vt eo ſeparato à corpore,ipſū cito ſuſcipias.Hoc exēplū accepit eccleſia à Chriſto,hoc & ſancti orāt,qn̄ migrāt à corpore,hāc vocē debet qlibet fidelis emittere [redemiſti me dn̄e] morte & ſanguine tuo[deus veritatis]nō fallēs in ,pmiſsis: qa q̄d p prophetas,pmiſiſti,in tua morte adīpleſti.Et qa es deꝰ veritatis,[Odiſti obſeruātes].i. diligētes & cuſtodientes [vanitates]mūdi.i.tēporales diuitias,delitias & honores,& ſperātes in beatitudine falſa huius ſæculi, & ſic terrenis inhęrētes,vt cęleſtiū obliuiſcātur:& hoc[ſupuacuè].i. inaniter & infructuosè. Nā talis obſeruatio inutilis eſt,imò nociua.[Ego autē in dn̄o ſperaui] nō ĩ vanitatibus p̄dictis,& ideo[exultabo & lętabor]ĩ futuro.Nec mirū,qa ſpes eſt firma expectatio futurę beatitudinis ex gratia & meritis,pueniēs. Et hoc nō ĩ meritis meis,ſed[in mīa tua]qa p mīam ſaluamur. Exultare eſt cū magna alacritate animi gaudere.Lætari eſt tēperata affectiōe gaudere.Primū quo ad corpꝰ:ſecūdū quo ad aīam:vel,[Ego aūt in te ſpe.] & ideo[exul. & lę.in mi,t.]me liberātē ab anguſtia,quę vt in te ſperarē effecit.Poſtea quo ordine mīam dei ſuſceperit determinat,d:[Qm̄ reſpexiſti]oculo mīæ.Reſpectus iſte eſt collatio gratię[humilitatē meā]i.me humilē.Et ſic [ſaluaſti de neceſsitatibus aīam meā].i.de prauis motibus,

tibus,q̃ dicũtur neceſsitates, q̃a ineuitabiles ſunt: vel, [ſal.de ne.aĩam m.] .i.de malis cõſuetudinibus & miſerijs quas patitur aĩa in hac vita ex infirmitate carnis. Et verè ſaluaſti, q̃a[Nec cõcluſiſti me] .i. cõcludi permiſiſti[in manibus].i.in poteſtatem[inimici]viſibilis vel inuiſibilis, ne mihi finaliter dñarẽtur:q̃a[ſtatuiſti] .i.firmiter ſtare feciſti [in loco ſpacioſo] .ſ. charitatis [pedes meos].i.affectiones meas, me de anguſtijs timoris in viã latã charitatis deducendo, vt currerẽ ſine offendiculo viã mãdatorũ tuorũ.Sed adhuc [Miſerere mei dñe] conſeruãdo me in bono, quo ſum à te donatus. Et neceſſe eſt [quoniã tribulor] pondere malorũ pręſentiũ & tẽtationũ[cõturbatus eſt in ira].i.propter irã perſequentiũ .ſ. dæmonis vel maligni hoĩs contra me excitata[oculus meus] interior.ſ. rationis[anima mea].i.volũtas mea, quæ mouet reliq̃s affectus, ſicut aĩa corpus:ſupple turbata eſt[& vẽter meus]turbatus eſt.i.memoria mea, in qua reponũtur ſentẽtiæ ſacræ, ſicut cibi in vẽtre. Et hinc eſt tribulatio & motus[Qm̃ defecit in dolorę vita mea]q.d:Per totam vitam vſq; ad ipſius corporis diſſolutionẽ nõ ſum ſine tẽtationibus ac doloribus[& anni mei].i.tẽpora quæ hic ago: [ſunt in gemitibus]propter tribulationis põdus. Totũ enĩ ſpatiũ p̃ſentis vitæ, ſanctis dolor eſt & gemitus. Et[Infirmata eſt in paupertate].i.in cõſideratiõe meę paupertatis & defectus bonorũ[virtus mea] .ſ. animi .i.vigor & mea ſpes [& oſſa mea conturbata ſunt] .i. fortitudo corporis mei debilitata eſt. Per iſta oſtendit quod nec in aĩa, nec in corpore vlla poteſt eſſe hoĩs p̃ſumptio, q̃a humana fragilitas nihil boni habet ex ſe.[Sup oẽs inimicos meos].i.plus quã inimici mei, q̃ ſunt oẽs iniq̃[factus ſum opprobriũ vicinis meis valdè].i.maiori opprobrio habitus ſum ab illis, quã illi q̃ pro ſceleribus ſuis digni fuerãt opprobrio [& timor notis meis].i.familiaribus, ne idẽ mecũ patiãtur [obliuioni datus ſum]ab illis [tanquã mortuus à corde] ipſorum ſim, q.d: Excidi à corde eorum & recor-

datione

datione, ſicut mortuus excidit à corde per obliuionē, cuius memoria cū corpore ſepelitur. Et [Factus ſum] .i. reputatus à malis [tanquā vas perditū].i. viſus ſum tanquā inutilis, nullū dño reddens lucrū. Hoc autē dico [quoniā audiui vituperationē multorū cōmorantiū in circuitu].i. circūquaq; audiui vituperationem, ſicut canes mordent canē percuſſum. [In eo].ſ. cōuētu [dū conuenirent ſimul aduerſum me].ſ. dæmones & mali homines vt me expugnarent [accipere aīam meā conſiliati ſunt] illi per culpā, iſti per pœnā. [Ego autē] inter hæc opprobria [in te ſperaui dñe] non plus iuſto mihi tribui [dixi dño] verbo oris & cordis [deus meus es tu] qui me de nihilo creaſti [in manibus tuis].i. in poteſtate & arbitrio tuo, ſunt [ſortes meæ].i. partes hæreditatis meę futurę.ſ. gloria corporis & animę. Et ideo [Eripe me de manu].i. de poteſtate [inimicorum meo.] viſibiliū & inuiſibiliū qui me oderūt [& à perſequentibus me] viſibiliter & inuiſibiliter. [Illuſtra faciē tuā ſuper] me [ſeruū tuū].i. ſuper meipſum gratia tua mihi manifeſtādo: vel, [Illuſtra fa. t. ſu. ſer. tuū].i. infundēdo gratiā imprime animę meæ ſimilitudinem tuā: [ſaluū me fac] tu qui es ſaluator [in mīa tua] nō in meis meritis, vel iuſtitia: ô [dñe non cōfundar] confuſione æterna [qm̄ inuocaui te] tanq̄ ducē & tutorē. Et eſt inuocare, intus vocare .ſ. corde, ore, & opere. Et ideo dicit: inuocaui.i. intus vocaui te. Sed ex oppoſito, [Erubeſcant] & cōfundantur [impij] illa confuſione, qua petij nō confundi ſupra [& deducātur in infernū] poſt vitā iſtā, ſi in malitia perſeuerauerint. Et tunc [muta fiāt] à laude dei & ab excuſatione ſui [labia doloſa].ſ. maligna & falſum fingētia. Et poc petit amore iuſtitię, vel prædicit: [Quæ].ſ. labia [loquuntur] nec [aduerſus iuſtū iniquitatē].ſ. cōtra Chriſtū & ſuos, qa iniquū eſt detrahere ſanctis. Et hoc [in ſuperbia] cordis [& abuſione].ſ. operis.i. peruerſo vſu beneficiorū Dei, quorū nō meminerint cū gratiarū actione. Quotidie modo clamāt mali cōtra Chriſtū & ſuos, ſed tūc efficien-

efficientur muti,quando ſanctorũ apparebit gloria,& eis imminebunt tormenta. Quamobrem ſanctorum fęlicitatẽ admirãs propheta vel fidelis quilibet exclamat:[Quã magna].i.valdè magna eſt[multitudo dulcedinis tuæ dñe]quia reſeuat eis bonũ infinitũ deguſtandũ:abſolutè continẽs quicquid vſquã dulcedinis poteſt excogitari,Eſaiæ 64.Oculus nõ vi.nec au. etc. [quã abſcondiſti].i.ſeruaſti in futura beatitudine [timentibus te]timore filiali,vt ſolis illis reddas tẽpore oportuno.[Perfeciſti].ſ.in tua prædeſtinatione, quæ eſt immutabilis[eis qui ſperant in te]nec ſpe debita, quæ prouenit ex gratia & meritis: Proueniẽs [in cõſpectu filiorũ hominũ].i.qui ita ſperant,quod nõ verentur ſuã ſpẽ & fidẽ oſtendere corã hominibus eos perſequẽtibus:vel,[perfeciſti].i.perficies[eis qui ſpe. in te in con.fi.hoĩm]q.d:Tu reddes eis & perficies illã dulcedinẽ cunctis videntibus,quando dices in die iudicij:Venite benedicti pa.m.poſ. præ.vobis regnum, etc.Hoc enim erit in conſpectu filiorũ hominũ tã bonorũ quã malorũ.[Abſcondes eos] ne videantur ab impijs[in abſcondito faciei tuę].i.in ſecretis ſapiẽtiæ tuæ,ſeu viſionis tuæ faciei,ne ab impijs non conſpicietur.ſ.vt te videant per ſpeciẽ,qui modo lates [à cõturbatione hominũ].ſ.dãnatorũ. In futuro ergo abſcondes, & hi dũ peregrinãtur, [Proteges eos]ne dãnũ accipiant [in rabernaculo tuo].ſ.in præſenti eccleſia in qua militãt[à cõtradictione linguarũ] malarum.ſ.Sciſmatũ & hæreſum cõtra eos nũc latrantiũ. Deinde plenitudinẽ beneficiorũ in laudẽ concludit,& pro tantis beneficijs Deum laudat,d:[Benedictus]ſit [dñs].i.laudatus[quoniã mirificauit].i.mirabilẽ fecit & oſtendit[miſericordiã ſuã mihi]inter aduerſitates & perſecutiones acerrimas me protegẽdo [in ciuitate].i.in Eccleſia[munita]contra diabolũ ,huius ciuitatis murus eſt Chriſtus:apoſtoli autem & ſancti ſunt turres.Victualia ſunt ſacramẽta, & maximè ſacramẽtũ Euchariſtię.Fluuius eſt doctrina.[Ego autẽ]tribulationes

latiões & miſerias patiēdo[dixi in exceſſu mētis meę] dū anxius eſſem ob mala præſentis vitæ .i. in pauore meo,qui pauor dicitur exceſſus,qa à ratione exceſsit timēdo[proiectus ſum à facie oculorū tuorū] .i. derelictus ſum à te tanquā res vilis. Et quia trepidans clamaui,[Ideò exaudiſti vocē orationis meæ]tribulationē mitigando,& conſolationē maximā pro tribulatione modica reddēdo. Et hoc feciſti [dū clamarē ad te] toto cordis affectu te inuocando. Pro his ergo prædictis [Diligite dn̄m oēs ſancti eius] quorū eſt diligere deū non mūdū,q.d: Ita diligite vt ne recedatis ab eius amore,cū eritis in tribulatione[qm̄ veritatē reqret]in futuro[Dn̄s]verax,diligentes ſe pro pœnis & laboribus,remunerando:vel,[verita.requi.do.].i.ſi nō verè dilexerimus eū[& retribuet].ſ.pœnā debitā[abūdanter]non modicè[faciētibus ſuperbiam].i. quodcunq; mortale peccatū,quia in quolibet peccato mortali eſt ſuperbia & cōteptus Dei. Interim ergo [Viriliter agite]in inceptis bonis perſeuerādo [& confortetur cor veſtrū]ne à recto propoſito aliqua carnis imbecillitate ſeducatur[omnes qui ſperatis in dn̄o] brauium æternæ remunerationis expectantes ab eo.

PSALMVS XXXI.

¶ *In iſto pſalmo propheta agit de confeſsione peccatorū. Gratiam itaque commendans initium boni,indulgentiam Dei oſtendit eſſe, dicens:*

BEati]ſunt illi in ſpe & gratia , beati exiſtimādi in re & gloria[quorū remiſſæ].i. dimiſſæ[ſunt iniqtates]quātū ad culpā[& quorū tecta ſunt peccata].ſ.ipſi deo,quātū ad pœnā,vt non videat ea deus ad puniēdū poſthac ſaltē pęna æterna. Videre enī Dei peccata,eſt punire ea. Iſti ergo ſunt beati in ſpe,& ſi nō adhuc in re. Remiſsio enī culpæ nō fit niſi per gratiā, quæ eſt quędā arrha glorię. Et[Beat⁹ vir]in ſpe[cui nō imputauit dn̄s peccatū] ſiue ad culpā, ſiue ad pœnā,qa [nec eſt in ſpiritu eius dolus. Verè enim pęnitet mēte, & ſe accuſat ore,& emendare proponit opere. Dolus

eſſet

eſſet in ſpiritu eius,quod ſi doleret & cõſiteretur,emẽdare aũt ingenuè nõ vellet.Sed[Qm̃ tacui]olim cõfeſſionẽ peccati, ſcelus meũ abſcondẽdo [inueterauerũt oſſa mea].i.virtutes animæ meæ, (quæ per oſſa deſignãtur,in quibus conſiſtit robur corporis, ſicut in viribus animæ robur mẽtis)per peccatũ fractæ, in fractione & vetuſtate perdurauerũt[dũ clamarẽ tota die].i. cõtinuè peccatũ defendendo,aut de iuſtitia & meritis me iactando.Et quia tacuit,vindicantẽ dñi manũ ſenſit,ideo d:[Qm̃ die ac nocte].i.aſsiduè [grauata eſt ſuper me manus tua].i.poteſtas vindictæ, quoniam ex continuatione peccati,aggrauatur pœna diuinitus infligenda.Et ex huius conſideratione [cõuerſus ſum in ærumna mea] .i. in cõſideratione meæ miſeriæ [dum configitur ſpina]mihi .i. dum remordente cõſcientia, cõpunctio pungit cor & vulnerat.Propter quod[Delictũ meũ].ſ.qa quę erãt faciẽda nõ feci[cognitũ tibi feci]ꝑ verã cõfeſsionẽ [& iniuſtitiã meã].ſ.qa malũ egi, nimirũ feci[nõ abſcondi]à te,q.d:imò reuelaui vt curarer.Et quia difficile eſt oĩa peccata ſimul ſubitò recolere,ideo debet eſſe cõfeſsio præmeditata:vnde bene ſequitur,[Dixi].i.ex præuiſa deliberatione acceſsi ad cõfeſsionẽ[cõfitebor].i.ſimul corde & ore fatebor [aduerſũ me].i.nõ deo,nõ diabolo, nõ fato ,ſed mihi aſcribẽdo[iniuſtitiã meã dño].i.ad honorẽ dñi:coram eius vicario[& tu remiſiſti]ꝑ tuã gratiã [impietatem peccati mei]quãtũ ad culpã.Et[Pro hac] .ſ.remiſsiõe peccatorũ ſuorũ habẽda[orabit ad te]ô deus[oĩs ſanctus]vt eã ſibi valeat ĩpetrare. Nõ enĩ ſunt ſctĩ certi de ſua iuſtificatiõe.Et hoc[in tẽpore oportuno].i.in hac vita,in qua licet cõuerti: vel, [Pro h.o.ad t.o.ſan.] .ſ. ꝓ ſua iuſtitia à lapſu cõſeruãda, & hoc[in tẽp.o.].ſ.in ſtatu gratiæ.Et licet ſit modo tẽpus oportunũ.[Verũtamẽ]qui ſunt[in diluuio aquarũ multarũ].i.in cõcupiſcẽtĳs carnalib⁹[ad eũ].ſ.deũ[nõ ap‑ꝓximabũt]ſaluãdi.ſ.elõgabũtur:vel,[Verũtamẽ] ſi ſic fecerit orãdo [in dilu.aqua.multa.] & tentationum vehementium

ſuper-

ſuperuenientiũ.i.licet abũdauerint tentationes tanꝗ inundationes aquarũ multarũ[ad eũ] tamen .ſ.ſanctũ ſic orantẽ,tentationes[nõ approximabunt]vt eũ ſuperent per peccati relapſum,quia cõuertet ſe ad dñm & orabit,d:[Tu es refugiũ meũ].ſ. fugiẽti mihi de laqueis & carcere diaboli[à tribulatione]huius ſæculi, vel tentatione vitiorũ & diaboli[quæ circũdedit me] & impugnat in iſto diluuio volens me ſubuertere . Et tu es[exultatio mea].i.tu es deus in quo exultare ſpero.Et ideo[erue me]quia adhuc ſum in malis[à circundãtibus me].ſ.inimicis & vitijs mihi inſidiãtibus, & impellentibus ad relapſum. Et reſpondet dñs pœnitenti & oranti,d: [Intellectũ tibi dabo].i. notitiam præſentiũ vt pertranſeas:præteritorũ malorũ , vt de illis doleas,& cũ effectu ſatisfacias: futurorũ, vt illa præuideas,& à malo tibi caueas:æternorũ bonorũ,vt ea appetas,& ad ea curas:pœnarũ vt eas fugias: & tui ipſius,vt humilieris,& Deo bona attribuas,hic eſt intellectus bonus:[& inſtruã te]ſcientia & bonis moribus ac virtutibus , ad ꝓſequẽdũ bonũ & fugiẽdũ malũ ne aberres.Et[in via hac].ſ.virtutũ[qua gradieris] & ambulabis,[firmabo ſuper te oculos meos]perfectionẽ tuã per viã virtutũ miſericorditer attendendo, & te in eodẽ itinere cuſtodiẽdo:vel[Intellectũ t.d.]ad cognoſcendũ agenda[& inſt. te]ad vitandũ quæ ſunt vitanda.Et hoc[in via h.qua gra.].i.in omnibus quę ſunt in hac vita,vt ſcias nihil eſſe niſi viã, Deũ autem finem,& ſic vt non hæreas in eis,ſed pertranſeas etc. Poſtea monet vir iuſtus cũ propheta , vt intellectũ iſtũ in ſe recipiant:et qui habeant non amittant,cum ſubiungit:[Nolite fieri ſicut equus et mulus]ſequentes ſenſitiuũ et ſenſualẽ appetitũ[quibus non eſt intellectus]et ratio ,q.d : hoc nulla culpa eſt in animalibus brutis,ſed in hominibus rationẽ habentibus, hoc eſt, valde culpãdũ,quia per rationẽ poſſunt appetitũ ſenſitiuũ refrenare.Et ideo de hominibus appetitũ ſenſitiuũ ſequentibus, propheta Deũ deprecatur,d:O deus

[In

[In chamo & freno, maxillas illorũ cõſtringe, qui nõ approximãt ad te].i.eos q nolũt obedire, ſicut equus indomitus pœnis & laboribus afflige: ita ſic vt pœna dãte eis intellectũ obediãt tibi ad nutum: ſicut animalia niſi aberrẽt à via, frena patiũtur & flagella. Et bene monui vos, nolite fieri ſicut equus & mulus: qa [Multa] ſunt [flagella peccatoris].i. multæ ſunt pœnę peccatoribus obſtinatis in inferno præparatæ, quia ibi eſt pœna dãni & pœna ſenſus: ſtridor dentiũ & fletus, exteriores tenebræ, atq; id perpetuo & ſine fine: [ſperantẽ autẽ in dño] ſpe debita, & agẽtẽ de peccatis pœnitentiã [miſericordia circũdabit] in futuro, quando miſericordia introducet illũ in gaudium æternũ. Ob quã rẽ mĩa Dñi circũdabit iuſtos: qa licet illud gaudiũ meruerint in hac vita, tamẽ plus dabit quã meruerint. Ex omni enim parte habebũt materiã lætitiæ. Supra ſe in viſione diuina. Circa ſe, ex ſanctorũ & angelorũ ſocietate grata. Apud ſemetipſos de corporis & aĩæ glorificatiõe. Exterius aũt de mirabili ꝓuẽtu. Ante ſe de ꝑpetua ſecuritate. Infra ſe vidẽdo ĩfernũ & tormẽta quę euaſerũt ex dei gratia. Et ideo in fine poſtea excitat iuſtos ad Dei laudẽ, d: [Lætamini in dño] nõ in mundo, gaudio interiori [& exultate] exterius in corpore, nõ mundi amatores, ſed [iuſti] gratia Dei iuſtificati [& gloriamini] ſeu teſtimonio bono conſcientiæ [omnes recti corde] habẽtes voluntatẽ cõformẽ, & ſubditã volũtati diuinæ: quia ipſa rectitudo cordis eſt gloria ſanctorũ: vel, [gloria. oẽs recti cor.] de certa præmij cæleſtis expectatione. Soli enim recti corde, prẽmiũ cęleſte percipient.

PSAL. XXXII.

¶ *Propheta in hoc pſalmo inuitat iuſtos & rectos ad Dei laudẽ propter ipſius fidelitatẽ, potẽtiã, ſapientiã & bonitatem, dicens:*

EXultate iuſti in dño] nõ in mũdo. Et quia exultare in dño niſi per laudationẽ non poſſumus: [rectos] inquit [decet laudatio].i. laudare Deũ. Decẽs enim eſt vt recti laudẽt Deũ de rectitudine vitæ quã habere non poſſunt niſi ex diuina gratia, quę ſub-

ijcit partẽ aię ſuperiorẽ ipſi deo,& vires inferiores rationi,& in hac re conſiſtit hoīs rectitudo. Recti ergo ſunt qui cor ſuũ ſecũdũ volũtatẽ dei dirigũt. Iuſti ſunt q per fidẽ & bonã operationẽ dño ſeruiũt. Et ſubiũgit quomodo ſit laudãdus. [Cõfitemini dño] cõfeſsione laudis[ĩ cythara]&[in pſalterio decẽ chordarũ pſallite illi.]Per cytharã q̃ eſt triãgularis figuræ,fides ſanctę trinitatis:p pſalteriũ decẽ chordarũ, ĩpletio decalogi deſignatur. Nã in illis q deũ dignè laudare volũt, fides & opa reqrũtur.[Cãtate ei cãticũ nouũ].ſ. de incarnatiõe, de q̃ mũdus exultat,quã etiã & angeli celebrarũt [bene pſallite]bonis opibus[in vociferatiõe]vt in aurib' dei ſonet. Bene pſallit,q bene viuit.[Quia rectũ eſt verbũ dñi].i.ꝓmiſsio eius vera eſt in oĩbus[& oĩa opa eius]ſunt[in fide]faciẽda.i.Quod exterius bonũ videtur opus,interius fidę vigeat,vt credens æternã retributionẽ,nõ quęrat hic p̃miũ fauoris,vel tẽporalis retributiõis cuiuſcũq;. Ideo etiã eſt laudãdus:qa[Diligit mĩam]quã modo prærogat peccata donãdo,iuſtificãdo,& promittẽdo[& iudiciũ]quo in futuro pręrogata exiget,& retribuet vnicuiq; ſecũdũ merita ſua. Et verè mĩam diligit:qa[mĩa dñi plena eſt terra] vbiq; enĩ euãgeliũ p̄dicatur,remiſsio peccatorũ pręſtatur, ſalus annũciat̃.[Verbo]enĩ[dñi].i.ſapiẽtia dei patris [cæli] .i.apoſtoli[firmati ſunt].i.tũ plenè inſtructi fuerũt,cũ cõuerſati ſunt cũ illo,ac tũ demum firmati & ſolidati ſunt in fide[&]poſt[ſpũ oris eius] .i. filij,q eſt os patris[oĩs virtus eorũ]in doctrina & miraculis cõſiſtẽs roborata eſt. Os patris,eſt filius:qa vt homo exprimit alijs volũtatẽ ſuã p os,ita pater p filiũ. Huius oris dicitur ſpũs ſ. eſſe ſpũs: qa ſicut à patre, ita & à filio ꝓcedit:vel,[Verbo do.].i.filio[cęli]materiales [fir. ſunt] qa p filiũ fecit eos dñs [& ſpi. or. e.].i.ſpũ ſ. [oĩs virt. eorũ].i.per eũ firmitas eorũ cõfirmata eſt. Et eſt idem opus filij & ſpiritus ſ. per quos operat̃ pater. Indiuiſa enĩ ſunt opera trinitatis,ſed patri autoritas attribuit̃. Et dñs eſt[Cõgregãs ſicut in vtre aquas maris]ad literam.

rũ.Ipſe enĩ perinde cõgregauit eas in alueo ſuo, ac in vtre.Et ipſe eſt[ponens in theſauris abyſſos]iuxta illud:Qui ꝓducit vẽ.d.th.ſuis etc.vel,[ponẽs in th.ab.] .i.cuius theſauri ſunt inſcrutabiles, ſicut abyſſus. Miſticè ſic[Cõgr.ſic.in v.]vaſe coriaceo[aquas m.].i.ſęculi tribulationes : qa ſicut homo in vtre aquas ſtringit,& quũ voluerit ſpargit:ſic dñs tribulatiões eccleſię primitiuę,quæ multæ fuerũt reſtrinxit[po.in t.].i.recõdẽs in ſecreto ſuo[abyſ.].i.re,ꝓbos & malos,vt tẽpore ſuo aliqd ꝓferat,vnde bonos erudiat.Ideo [Timeat dñm oĩs terra].i.oĩs homo vt deſinat peccare, [ab eo aũt]& manu mĩæ eius[cõmoueãtur]ad hũc timorẽ [oẽs inhabitãtes orbẽ].i.vniuerſam eccleſiã. Et verè dñs timendus eſt:oĩs enĩ creatura ſub illo eſt,quẽ iubemur timere:vnde ſubdiť,[Qm̃ ipſe dixit].i.voluit [& facta ſunt]oĩa.i.formata ex informi materia [ipſe mãdauit].i.verbo ſuo p̃cepit[& creata ſunt]informia ex nihilo,ſic & eadẽ ratiõe poterit in nihilũ redigere. Nõ eſt enĩ poteſtas niſi à deo:vnde ipſe ſol'eſt timẽd': ideo adiũgit,[Dñs diſsipat]ne effectũ ſortiãtur[cõſilia gẽtiũ]cõtra ſe & ſuos facta eorũ deſtruẽdo idololatriã q putabãt deſtruere eccleſiã [reprobat aũt cogitatiões populorũ].i.Iudęorũ, qui putabãt nomẽ chriſtianorũ extinguere[& reprobat cõſilia principũ].i.dęmoniorũ,vel eorũ principũ qui tyrãnidẽ exercẽt in hoc mũdo.[Cõſiliũ aũt dñi]de noſtra vocatione, iuſtificatione & glorificatione[inæternũ manet] quia nullo diſſoluitur tẽpore.Et[cogitationes cordis eius] ſunt [in generatiõe & generationẽ]quia nõ mutãtur,ſed æternę perdurãt.Vnde & ſubdiť de eius cõſilio,[Beata]eſt [gẽs]cui'eſt dñs deus ei']p verã fidẽ & debitũ cultũ.i.q ſibi dñm nõ elegit,p̃ter deũ,quẽ vnicè colit & ex quo viuit:vel,[Beata gens]prędeſtinatorum [cuius eſt do. d.e.] .i. qui ſeruit dño deo ſuo.Et[populus].ſ.beatus eſt[quẽ elegit]dñs electione prædeſtinationis qui ſine dubio conſeqtur effectũ:& ꝑparauit[in hæreditatẽ ſibi].i.in poſſeſsionem perpetuã tanq̃ hæreditatem:

quia prædeſtinati immobiliter adhærebũt deo in patria cæleſti ſic vt ſint hæreditas Dei,& Deus erit hęreditas ipſorũ.Et oſtēdit quomodo elegerit,d: [De cælo] & accipitur hic cælũ pro cælo empyreo,quod idē eſt,quod Deus:quia ab æterno oĩa pręuidit,in ſeipſo [reſpexit dñs] miſericorditer & inde [vidit] qa eorũ miſertus eſt[oēs filios hoĩm] .i. ptinētes ad filiũ hominis,vt oĩm miſereatur, qa nunq̃ reſpectus eius ſine miſericordia fuit.[De prędarato habitaculo ſuo]i..de diuinitatis ſuæ ſecreto,[reſpexit ſuper omnes qui habitant terram] tanquam peregrini , vt præſit illis. Et oſtēdit quid de illis fecerit,quia ipſe eſt [Qui finxit].i. manu gratiæ formauit[ſigillatim corda eorũ].i. aĩas, ſingulis ſingula quędã dona dans . Vnde de quolibet ſancto poteſt verè illud intelligi:nō eſt inuētus ſimilis illi etc.[q intelligit oĩa opa eorũ] .i. ſecretò & internè,pſpicit.Nō enĩ ſolũ videt opa quę fiũt deus,ſed etiã intelligit & ſubtiliter attēdit q̃liter,qua volũtate, qua intētiōe,& quo fine fiãt.Nec ſolũ ſpũalia dona ſunt à deo,ſed etiã corporalia ab eo eſſe declarãt,ne qs ea ſibi aſcribat,quia[Nō ſaluatur rex per multã virtutē] corporali ſalute,vt patuit ĩ Pharaone [& gigas]licet corpore fortiſsimus[nō ſaluabitur in multitudine virtutis].i.fortitudinis [ſuæ]vt patuit in Golia & Og rege Baſan,niſi cũ illis rebus habeãt Dei auxiliũ & protectionē.[Fallax]eſt[equ⁹ ad ſalutē] ſeſſorē ſuũ velocitate ſua ſeruare nō valēs[in abũdãtia aũt virtutis ſuę] .ſ.equi[nō ſaluabit̃].ſ.q equo incidet,ac illi fidit.Vnde ergo ſalus? [Ecce].i.in manifeſto habetur ſalus:qa [oculi dñi].i.miſericordię ipſius reſpectus ſunt[ſuper metuētes eũ]timore ſancto,qui ,ppter eius amorē timent peccare,vt eos diligēter cuſtodiat [& in eis qui ſperãt]nō in viribus proprijs, ſed[ſuper mĩa eius]expectãtes eã per ſpē firmã.Propterea autē reſpicit[Vt] tandem [eruat à morte]culpæ:& dãnatione perpetua [aĩas eorũ] dans eis vitã æternã[et alat eos in fame] pane cæleſti,damnatis eſurientibus. Ideoq; [Anima noſtra]

noſtra] modò [ſuſtinet dñm] .i. patienter expectat eius beneplacitũ, quicquid acciderit patienter ſuſtinendo propter ipſum, vt alatur poſt hanc vitam eſcis incorruptibilibus. Et poterit ſuſtinere [quoniã] ipſe [adiutor] ad faciendũ bona, et dñ ad deũ irrũpimus [et protector] ad cauẽdũ mala, et dñ hoſti reſiſtimus [noſter eſt] et nõ alius. Ideo autem in hac ſpe eſt fidendũ, [Quia in eo lętabitur cor noſtrũ] q.d: Etſi tribulationẽ patiamur, nõ tamẽ cõſolatiõe interna deſtituemur: vel, [Quia in eo] .ſ. in dño .i. in eius fruitione [lætabitur] in futuro plenè [cor noſtrũ] & aĩa, cũ ꝓ operibus & meritis p̃mia recipiemus [et] interim [in noĩe ſancto eius] .i. in re noĩs eius, qua ſeruator eſt, non in meritis noſtris [ſperabimus] nos vẽturos ad eũ in futuro. Et ideo, [Fiat miſericordia tua dñe ſuꝑ nos] .i. per miſericordiã tuã impleatur in nobis .ſ. vt in futuro in te lętemur [quẽadmodũ] et ſicut hic [ſperauimus in te] .i. ſecundũ meritũ ſpei, quam in te habuimus. Spes enim nõ confundit, q.d: Iſtã rem nobis cõcedas: quia ſperauimus in te ſolo.

PSAL. XXXIII.

In hoc pſalmo propheta nos inſtruit & informat ad laudandum Deum. Dicit ergo *propheta, & uir iuſtus cum eo,*

BEnedicã dñm] .i. laudabo corde, ore, et opere. Et hoc [in omni tempore] tã proſpero quã aduerſo. Et [ſemper] .i. aſsiduè [laus eius [erit] in ore meo] .i. nihil vnquã loquar quod non ſit ad laudẽ Dei: vel, [ſemper la. e. in o. meo] .i. ſemp aliquid dicã, vel faciã, vel cogitabo, q̃d ad laudẽ dei referatur. [In dño laudabit̃ aĩa mea] de bono ſuo. i: Si in me ſit quicq̃ q̃d laudari poſsit, ad ipſũ refero, à quo habeo, et nõ mihi attribuo [audiãt mãſueti] .i. mites et benigni laudẽ dñi [et lætentur] quia res iucũda eſt aĩæ mãſuetæ et humili: Et ideo ad eos cõuertendo ſermonẽ hortatur ad Dei laudem, d: [Magnificate dñm] .i. prædicate eũ magnũ, mirabilem [mecũ,] q.d: Quemadmodũ ego facio, ſic et vos facite [et exaltemus nomen eius] .i. q̃buſcũq; poſſumus altũ et æternũ propagemus [in idipſum] .i. pa-

riter in vnitate & concordia. Vt autẽ inuitatos ad hoc trahat, dicit quæ bona ſibi inde euenerit, ſubdẽs, [Exquiſiui]. i. ex toto corde quæſiui, nõ aurũ vel aliud tẽporale quiddã: ſed [dñm] orationib⁹ ſedulis ipſum orãdo [& exaudiuit me] bona, quę ab eo poſtulaui, & vt eũ inuenirẽ mihi cõcedẽdo [& ex oĩbus tribulationibus meis] tã ſpiritualibus q̃ã corporalibus [eripuit me] miſericorditer liberando. Deinde hortatur alios quod ipſe probauerit, d: Vos ergo exẽplo mei [Accedite] propius, corde & opere [ad eũ]. ſ. Deũ, lumẽ aĩæ veſtræ [& illuminamini] ſpiritualiter, lumine gratiæ: quia ipſe eſt lux vera quę il. om. ho. ve. etc. [&] poſt lumẽ [facies veſtrę]. i. mẽtes nõ cõfundẽtur]. i. nõ fruſtrabũtur, nec in precũ exauditione, vel in futuro in mercede. Et hoc probat ꝓpheta ꝑ exẽplũ ſui: vnde ait, [Iſte pauꝑ]. ſ. ego qui ſum pauꝑ & exul in hoc mũdo [clamauit] ad dñm [& dñs exaudiuit eũ] humiliter clamãtẽ [& de oĩbus tribulationib⁹ eius ſaluauit eũ] q. d: Sic faciet & vobis ſi ad eũ accedatis. Sed quomodo immunes reddet ab oĩbus tribulationibus? Ecce [Immittet] ſe [angelus dñi]. ſ. Chriſtus, qui eſt magni cõſilij angelus, vel alius angel⁹ de cælo [in circuitu timẽtiũ eũ]. ſ. dñm, vt protegat timentes ſe vndiq;, vt in nulla parte irrũpere valeat inimicus [& eripiet eos] de omni anguſtia, & à tẽtationibus & tribulationibus oĩbus liberãdo. Et nõ ſolũ mihi credite accedẽdo ad eũ, ſed etiã voſipſi. [Guſtate]. i. experimẽto probate, vel per ſpiritualẽ guſtũ aĩę vel ſumptionẽ Euchariſtię [&] ſic [videte]. i. intelligite [q̃m ſuauis eſt dñs]. i. dulciſsimus palato cordis. Et ideo [Beatus] eſt [vir] iã in ſpe & tãdem erit in re [qui ſperat in eo] tãtũ: q͞a talis pręguſtatio diuinæ dulcedinis, auget ſpẽ futuræ beatitudinis: q͞a habes illã ſpẽ, q eſt omne bonũ. Quãuis aũt dñs ſuauis ſit: tamẽ [Timete dñm oẽs ſancti eius] ſemꝑ caſum futurũ metuẽdo, nõ ſecuritatẽ vobis pollicẽdo [q̃m nõ eſt inopia timẽtibus eũ] timore filiali. ſ. defect⁹ bonorũ ſpiritualiũ in præſenti, nec defectus bonorũ ęternorũ in futuro:

futuro:quę ſola ſunt vera bona & defectus illorũ vera inopia debet vocari. Et hoc probat cũ ſubiũgit,[Diuites]hui'ſęculi[eguerũt]diuitijs,& gratia,& virtute deſtituti[& eſurierũt]mentis inopiã ſuſtinẽtes [inquirẽtes aũt dñm].i.toto corde & ſtudio quęrẽtes nõ aliud extra ipſum [nõ minuẽtur].i.ſine diminutione replebũtur[omni bono]quia abũdãt bonis ſpiritualibus: tẽporalia verò quãtũcũq; modica ſint,ſufficiũt eis:vel, [nõ mi.omni bono].i.nõ habebũt minus quã oẽ bonũ.ſ.quã deũ,qui erit eis oĩa in oĩbus. Et ideo ꝓtinus nos admonet,d:[Venite filij]per deſideriũ diſciplinæ ad me appropinquãdo[audite me] auribus cordis[timorẽ dñi]q̃ eſt initiũ cæleſtis ſapiẽtiæ, & primus gradus ſpiritualis doctrinæ[docebo vos]quia nihil eo vtilius doceri poteſt in mũdo.[Quis eſt homo qui vult vitã].ſ.verã & æternã,in qua nullus moritur. Et q[diligit videre dies bonos] in cæleſti beatitudine,vbi cũ ſanctis lætetur,quia nunq̃ in hoc ſeculo inueniuntur, talis ſ.audiat & faciat quod ſequitur,[Prohibe linguã tuã à malo]omni:ne in aperto loq̃tur malũ.ſ.blaſphemiæ,cõtentionis,detractionis,infamationis,ſuſurratiõis & ſimiliũ [&]perhibe labia tua ne loquãtur dolum].ſ.deceptionis,falſitatis,adulationis & ſimilium cõtra proximũ.[Diuerte]te[à malo].ſ.opere:vitia relinquẽdo[& fac bonũ] virtutibus inſiſtendo [inquire pacem].i.inquire de recõciliando tibi dño,proximo, & teipſo[& perſequere eam].i.perſeueranter ſequere & perſeuera in quærendo. Nec ex infirmitate diffidas. [Oculi domini,] id eſt, reſpectus pietatis Dei, & intuitus diuinæ miſericordiæ ſunt [ſuper iuſtos,]id eſt, ſuper eos qui iuſtè viuunt [&] ſi aliquid petant [aures eius,] id eſt, clementia & potentia ſunt paratæ [in preces eorum] exaudiendas. [Vultus autem dñi] .ſ.iræ,indignationis:vel cognitio Dei eſt [ſuper facientes mala] ad puniendum [vt perdat de terra].ſ. viuentium,in qua non habebunt locũ [memoriã eorum].ſ.vt nec mẽtio,nec interceſsio fiat pro eis apud

bonos. Et verè oculi dñi ſunt ſup iuſtos,& aures eius in preces eorũ,quia[Clamauerũt iuſti] pro liberatione ſua ad deũ,deuotè orãdo,[& dñs exaudiuit eos] vel corporaliter,vel ſpũaliter liberãdo. Et hoc eſt quod ſubditur:[& ex oĩbus tribulationibus eorũ liberauit eos] protegẽdo à malis ſpiritualibus,& aliquãdo etiã corporalibus. Perfectè tamẽ eos liberat,quãdo de malis vitæ præſentis trãsferẽdo ad requiẽ perducit. Nec mirũ ſi exaudiat eos, qa[Iuxta eſt dñs his qui tribulato].i.cõtrito[ſunt corde]. Perinde enim cũ illis ſe habet,vt medicus cũ ęgro:itẽ vt cõſolator,itẽ vt adiutor cũ laborãtibus:[& humiles ſpiritu].i.corde[ſaluabit] finaliter glorificãdo: quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. [Multę] ſunt[tribulationes iuſtorũ] quia à diabolo & à malis hoĩbus frequẽter perturbãtur,[& de oĩbus his liberabit eos dñs] cuſtodiẽdo eos ne in pręſenti gratiã amittãt,& in futuro poſt laborẽ introducendo eos in requiẽ. Sed interĩ: [Cuſtodit dñs oĩa oſſa eorũ].i.virtutes aĩę,in qbus robur mẽtis cõſiſtit:qa ſicut caro oſſibus,ſic aĩa ſuſtẽtatur virtutibus,quas dñs cuſtodit illæſas in electis,ſic vt nec[vnũ ex his nõ cõtereretur] per peccatũ:quia ſic ſanctorũ virtutes dñs ſeruat,vt nulla earũ in tẽtatione deficiat. Subiũgit autẽ de reprobis: [Mors peccatorũ] ſecundũ aĩam,eſt[peſsima] qa priuat imperpetuũ viſione beatifica ,& rapit ad gehẽnã. Et hæc mors gehẽnæ eſt peſsima,à qua nunq̃ ſit reditus: & hæc eſt mors peccatorũ in mortali peccato decedẽtiũ,[& qui oderũt iuſtũ].ſ.Ieſum Chriſtũ,qui iuſtificat impiũ,qui etiã eſt propiciatio pro peccatis noſtris[delinquẽt].i.derelinquẽdo Deũ peccabũt peccato ad mortem ſempiternam , quæ vt prius dictum eſt, peſsima eſt :vel,[qui ode.iuſt.de.].i.de peccato in pec catũ ruẽt. Odiũ enĩ fraternũ,eſt occaſio multorũ malorũ. Sed[Redimet dñs] precio mortis ſuæ [aĩas ſeruorũ ſuorũ] obediẽtiũ. Redimit etiã quotidie dñ eos liberat à vitijs & tribulationib' aĩæ & corporis[& nõ delinquẽt].i.nõ peccabũt ad mortẽ finaliter [omnes

qui

qui ſperant in eo] ſpe formata charitate, quę prouenit ex gratia & meritis. PSAL. XXXIIII.

¶ *Propheta in hoc pſalmo agit de Chriſti paßione, qui paſſus eſt in ſe & in membris ſuis. Igitur in perſona Chriſti hominis, petit patris auxilium, dicens:*

ſaſti].i.verſari permiſiſti, vt modo repugnet, & dolores inferat.Et hoc[in infirmitate eius].ſ.hoīs.i. ꝓpter infirmitatē & peccatū,cùm infirmatus eſt p̄uaricando. Sciēs ergo ſe homo pati hic,ꝓpter peccatū cōuertat ſe, & dicat:[Ego dixi].ſ.cōfitēdo peccata mea ô[dn̄e miſerere mei]ita.ſ.[ſana aīam meā].ſ.auferēdo ab ea peccati ſui reatū[qa peccaui tibi].i.coram te,vel cōtra te. Deīde,ꝓpheta in ꝑſona Chriſti loquit̃,d:[Inimici mei].ſ.Iudęi[dixerūt mala mihi]vtpote:Samaritanus es tu, & dęmoniū habes: dicebāt inſup [quādo morietur & peribit nomē eius]de terra,vt nullus eū cōfiteatur, aç aboleatur illius nomē.[Et ſi ingrediebatur] .ſ. qlibet inimicorū meorū[vt videret]me docētē vel cōuerſantē,vt aliqd poſſet rep̄hendere,[vana loquebat̃ cor ei⁹] cogitādo,& tractādo de mea morte: vel,qa falſa referebat ad meā ignominiā.Et ſic[cōgregauit iniquitatem ſibi].i.in malū & dānū ſuū . Hoc ꝓpriè de Iuda intelligitur , de quo dicitur:Melius erat ei,ſi non f.na.Qui [Egrediebatur foras] ad principes,vt ꝑditionē pageret:vnde dicitur Ioh.13. Cū acce. bucel.exi.cō. [& loquebatur in idipſū] .i. in cōſilio cū aduerſarȷ̈s tractādo de mea morte vel vēditiōe.[Aduerſum me ſuſurrabāt].i.latēter detrahebāt oēs inimici mei].ſ.Scribæ & Phariſæi & alȷ̈[aduerſum me cogitabāt mala mihi].i. deliberauerunt apud ſe qd malū mihi inferre poſſent. Et tādē[Verbū iniquū cōſtituerūt aduerſum me,quia ꝓpoſuerūt me occidere,& in ſepulchro cuſtodire.Ipſi ita:ſed[nunqd q dormit],ꝓpria volūtate ſomno mortis[nō adȷ̈ciet].i.addet morti ſuæ[vt reſurgat?],ꝓpria virtute & poteſtate,q.d:Qui habet poteſtatē cōſtituēdi aīam,nōne habet & reſumendi eā?Nō enī mortu⁹ eſt neceſsitate,ſed ſpōtè dormit citò euigilatur⁹.Nec mirū ſi Iudæi talia faciebāt cōtra me. [Etenī] etiam[homo pacis meæ].ſ.Iudas habitās mecū pacificè[in quo ſperaui]cōmittēdo ei pręfecturā loculorū [qui edebat panes meos]mecū in mēſa cū alȷ̈s diſcipulis[magnificauit ſuper me ſupplantationem].i.ꝓditionē occultam,&

tam,& tradendo me Iudæis eo aīo,vt eſſem oīo abie-ctus,& cōculcatus per mortem.Sed vt quicquid cogi-tauerint proditor & perſecutores.[Tu aūt dn̄e]pater, vel tota trinitas[miſerere mei].i.fac mecū ſecūdū miſericordiā tuā:in hoc.ſ.[& reſuſcita me]à morte,aīam corpori reuniendo,& nō dimittás aīam meā in inferno,nec corpus in ſepulchro[& retribuā sis].i. Iudæis pœnas debitas pro cōmiſsis malis in me. Hoc adimpletū fuit quādo per Romanos partim occiſi,partim venditi et diſpſi fuerūt.Quod te facturū nō dubito:qa [In hoc cognoui]experimēto[qm̄ voluiſti me].i.diligis me[qm̄ non gaudebit inimicus meus].ſ. populus Iudaicus[ſuper me].ſ.finaliter: qa gauiſi ſunt de morte,& triſtati de reſurrectione. [Me aūt propter innocentiā].i.propter meritū innocentis vitæ[ſuſcepiſti] me in reſurrectiōe ex morte ad vitā[& cōfirmaſti me] dādo immortalitatem,& impaſsibilitatē[in cōſpectu tuo].i.in maieſtate & diuinitate tua,vel in præſentia tua[inæternū] vt vltra nō moriar. Et inde laus tibi & inde gratiarū actio : vnde ſequitur,[Benedict⁹]& laudatus ſit[dn̄s deus] .i. tanq̄ dn̄ator & creator [Iſrael] .i.videntiū eū per fidem,& credentiū videre illum per ſpeciem [à ſæculo & in ſæculū].i.inæternū[fiat, fiat] hæc.ſ.laudabilis benedictio ab omnibus.

PSALMVS XLI.

In hoc pſalmo propheta in perſona perfecti & deuoti deſiderātis erui ab huius mūdi miſeriis,& dei uiſionē cupiētis,clamat ad dn̄m oſtendens deſiderium ſuum,& dicens:

QVemadmodū deſiderat ceruus] vexatus à venatoribus,& calore madid⁹,venire[ad fontes aquarū]vt ſitim extinguat[ita] cōſumptis vitijs[deſiderat aīa mea] dæmonū tentationibus,& ſæculi malis afflicta,venire[ad te Deus] qui es fons aquarum viuentium , vt te videre mereatur , ac per clarā viſionem & plenam fruitionem tui,ſatietur. Deinde conuertit ſe ad auditores , vt admoneantur, d: [Sitiuit], id eſt, ſummè deſiderauit[anima mea]

venire[ad deũ fortẽ]vel fontẽ[viuũ.]Deus eſt fortis & viuus .i.incorruptibilis & immortalis,& fons viuus, vnde oĩa bona fluũt.Sed [quando veniã & apparebo ante faciẽ dei].i.quando adueniet dies illa, qua exutus vinculis corporis adſtans cõſpectui creatoris videã eũ facie ad faciẽ. Interim autem [Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes].i.refectio,& cõſolatio ſpiritualis:quia ſicut corpus paſcitur & ſanatur pane, ita anima eius lachrymis [die ac nocte].i.ſemper & cõtinuè, q.d:Propter dilationẽ tuæ præſentiæ ſemper vixi in luctu & lachrymis[dũ dicitur mihi quotidie] improperando ab inimicis deũ viſibilẽ colentibus[vbi eſt deus tuus?]quẽ quaſi ꝑ mercede expectas,vt ſubueniat tibi?[Hæc recordatus ſum].ſ.irriſiones inimicorũ, & vbi ſit deus meus [& effundi in me animã meã] vt relictis exterioribus,intelligerẽ deũ meũ [qm̃ tranſibo] per cõtẽplationem fideliũ & ſanctorũ[in locũ tabernaculi].ſ.eccleſiæ militãtis. Et dicitur eccleſia militãs tabernaculũ,quia in ea peregrinãtes & militãtes deo, paſcũt & cubãt.Itẽ,qa ibi vulnerati ſanãtur:[admirabi lis] in ꝓfunditate fidei,in altitudine ſpei,in latitudine charitatis.Et ſic ꝑueniã mẽte [vſq; ad domũ dei]æternã in cælis,vbi inuenitur deus.Sed quomodo ꝑueniã? [In voce exultatiõis]de pręſenti ſic legitur, [In v.ex.] de dei beneficijs[& cõfeſsiõis]de ꝓprijs peccatis: Primã,dat deuotio:Secũdã,cõtritio.De futuro ſic legitur, [In vo.ex.]quãtũ ad ſuã fęlicitatẽ,ob quã exultabit[& cõfeſ.].ſ.laudis,quãtũ ad dei bonitatẽ.In voce,inquã, quæ eſt[ſonus epulãtis] quia in pręſenti epulatur aĩa cũ beneficiorũ dei meminit.Itẽ,cũ de peccatis cõtritis homo cõfitet̃.Itẽ,in futuro ſplẽdidè epulabitur. Pſal. Satiabor cũ ap.gloria t.vt ſu.Quũ ergo tot & tãta bona cõſequutur⁹ es ob quę poti⁹ gaudere debeas.[Quare triſtis es aĩa mea].ſ.pars inferior [& quare cõturbas me]rationẽ & intellectũ ô ſenſualitas dolorẽ mihi ingerẽdo,& gaudiũ meũ interrũpẽdo?Mala enĩ triſtitia, turbat rationem vt fumus oculũ. Poſtea ſeqtur cõſolatio

latio.[Spera in deo] & erectus ſpe per patiẽtiã ſuſtine, & cõſolationẽ recipe[qm̃ adhuc cõfitebor illi]cõfeſsione laudis perpetuæ cũ beatis:cũ videbo eũ ſicuti eſt. Dicẽs ſic[ſalutare].i.vera ſalus aĩæ meæ,à quo .ſ.non à me eſt ſalus mihi[vultus mei].i.ex ſimilitudine mea quã aſſumpſiſti,quia homo vt ego[&]etiã[Deus me⁹] .i.creator me⁹ tu es,& nõ alius:vel, ſperare potes[qm̃ adh.cõ.illi].i. ſimul oĩa peccata mea fatebor in præſenti,& pœnitentiã agã vt tibi obſequar. Hæc aũt cõturbatio ex nobis prodit,ſeu ex noſtro vitio:Vnde ſeqtur:[Ad meipſum]vel à meipſo[aĩa mea] ſupple cõuerſa[conturbata eſt].i.in ſeipſa habet cõturbationẽ, quæ niſi carnis vitia obſtarẽt,trãquilla pmaneret: vel, [Ad m.a.m.cõ.eſt].i.in meipſo contriſtor propter dilationẽ gloriæ[propterea]vt conſoletur[memor ero tui]dñe,q excludis oĩa mala [de terra Iordanis].i.beneficiorũ tuorũ in terra Iordanis collatorũ. Nam ibi Chriſtus inſtituit baptiſmi ſacramẽtũ: p quod aperitur ingreſſus ad cęlũ[& hermonijm à monte modico] Iſte mons poteſt intelligi,mons Caluarię,qui eſt modicus,reſpectu aliorũ montiũ circa Hieruſalẽ:et etiam mons Hermonij.i.dãnationis. Nã ibi puniebãtur dãnati ad mortẽ,& ibi paſſus eſt Chriſt⁹ dñs noſter,cuius beneficij memores eſſe debemus. Et etiã cõtriſtor ob dilationẽ gloriæ,videndo multitudinẽ malorũ: quia [Abyſſus abyſſum inuocat].i. culpa culpã attrahit[in voce catharactarũ tuarũ.] Catharactæ, ſunt nubes,è quibus procedunt tonitrua & grandines, quæ deſignant multiplices pœnas varijs culparum generibus, debitas: ideo ſubditur,[Omnia excelſa tua & fluctus tui].i.pęnæ inflictę à ſuperioribus & inferioribus[ſuper me tranſierũt]ſicut aquæ vehementes. Quia tamẽ pœnæ iſtæ ſunt patienter tolerãdæ:ſubditur,[In die] .i.in proſperis[mandauit dñs]& docet [mĩam ſuã]& vult ſe prædicari miſericordẽ,qa liberat de tribulatione]& nocte].i.in aduerſis mandauit[cãticũ eius].i. præcępit exultandũ eſſe in ipſo ſcientes,quod quem

 diligat

diligat dñs,caſtiget, & flagel.om.fi.q.re.Sed qa dũ tribulamur,laudare & orare deũ debem⁹: ſubdit,[Apud me].i.in me eſt [oratio] in tribulatione immolanda [deo vitæ meæ]triplicis.ſ.vitæ naturę,vitæ gratię,vitæ gloriæ,ſupple datori, & cõſeruatori ac defenſori: vel,[vitæ meæ].i.qui eſt vita mea. Et in ipſa oratione[dicã deo]gratias agẽdo,& gaudẽdo[ſuſceptor me⁹ es]ad protegendũ me,ne in tribulatione ſuccũbã:vel, [ſuſce.m.es].i.ſuſceptor meę naturę.Poſitis remedijs aduerſus triſtitiã,in hac oratione,exponit dño cauſas triſtitiæ,quaſi cõquerẽdo, d:[Quare oblitus es mei]ex quo ſuſceptor meus es.i. videris eſſe oblitus promiſſa gaudia differẽdo[& quare cõtriſtatus incedo]ſecundũ ſenſualitatẽ[dũ].i.quia[affligit me]tẽtãdo & tribulãdo interius & exterius[inimicus] viſibilis & inuiſibilis,q.d:Vtinã liberes me ne ſic affligar. Affligit inquã, &[Dũ cõfringũtur oſſa mea].i.virtutes,in qbus cõſiſtit robur mẽtis, quæ aliquãdo turbãtur ex afflictionibus vitæ pſentis.Nã quaſi oſſa frangũtur, dũ virt⁹ patientiæ vel quæuis alia torpeſcit. Tũc inquã etiã poſt afflictionẽ[exprobrauerũt mihi qui tribulãt me inimici mei].ſ.dæmones,& hoĩes mali qui ſunt eorũ miniſtri, exultãtes,& me irridentes. Et ſubiũgit quomodo exprobrauerint,[Dũ dicunt].i. dicentes[mihi per ſingulos dies].i.aſsiduè[vbi eſt Deus tuus]cupientes me in deſperationem inducere, quaſi non te viſurus ſim.Et quia talis tẽtatio eſt ſimpliciter repellẽda:ſubditur,[quare triſtis es aĩa mea]per dolorem [& quarę cõturbas me? per diſperationẽ, propter tãtas tẽtationes.Potius[Spera in deo]expectãdo liberationẽ [qm̃ adhuc]poſt iſtas tribulationes [cõfitebor illi]in futuro confeſsione laudis continuæ, cũ ad ſui cõſpectum adduxerit vultum meum,dicens:[ſalutare vultus mei & deus meus] tu es & non alius:de hoc vide ſupra.

PSALMVS XLII.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet iuſti, petit ſeparari a conſortio malorum hic, & in futuro, dicens:

Iudica

IVdica me Deus]iudicio diſcretionis,ſiue ſeparationis hic,& in futuro[& diſcerne cauſam meã]& merita,quæ cauſam vitæ præbẽt[de gẽte nõ ſancta] .i. infideli,&[ab hoĩe iniquo] .ſ.à perſecutore manifeſto [& doloſo].ſ.inſidiatore occulto[erue me]hic,in prę- ſenti ne ab eis corrũpar,& in futuro ,ne cũ eis dãner, ac debes iſtud facere.[Qm̃ tu es]ô[de⁹ fortitudo mea] .i.à te eſt,& depẽdet mea fortitudo,qui ex me infirmus & fragilis ſum[quare]ergo[me repuliſti]relinquendo me in afflictione,cũ ſis fortitudo mea [& quare triſtis incedo]& ambulo,per hãc miſeriã [dũ affligit me inimicus]diuerſis tẽtationibus.Ac ſi optãdo diceret.Vtinã poſthac me affligi nõ permittas. Vt aũt excludatur inimicus,[Emitte lucem tuã].ſ.gratię,cõtra tenebras ignorãtię & culpę [& veritatẽ tuã]triplicẽ.ſ.vitæ,doctrinę,et iuſtitiæ.Et quaſi iã impetraſſet quod oraſſet, ſubdit:[ipſa].ſ.lux,et veritas tua[me deduxerũt]ab errore,ꝑ viã morũ bonorũ [et adduxerunt] ad patriã[in montẽ ſanctũ tuũ et in tabernacula tua].ſ.in cęlũ, vel per pręſens,poteſt ſic legi[addux.]per fidem charitate formatã[in mõ.ſ.tuũ].i.in pfectionẽ et eminẽtiã virtutũ[et in tab.tua].i.in vnitatẽ et ſocietatẽ ſanctorũ.ſ. in pręſentẽ eccleſiã, vt ex ea meritò cenſeri debeã.Tabernacula enim ſunt peregrinãtiũ et militãtiũ,et nos hic peregrinamur à dño,et militam⁹ aduerſus diabolũ. [Et]ibi poſitus[introibo ad altare dei].ſ.[ad deũ]videndũ[ꝗ lętificat iuuẽtutẽ meã] ſpũalẽ.i.ſtatũ gratiæ, qui dicitᷣ iuuẽtus:qa iuuẽtus ſpecioſa eſt,queãdmodũ homo in ſtatu gratiæ ſpecioſus eſt:vel, [iu.m.] nũc ꝑ ſpũs renouationẽ,& in futuro dãdo immortalitatẽ et impaſsibilitatẽ.Altare dei,eſt ipſe fili⁹ dei: Ad hoc altare modo introim⁹ꝑ fidẽ,poſthac introibim⁹ꝑ ſpeciẽ. Sed ꝗſquis ad illã laudẽ ꝑuenire expetit,prius oportet vt hic inchoet,ideo ſubdit:[cõfitebor tibi].i.laudabo te,gratias agẽdo[in cythara].i.in fide ſanctę trinitatis: qa cythara eſt figuræ triãgularis ,& ꝑ ipſam ſignificatᷣ fides ſanctę trinitatis:qm̃ de⁹ trin⁹,& vn⁹ eſt cõfitẽd⁹:ô

[deus]oĩm per creationẽ[deus meus]ꝑ ſpecialẽ vocationẽ[quare]ergo [triſtis es aĩa mea]in tãta ſpe corroborata[& quarè cõturbas me?]obnubilãs ſerenitatem gaudij mei interni,q.d:Ne hoc facias, ſed potius [Spera in deo]nõ in te.i.expecta dñm remuneratorẽ: & cõſolare[qm̃ adhuc]poſt has miſerias[cõfitebor illi]laude cõtinua cũ electis. Et hæc eſt,& erit mea cõfeſsio.ſ.[ſalutare vultus mei]quia me ſaluaſti[& deus meus]qa me creaſti.Et hæc eſt magna cauſa ſperandi, quia ſaluator meus eſt vultus mei.i. habens eandem imaginem,& formam,ac pro me factus eſt,&ipſe eſt deus meus.

PSALMVS XLIII.

¶ *In hoc pſalmo propheta in pſona iuſtorũ & præcipue martyrum recolit beneficia populo antiquo exhibita,petitq; ab afflictionibus mũdanis liberari. In perſona ergo martyrũ & quorũlibet ſanctorũ tribulationibus expoſitorũ, petit propheta a domino auxilium,dicens:*

DEus auribus noſtris audiuimus]opera magna ꝑ te facta patribus:Nã,[patres noſtri].ſ. Patriarchæ & prophetæ,quorũ ſum⁹ filij ſpũales,ſequendo eorũ fidẽ[narrauerũt nobis]ꝑ ſcripturas ſuas in libris autẽticis.Et qd annũciauerũt?[Opus].ſ.miraculorũ[quod operatus es in diebus eorũ]educẽdo eos ex Ægypto per mare rubrũ traducẽdo,cuſtodiẽdo in deſerto[& in dieb⁹ antiquis].ſ.opus quod feciſti in exordio creationis cæli & terrę,& eorũ quę cõtigerũt ante diluuiũ.[Manus tua].i. virtus & potẽtia[gẽtes] terrę promiſsionis[diſꝑdidit]morte & alijs modis[& plãtaſti eos].ſ.patres noſtros in eadẽ terra[afflixiſti populos]q ibi erãt ꝑ multa bella tẽpore Ioſue[& expuliſti eos]de terra ſua.Hæc itaq; tu feciſti,nõ patres noſtri.[Nec enĩ in gladio ſuo].i.ĩ virtute armorũ ſuorũ, patres noſtri[poſſederũt terrã]illã[& brachiũ eorũ] .i.fortitudo naturalis,& robur[nõ ſaluauit eos]ex manibus inimicorũ,q.d:Nec ꝑ ſe habuerũt terrã,nec per ſe ſunt ſeruati,[ſed dextera tua & brachiũ tuũ].i. potentia & fortitudo quã eis dediſti[& illuminatio vultus tui]

tus tui].i.claritas & manifeſtatio tuę præſentiæ certis ſignis oſtēſę. Et hoc feciſti nō propter eorū merita, ſed [qm̄ cōplacuiſti] tibi, & placitū tuū collocaſti [in eis] .i. ex beneuolētia tua: quia placuit tibi vt illis hoc faceres. Et qa tot & tāta feciſti ęis corporaliter, ſpero qa ſimiliter mihi facies ſpiritualiter. Nā [Tu es ipſe] qui hoc illis feciſti [rex meus] & rector, regēs me ſpiritualiter in bonis morib⁹ & virtutibus [& deus me⁹] creator & cōditor [qui mandas] fieri [ſalutes] corporales [Iacob].i. illi populo antiquo ꝓgeniē ſuā referēti ipſi Iacob. Et per ſalutaria mādata tua ſpiritualiter ſaluas eos qui luctātur, & vitia ſupplantāt, q.d: Tu es vnus & idē deus modernorū & antiquorū fideliū. [In te] propugnatore noſtro, & ꝑ te, oēs [inimicos noſtros] corporales & ſpūales [vētilabimus].i. diſꝑgem⁹ [cornu] .i. poteſtate à te nobis data [& in noīe tuo].i. in noīs tui inuocatiōe [ſpernemus inſurgētes in nobis].i. cōtra nos, & nos impugnātes. Nō enī in arcu meo ſperabo].i. in defenſione mea, quæ fit ꝑ arcū & ꝑ alia arma bellica [& gladius meus].i. violēta mea defenſio [non ſaluabit me,] ſed tu [Saluaſti enī nos].i. ſaluabis: vbi ꝓteritū pro futuro pōnit, qa tā certū ſit ac ſi factū fuerit [de affligētibus nos] inimicis viſibilibus & inuiſibilibus, q nos affligūt [& odiētes nos cōfudiſti].i. confundes, quādo dānabūtur, oſtēdēdo eis mala quæ fecerūt: & ſalus iuſtorū, eſt cōfuſio dęmonū & malorum hoīm. Cōfuſis autē inimicis [In] te [deo laudabimur] nō arrogātes nobis gloriā, qa tu es gloria & laus noſtra [tota die].i. in ꝑpetuitate, quæ nō eſt admixta noctib⁹, ſed ꝑpetua dies eſt, [& in noīe tuo].i. ad honorē noīs tui [cōfitebimur] tibi cōfeſsiōe laudis [in ſęculū] .i. ſemꝑ, & ſine fine. [Nūc aūt] in hoc tēpore [repuliſti] .i. videris repuliſſe, permittēdo nos affligi, [& cōfudiſti nos] in facie iniquorū, qbus hic habemur opprobrio, [& nō egredieris].i. nō videris egredi euidēter [in virtutibus noſtris] oſtēdēdo tuā pręſentiā cōtra hoſtes, vt quōdā patrib⁹ faciebas. [Auertiſti].i. auertere ꝑmiſiſti

[nos

[nos retrorſum poſt inimicos noſtros]vt nos vinctos poſt ſe trahāt[& q oderūt nos diripiebāt ſibi] nos ad pdā,alios flagellātes,alios occidēts, alios in carcerem mittētes.[Dediſti nos]pſecutoribus ad interficiendū, vel feris, ad deuorādū [tanq̄ oues eſcarū]q̄ interficiūtur,vt ab hoībus,vel lupis deuorētur[& in gētibus diſperſiſti nos].i.diſpergi pmiſiſti per captiuitatē,& venditionē:qa Romę Petrus crucifixus eſt:Thomas in India mortu⁹:Ioānes euāgeliſta, in exiliū relegat⁹:& innumeri martyres per innumera loca occiſi ſunt. [Vēdidiſti].i.vēdi permiſiſti [populū tuū].ſ.ſanctos [ſine pcio]qa nullā vtilitatē inde ſecuturā fore putabāt Tyrāni,[&]ſecūdū opinionē eorū [nō fuit multitudo in cōmutationib⁹ eorū].i.ex illis,q ,pter fidē occiſi ſunt, nō remanſerunt multi credentes:ſed falſò credebant illud,qa p ſanguinē martyrū,fundata eſt eccleſia.[Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris].i. perſecutorib⁹ noſtris,q vicini ſunt ſecūdū habitationē humanā: & [poſuiſti nos ſubſannationē]naſo[& deriſum]ore[his q in circuitu noſtro ſunt]q nos circūdāt, vt cruciāt & occidāt.[Poſuiſti nos in ſimilitudinē gētib⁹]vt cū alicui cōuitiū inferre velint, à nobis formulā cōuitÿ ſumāt,dicētes:Sic pereas vt Laurenti⁹ & huiuſmodi.Et poſuiſti nos[cōmotionē capitis in populis] ad inſultādū nobis et deridēdū. Oſtēſis oīb⁹ q̄ martyres patiūtur exterius,hic oſtēdit quę patiātur interius: vnde dicit,[Tota die].i.aſsiduè[verecūdia mea] quā naturali corruptiōe habet animus hoīs,quādo viliter tractatur .i.illa inſultatio verecūdiæ ex ſpū ,pcedens [cōtra me eſt]tētās rationē,vt ei cōſentiat[et cōfuſio faciei meę] .i.ī facie p quēdā ruborē apparēs[cooperuit]ab omni parte[me]qa nō ſolū faciei ruborē oſtēdit,ſed etiā totū corp⁹ abhorret.Et hęc cōfuſio euenit mihi,[A facie ex,pbrātis].i.inſultātis, et in faciē maledicētis apertè [et obloquētis] .i. dolosè mordētis,et detrahētis occultè[à facie inimici].i.odio habētis corde[et pſequētis]in actu et opere,q.d: Aduerſarÿ mei pſequūtur mę

ore,

ore,corde,et opere. [Hæc oĩa] p̄dicta mala [venerunt ſuper nos] et amore tui ea toleram⁹ [nec obliti ſumus te] dimittẽdo cultũ tuũ, tã q̄ obliti eſſem⁹ tui [et iniqua nõ egim⁹ in teſtamẽto tuo].i.teſtamẽtũ nouę legis, q̄d ſeruãdũ accepim⁹, ſeruauim⁹, & adimpleuimus. Iniquè enĩ agit, q teſtamẽtũ q̄d exequẽdũ accepit mortuo teſtatore, exequi nolens, perire ſinit. [Et nõ receſsit retrò cor noſtrũ] p apoſtaſiã à fide, ſed deo p charitatẽ inſeparabiliter adhæſit [& declinaſti].i.ab inclinatione ad rectitudinẽ reduxiſti [ſemitas noſtras].ſ.carnalium cogitationũ, deſideriorũ, voluptatũ, & ꝓſperitatũ. Et hoc [à vita tua].i. exẽplo viæ tuæ, & oſtendiſti nobis viã tuã ſequẽdã. [Q̃m humiliaſti nos ĩ loco afflictiõis] .i. ſub carnificina tyrãnorũ, vbi martyres affligebãtur: vel in hoc mũdo, vbi affligimur ꝓpter te, q eſt loc⁹ afflictiõis & miſeriæ [& cooperuit nos].i. vndiq; circũdedit [vmbra mortis].i. mors tẽporalis, & corporalis, quæ nõ eſt niſi vmbra reſpectu mortis ſp̃ualis & mortis æternę, quæ vera mors dicit̃, q a pmanẽs in æternũ. Sed ꝓpter hæc oĩa mala, nõ ſum⁹ obliti te, q a [Si obliti ſumus nomẽ].i. dignitatẽ [dei noſtri] vt ab ei⁹ cultu recederem⁹ [& ſi expãdimus man⁹ noſtras ad deũ alienũ] ſcelus idololatriæ cõmittẽdo. [Nõne de⁹ reqret iſta?] tã manifeſta ad puniẽdũ ſuo iuſto iudicio, q.d, vtiq;. Nã & occulta reqret: vnde ſequit̃, [ipſe enĩ nouit abſcõdita cordis] & ideo ſolus poteſt iudicare, nõ ſolum aperta, ſed etiã occulta: nõ ergo requiret à nobis, ipſe enĩ nouit q a nõ ſum⁹ eũ obliti, q̄d ex eo apparet, [Q̃m ꝓpter te] ô deus [mortificamur].i. diuerſis tribulationib⁹ opprimimur [tota die].i. inceſſanter [ęſtimati ſum⁹] à malis [ſicut oṽes occiſiõis] q a nõ reputamur idonei, niſi ad occiſionẽ. Igitur q a ꝓpter te iſta patimur. [Exurge] ferẽdo opẽ tuis fidelib⁹ [q̄re obdormis dñe] .i. videris negligere [exurge tanq̄ vigilãs [& ne repellas] nos, & p̄ces noſtras [ĩ finẽ].i. finaliter. [Quare faciẽ tuã] & gratiæ tuę p̄ſentiã [auertis] ac beneuolentiã tuã quã erga nos habes, nõ oſtendis, quaſi iratus [obliuiſceris inopiæ noſtræ] nõ dãdo nobis ſp̃m fortitudinis:

quo ſi deſtituamur inopes ſumus, [& tribulatiõis noſtræ] quã propter te patimur. Et ſi nos neſciamus, nõ ignoras tamẽ q̃d iuſtè differas. Et nõ debes obliuiſci, [Quoniã humiliata eſt in puluere] ſupra nos in ſignũ pœnitẽtię ſparſo [aĩa noſtra] recordatione peccatorũ. Hoc eſt, ad pęnitentiã cõpũcti ſumus, aĩam peccatorũ memoria cruciãdo, ſecundũ morẽ pœnitẽtiũ, cineres ſup capita ſua ponẽtiũ [cõglutinatus eſt in terra] .i. adhæſit terrę [vẽter noſter] in eadẽ pęnitẽtia tota corporis abiectione extẽſus. Et ideo [Exurge dñe] & ne diſſimules velut dormiens [adiuua nos] laborãtes [& redime] .i. libera [nos] tãtis malis oppreſſos [ꝓpter nomẽ tuũ] dilatãdũ & glorificãdũ, nõ ꝓpter meritũ noſtrũ, vt cognoſcaris ab omnibus. PSAL. XLIIII.

¶ *In hoc pſalmo propheta plenus ſpũ ſ. agit de nuptijs Chriſti & eccleſiæ, ac de ipſius Chriſti ſponſi, et eccleſiæ ſuæ ſpõſæ multiplici laude. Et primo propheta dicit:*

ERuctauit] ob inſignẽ & immẽſam beneficẽtiam diuinæ gratiæ ſpiritualis [cor meũ] .i. mẽs mea intus plena gratia [verbũ bonũ] q̃ eſt myſterij Chriſti & eccleſiæ rep̃ſentatio .i. hymnũ deo .ſ. carmẽ quod dicturus ſum. Et exprimẽs ad cuius honorẽ eructet verbũ, ſubdit: [dico ego opera mea] .i. dictata & carmina .ſ. hũc pſalmũ de laudib⁹ cõpoſitũ [regi] .i. ad laudẽ regis regũ Ieſu Chriſti. Et ne eũ aliq̃d ex ſe putares dicere, ſubiũgit: [Lĩgua mea] in faciẽdo & ꝓnũtiãdo hũc pſalmũ, fuit [calam⁹] & pẽna ſeu ſtylus [ſcribæ] .i. ſcriptoris [velociter ſcribentis] .i. ſpiritus ſ. qui in docẽdo nõ indiget interuállo tẽporis, q.d: Quod loquor, à meipſo non loquor, ſed à ſpiritu ſ. Vt enĩ calamus nõ ſcribit q̃d vult, ſed ex ſcriptoris aĩo: ſic homo nõ prophetat ex ſe, ſed à ſpiritu ſ. dictãte & ſcribẽte in corde prophetãtis. Deinde propheta laudes ſponſi, ſicut promiſerat, decãtat: & cõuertẽs ſe ad Chriſtũ, primo laudat eũ à forma, d: [Specioſus] es [forma præ filijs hoĩm] tũ à parte corporis, quod ſpũs ſancti virtutẽ in vtero virginis formatũ eſt, in cuius operatione nõ

poteſt

poteſt latere error:tũ à parte aię,quę à principio creatiõis,oĩbus gratĳs & ſciẽtĳs repleta fuit: vel ideo ſpecioſus,q̃a ſolus immunis à peccato,quæ res ſumma & vera eſt pulchritudo. Secũdo cõmẽdat eũ à ſplendore doctrinæ,d:[diffuſa eſt gratia].ſ.eloquẽtiæ fructuoſæ [in labĳs tuis] q̃a mirabãtur oẽs de verbis gratiæ quę procedebãt de ore eius: vel q̃a eo prædicãte, mundus gratiã recõciliationis accepit. Nã pœnitẽtiã in remiſſionẽ peccatorũ prędicauit[propterea].i.propter hãc gratiã,ꝑ te mũdo datã [benedixit te]hoĩem [deus]pater[in æternũ]dãdo tibi nomen,quod eſt ſuper omne nomẽ,& regnũ cuius nõ erit finis. Deinde laudat eũ à poteſtate & fortitudine, d: Et tu talis rex [Accingere] ad pugnandũ[gladio tuo]ſpirituali.ſ.verbo dei,præſcindendo vitia & errores[ſuper fæmur tuũ].i.ſuper carnẽ ſiue corpus. Et hoc[potentiſsime].i.fortiter & viriliter vtere verbo prædicationis tuæ, vel ſecũdum Chryſo. gladius, eſt crux Chriſti, quo accinctus Chriſtus,diabolũ vulnerauit. Dicit enim idẽ Chryſ. q̃a iſto gladio diabolus lethale vulnus accepit. [Specie tua] quantũ ad morũ ſanctitatẽ[& pulchritudine tua]quãtũ ad diuinitatis decorem,etiã accingere. Et accinctus [intende proſperè].i.intentus ſis pro proſperitate eccleſiæ,liberans hoĩes pereũtes[procede]per viã huius vitæ,regnũ dei prædicãdo & cõtra diabolũ pugnãdo, [&]ſic mũdo deuicto ac tuo ſanguine redẽpto & diabolo ſuperato[regna]nũc in eccleſia militãte,& æternaliter in triũphante. Rergna inquã: [Propter veritatẽ].ſ.vitæ & doctrinæ [& mãſuetudinẽ]qua ſuſtinuiſti patiẽter iniurias & moleſtias[& iuſtitiã] abũdãtẽ, quã oſtẽdiſti in tua paſsione:offerẽdo te deo patri propter offenſam humani generis[& deducet te]de ſinu patris in vterũ virginis,inde in præſepiũ, inde ad crucẽ,inde ad ſepulchrũ,inde ad cælũ, & ſine macula per oẽm vitæ curſum[mirabiliter] q̃a tota illa deductio fuit plena miraculis,ac mirabilia fecit [dextera tua] .i. fortitudo,virtus,& potẽtia tua.ſ.deitas, cuius organũ fuit huma-

humanitas:& ideo in oībus mouebatur ſecūdū motū deitatis.Et[Sagittæ tuæ] .i. verba prædicatiōis tuę & apoſtolorū tuorū,emiſſa ſunt[acutę]qa vulnerāt corda hoīm,vulnere amoris & timoris.Timoris,vt à malo reuocent:amoris,vt ad bonū prouocent.Et per eas ſagittas vulnerati[populi inimicorū] qui ſunt ex numero inimicorū[regis].ſ.tui,qui es rex magnus.Hoc eſt,multi ex inimicis tuis [ſub te cadēt].i.ſupponēt ſe tibi & obediēt.Et hoc [in corde].i. ex ratiōe et volūtate.Deinde laudat eū à dignitate regali,& iudicio, d: [Sedes tua].i.regalis & iudiciaria tua poteſtas ô[deus] Chriſte,q es dei filius,eſt[in ſęculū ſęculi].i.ęterna.Et [virga regni tui].i.ſceptrū ac gubernatio,& correctio tua:eſt[virga directionis]& regula diuinæ æquitatis, quæ verè recta eſt, & nunq̄ curuatur: hæc iuſtos regit, iniquos percutit,& diſtortos dirigit.Et bene dico virgā tuā eſſe directiōis virgā:qa [Dilexiſti iuſtitiā] in te, & in alijs[& odiſti iniqtatē]nō hoīes,ſed vitia [ꝓpterea vnxit te]ſpūaliter ſecūdū hoīem in regē & ſacerdotē,ô[deus]fili[deus tuus].i.tibi cōſubſtātialis.ſ.pater[oleo lętitię].i.ſpū ſ.qui lætitiā p̄ſtat aīæ[præ cōſortibus tuis].i. præ cæteris hoībus,q̄rū mortalitatis factus eſt particeps,vt eos tuę immortalitatis & regni faceres tecū eſſe cōſortes.Deinde laudat eū ab ornatu, d:[Myrrha & gutta & caſsia.] Per has ſpecies aromaticas,ſignificātur virtutes fideliū,ſpirantes bonū odorē alijs p bonā famā & exēplū:Per myrrā,mortificationē carnis:Per guttā,humilitatē:Per caſsiā,quę & fiſtula dicitur,fidē ſignificat.Quæ virtutes ꝓcedūt[à veſtimētis tuis] .ſ. [à domib⁹ eburneis] .i.à ſc̄tis tuis qui dicūtur veſtimēta tua,qa ornāt te vita & doctrina:Dom⁹,qa in eis habitas:Eburneę,ꝓpter cōſtātiā,ac virtutū ſplēdorē & vitæ puritatē[ex qbus]virtutib⁹[delectauerūt te] .i.delectabiles & amabiles tibi factę ſunt:vel,[de te].i. dulcē & delectabilē te habuerūt[filiæ regū].i.eccleſiæ ſingulę:quas p orbē apoſtoli ſe & alios in virtutibus regētes fonte baptiſmatis genuerūt[in honore tuo].i.

ad tui

ad tui honorē& gloriā:vel[filiæ re.]ad literā:vt Vrſula, Catherina.Ex his oībus facta eſt vna ſpōſa regi,quę dicitur eccleſia,à cui⁹ dignitate eū cōmendās,d:[Aſtitit regina].i.eccleſia tua ſpōſa[à dextris tuis].i.in potiorib⁹ bonis tuis, vt ſatis apparet in eccleſia triūphāte,quæ eſt cū Chriſto fruēs bonis cęleſtis glorię.Similiter in militāte,quę aſtat ipſi Chriſto fruēs bonis gratiæ,quæ ſunt maxima bona cēſenda p̄ſentis vitę:vel, [Aſti.re.].ſ. catholica eccleſia parata ſeruire Chriſto regi ſpōſo:q̄ ſub Chriſto bene reget filios ſuos[à de.t.] & nō à ſiniſtris: qa ſemp ei accepta, nec nunq̄ cōtraria opatur:ideo ſequitur[in veſtitu operū bonorū[deaurato]per ſapiētiā,q̄ eſt ęternorū cōtéplatio, & p̄guſtatio[circūdata varietate]populorū,perſonarū, ſtatuū, officiorū,graduū,linguarū,meritorū,& donorū. Hāc varietatē rep̄ſentat eccleſia in veſtimētis,nūc aliter atq; aliter coloratis & in cāticis & cātuū vocib⁹ tā diuerſis. Deinde alloqtur ꝓpheta reginā,veluti eſſet alter parēs eiuſdē,hoc eſt,ac ſi eſſet apoſtol⁹,d:[Audi filia mea].i. mea p̄dicatiōe genita,Chriſtū in euāgelio loquētē [& vide]ei⁹ doctrinā intelligēdo,& vitā cōſiderādo[& inclina aurē tuā]ad obediēdū humiliter.ſ. in opere,ea,q̄ docet implēdo[& obliuiſcere populū tuū]vnde veniſti.ſ.vitia perpetrata quū regi Babilonię inſeruires[& domū patris tui].i.diaboli cōſortiū,& cōuerſationē, ſeu vanitates hui⁹ mūdi, in quo q̄ſi in ꝓpria domo ad hoc vſq; tēpus diabol⁹ regnauit, cui⁹ filia per malorū operū imitationē fuiſti. Deinde laudat eā, & primo à forma,d:[Et]tūc[cōcupiſcet rex]cęleſtis.ſ.fili⁹[decorē tuū].i. te decorā ꝓpter pulchritudinē ſpūalē quā tibi per gratiā ſuā dedit.Et debes libēter audire[q̄m]ille qui cōcupiſcit te[ipſe eſt dn̄s deus tu⁹]de⁹ p creationē, tu⁹,per regenerationē[& adorabūt]oēs populi à q̄bus originē duxiſti[eū].ſ.regē tuū adoratiōe latriæ.[Et filię Tyri].i.gētiū,hoc eſt,gētes,partem pro toto ſignificās:veniēt ad regē tuū[in muneribus]ſe & ſua Chriſto deuotè offerendo [vultum tuum] & præſentiam, ô regina [deprecabuntur] & à deo petent, vt det eis

poſſe peruenire ad tuũ vultũ.i.præſentiã,ne extra nidũ eccleſiæ poſiti,deſignẽt opera ſua, ſed in vultu ſponſæ .i.in vnitate eccleſiæ[oẽs diuites plebis].i.habẽtes diuitias ſpirituales, vel etiã boni habẽtes diuitias tẽporales.Deinde laudat eam à gloria d:[Oĩs gloria eius] .ſ.[filiæ regis]quæ iã dicebatur regina .i. eccleſiæ. Eſt [abintus].i. cõſiſtit in puritate cõſcientiæ . Et etiã [in fymbrijs aureis].i.in honeſta cõuerſatione, & in operibus bonis:quæ bene per fimbrias intelligũtur, quia patent ſicut fymbriæ [circũamicta].i.ornata[varietatibus]virtutũ,vtl [var.] .ſ. diuerſorũ ſtatuũ, qui ſunt in eccleſia dei, & in varietatibus chariſmatũ & virtutũ,quæ inueniũtur in perſonis huiuſmodi ſtatuũ. Deinde laudat ambos à ſocietate, d:[Adducẽtur] prædicatione,& gratia adiuuãte[regi] Chriſto ad ſeruiendũ [virgines]ad literã:vel,[virg.]& pudicæ.ſ. integræ in aĩa & corpore,quę ſunt in primo gradu : per quas robuſti & fortes accipiũtur[poſt eã] .ſ. vniuerſalẽ eccleſiã,quæ eſt generalis mater fideliũ. Et etiã [proximæ eius] in fide & virtutibus vt viduæ caſtę,quę ſecundũ obtinent locũ, & in matrimonio ab aliena cõiunctione cõtinẽtes,quę tertiũ locũ tenẽt,ꝑ quas infirmi & imbecilles deſignãtur[afferẽtur tibi]ô rex Chriſte, qui vis et ſitis ſalutẽ oĩm,ad honorẽ tuũ , in tuũ cõſortiũ. Hę ergo oẽs virgines et proximæ [Afferẽtur in lętitia et exultatione].i. in gaudio interiori et exteriori : qa in pręſenti quoq; eccleſia,ſancti valde de puritate ſuę cõſciẽtię et pectoris ſui trãquillitate lętãtur. Et ex hac deinde[adducẽtur] miniſterio angelorũ [in tẽplũ regis].i.in supernã Hieruſalẽ facti per Chriſtũ regnũ, et ſacerdotes dei . Deinde laudat eos à prole ,alloquens ſponſam, et dicẽs:[Pro patribus tuis] ô eccleſia.i.pro patriarchis et prophetis : vel, [Pro patrib.t.] .i.loco apoſtolorũ,q te genuerũt ſpirituali generatione[nati ſunt tibi filij tui]imitatores eorũ.ſ.epiſcopi,doctores, et alij quos genuiſti[cõſtitues eos]in ſede patrũ[principes] in ſpiritualibus.i. prælatos , magiſtros,et do-
ctores

ctores ad regendũ populũ dei [ſuper oẽm terrã] .i. ſuper vniuerſalẽ eccleſiã in oẽs terrę partes diffuſam. Et quia ita ordinata eſt eccleſia: ideo ipſa velut exultans, alloquitur dñm, d: [Memor ero noĩs tui dñe] .i. famæ & gloriæ tuę memoriã recolã, & ſemper te prędicabo [in omni generatione] diffuſa in omni terra [& generatione] ſuccedẽte vſq; in finẽ mũdi: vel, ipſi filij nati & prĩcipes cõſtituti [memores erũt] ſemp [noĩs tui dñe] qa p ſucceſsionẽ, ſemp in oẽs generatiões pſeuerabũt. [Propterea] etiã [populi] qui futuri ſunt, vidẽtes tantã gloriã in eccleſia tua [cõfitebũtur tibi] .i. laudabũt te tanq̃ auctorẽ & gubernatorẽ [in ęternũ] pręſentis ſęculi .i. per totã hãc vitã [& in ſæculũ] quod ſubſequetur [ſæculi] .i. in futuro, vbi eſt laus ęterna, quę nunq̃ finẽ inueniet. O fœlices & nimiũ beati, q dñm laudare merebũtur in ſæculũ ſæculi: qa beati qui habitãt in do. t. d. in ſæc. ſæc. laudabũt te. PSALMVS XLV.

¶ *In hoc pſalmo propheta actus ſpiritu ſancto uidens multas tribulationes ſanctis inſtare in aduentu Chriſti ſub eorum perſona dicit:*

DEus] oĩm creator: q eſt [noſter] .i. nobiscõmunis, carne aſſumpta, eſt nobis [refugiũ] .i. ſecuritas cõtra pericula [& virtus] .i. fortitudo in aduerſis, vt poſsimus ſuſtinere. Et [adiutor] eſt [in tribulationibus] vincẽdis [quę inuenerũt nos nimis] qa tribularemur ſupra quã ferre poſſet fragilitas carnis niſi iuuaremur auxilio diuino. [Propterea] [freti tanto adiutore [nõ timebimus dũ turbabitur terra] .i. peccator terrenus [& transferẽtur mõtes] .i. apoſtoli cæleſtẽ rorẽ recipiẽtes, & radios ſolis ſuſcipientes [in cor maris] .i. ducentur ante iudices huius mundi & Tyrãnos. Turbatis rebus omnib⁹ dei ſeruus manet immobilis, in qua trãſlatione [Sonuerũt] Chriſti mõtes .i. apoſtoli & ſancti fidẽ prædicãdo [& turbatę ſunt aquæ eorũ] .i. irati ſunt ſocij Tyrannorũ ſeu gẽtiũ [cõturbati ſunt] ſimul cũ plebe in fortitudine eius] .ſ. oſtenſa per apoſtolos & ſanctos dũ incuſarẽt eos. Sed nõ eſt timẽdũ,

qa[Fluminis impetus].i.inundatio chariſmatũ à fonte ſancti ſpiritus emanãtiũ[lętificat]ſuis donis[ciuitaté dei].i.ſanctã eccleſiã,virtutibus munitã.Et ſanctificauit] p illũ fluuiũ [tabernaculũ ſuũ] .i. cõgregationẽ fideliũ, in qua habitat p fidẽ[altiſsimus] .ſ.ipſe Chriſtus.Et dicitur ſpũs ſanctus flumen: quia ima petit, & vacua replet.ſ.humiles. Itẽ reddit cor fœcũdũ. Sitim peccãdi extinguit.Submergit illos qui profunda quęrunt & rimantur.Eccleſia verò dicitur ciuitas propter concordiã habitantiũ. Nec ſolũ lætificat vel ſanctificat deus eccleſiã ſuã, ſed etiã [Deus in medio eius].ſ. ciuitatis,& eccleſiæ fideliũ eſt,ad protegẽdũ à malo,& roborãdũ in bono.Et ideo [nõ cõmouebitur] à veritate fidei,vel ex bono ad malũ.Et vt nõ moueatur[adiuuabit eã deus]in labore huius ſæculi,ad proficiẽdũ [mane].i. in principio cõuerſiõis, vel boni operis.Et hoc[diluculò].i.per diluculũ.ſ.per illuminationẽ ſpiritus ſancti.Quod ſequitur eſt de cõuerſione gẽtiũ;per quã ciuitas eccleſię facta eſt populoſa & copioſa:vnde ſeqtur,[Cõturbatæ ſunt gẽtes]ſalubriter, & bona cõturbatione ad pœnitẽtiã,viſis miraculis,& turba fideliũ[& inclinata ſunt regna].i.principes,vel regiones, humiliati per fidẽ:qa[dedit vocẽ] prædicationis[ſuã] deus per ora prædicatorũ:[& mota eſt terra].i.terreni ad cõuerſionẽ.ſ. ab infidelitate ad fidẽ. Et ſubdit modus cõuerſionis,cũ dicitur in perſona diſcipulorũ pdicãtiũ,[Dñs virtutũ]cæleſtiũ.ſ.angelorũ,eſt[nobiſcũ] cõfirmãs ſermões noſtros virtute miraculorũ;vel[Do. vir.].i.à quo dona virtutũ veniũt,eſt[nobis]Emanuel in carne aſſumpta.Et ideo,eſt[ſuſceptor noſter]qa naturã noſtrã ſuſcepit,& nos ad pœnitẽtiã recipiet; ſi ad ipſum velimus cõuerti:vel,[ſuſ.no.] poſt laborẽ vitæ pſentis,ad gloriã vitę cęleſtis,eſt[de⁹ Iacob].i.ſignificãtiũ p Iacob.ſ.luctãtiũ,& ſupplãtãtiũ vitia.Et qa mirabilis & ſalubris eſt iſta gratia:ergo [Venite]ô gentes fide,& credite,[& videte].i.ĩtelligite[opa dñi]quę tẽpore incarnationis fecit [quæ poſuit prodigia].i.in

ſignũ [ſuper terrã] .i. ſuper terrenos. Et ſubiũgit quæ ſint illa. ſ. [auferens bella] .ſ. ſpiritualia. Pepigit inter deũ & hoiẽm, & inter angelos & hoĩes. Et hoc [vſq; ad finẽ terræ] nõ tantũ localiter in omni terra mundi, ſed etiã tẽporaliter vſq; ad finẽ ſæculi. In cuius pacis ſignũ ipſe [Arcũ cõteret] .i. occultas malorũ cõtra fideles inſidias, deſtruet, [& cõfringet arma] .i. publicas & apertas impugnationes [& ſcuta] .i. vanas errorũ & vitiorũ defenſiones [cõburet igni] .i. deſtruet ſpiritus ſancti igne & calore. Et qm̃ talia Chriſti diuinitatem declarant: ideo ſubditur in perſona dñi, [Vacate] .i. ceſſate ab operibus malis, nulla macula ſit in mente, oĩa ſint mundata, [& videte] .i. intelligite deũ auctorẽ oĩm [qm̃ ego ſum de⁹] q feci, & nũc modo reficio vos, cui nemo poteſt reſiſtere. Et [exaltabor in gẽtibus] qa cõuerſæ ad fidẽ me depcabũtur [& exaltabor in terra] .i. in hoĩes, prius terrena appetẽtes, eos ad pœnitẽtiã vocãdo. Et ſic dicẽt: [Dñs virtutũ] eſt [nobiſcũ] & [ſuſceptor noſter] eſt [deus Iacob] qui facit vincere populũ chriſtianũ, qui p Iacob ſignificatur. PSAL. XLVI.

¶ *In hoc pſalmo propheta in perſona apoſtolorũ uel eccleſiæ, inuitat omnes fideles ad dei laudẽ, & hoc propter eius excellentiam ac beneficia in eoſdẽ collocata, & propter ſuã glorioſam in cælum aſcenſionẽ, dicens:*

OMnes gentes] Chriſto credẽtes, quę recepiſtis beneficiũ gratiæ dei [plaudite manib⁹] .i. gaudete bonis op̃ib⁹ [iubilate deo] .i. laudate deũ [in voce exultatiõis] .i. in voce exprimẽte mẽtis exultationẽ, p̃ ęternis acceptis. Iubil⁹, eſt ineffabile gaudiũ, q̃d nec taceri poteſt, nec exprimi poſsit propter gaudiũ. Et ſubiũgit cauſas, & q̃liter laudãdus ſit. [Qm̃ dñs] .ſ. Ieſus Chriſt⁹, q prius apparuit humilis, eſt [excelſus] in potẽtia, qa poteſt q̃d vult. Et q prius apparuit irriſ̃ dẽd⁹, eſt [terribilis] qa iudicaturus in poteſtate, puniet malos. Et [rex] qa ſuos ſpiritaliter regit [magn⁹] qa rex regũ & do. do. [ſup oẽm terrã] nõ tantũ Iudæorũ, ſed etiã gentium. Et ex eo apparet quod ſit magnus: quia

[Subiecit populos]Iudęorũ[nobis]Apoſtolis,qui ſumus pauperes &abiecti, vel vniuerſali eccleſiæ[& gentes].i.Gentiles credentes [ſub pedibus noſtris].i. ſub prædicatione noſtra cui obediunt. Et[Elegit]ſua gratia,vt det[nobis hæreditatem ſuam]cæleſtem:hoc eſt vitã æternam.ſ. [ſpeciem].i. pulchritudinem [Iacob].i.viſionem Chriſti claram in deitate& humanitate:quæ dicitur Iacob, eo quod diabolũ ſupplãtauit, [quem]Iacob[dilexit].ſ.dñs, & vitia ſic ſupplãtantes dñs diligit,& cæleſtem hæreditatem dabit.[Aſcendit deus].ſ.Chriſtus deus, & homo in cælũ [in iubilo].ſ. angelorũ iubilantiũ de Chriſti victoria,& ſui ordinis reparatione: & ſimiliter in iubilo diſcipulorum, qui eius admirantes aſcenſionẽ,& gaudentes iubilabant, &[dñs]aſcendit[in voce tubæ].i. in manifeſta voce angelorũ clamantiũ,Viri Galilæi quid etc.Quia ergo aſcẽdit,vt nobis pararet locũ:ideo monet propheta in perſona apoſtolorũ vel eccleſiæ vt pſallamus:vnde ſequitur,[Pſallite deo noſtro] creatori.i.bonis operibus laudate.Et repetit,[pſallite] vt bene imprimatur in animo [pſallite regi noſtro].i. Chriſto ſecundum humanitatem:ore[pſallite]etiam corde.Pſallendũ eſt deo,quia nos creauit: pſallendũ eſt regi, quia nos redemit.Ideo etiam ei pſallendũ eſt.[Qm̃] ipſe eſt[rex oĩs terræ,]quia gubernat res creatas,&[deus] qui oĩa creauit:Ideo[pſallite]ad laudem eius[ſapienter]vt q̃d dicitis,intelligatis. Nõ enim is ſapienter legit qui nõ intelligit.Deinde oſtendit quomodo ſit rex oĩs terræ, cũ ſubdit,[Regnabit deus ſup gentes].ſ.oẽs qui olim in vnã gentem Iudæorum regnabat[dñs].ſ.Chriſtus [ſedet ad dexteram patris [ſuper ſedem ſanctã ſuam] .i.ſuper cælos,regnãs in ſæcula: vel,ſuper angelos & & iuſtas aĩas, quia anima iuſti ſe.eſt ſa.i.ſic regnat in gentibus,vt tamẽ remaneat in ſolis ſanctis. Dico quia regnabit in gentibus,quia [Principes populorũ] oĩm .i.primitiæ gentiũ,vel reges & aliæ poteſtates[cõgregati ſunt]per fidem.i. cõuenerũt credendo [cum deo Abraham]

Abrahã].i.in Chriſto, qui eſt deus Abrahæ: & ſic ſuſcitauit Deus de lapidibus filios Abrahæ:vel cum deo, cui credidit Abraham, ſimiliter & populi cũ eis. Ideo aũt acceſſerũt ad fidem[qm̃ dij fortes terræ].i.apoſtoli & prædicatores ſancti:dij terrę per gratiã:fortes,per fidem [vehementer eleuati ſunt] & illuſtrati vita & virtutibus,& ſignis ac miraculis: et ideo factum eſt vt multi euocarentur ad fidem. PSAL. XLVII.

¶ *In hoc pſalmo propheta laudat deũ pro cõſtitutione eccleſiæ, & fundatione ipſius, quæ eſt ciuitas ſummi dei. Primo ergo commendans ciuitatem eccleſiæ a dignitate conditoris, dicit in perſona apoſtolorum:*

MAgnus].i.magnæ potentiæ eſt [dñs] .ſ. Ieſus Chriſtus,qui eſt dñs oĩm creaturarũ[& laudabilis].i.dignus laude ,quia bonus eſt:bonum enim laudabile eſt. Et hoc[nimis].i.valde:vnde: Glorificantes do.quã.po. ſuper.adhuc [in ciuitate dei noſtri].i.in eccleſia,quæ eſt munita virtutibus , & in qua fideles vniuntur in fide & charitate. Ciuitas,dico,poſita [in monte ſancto eius] .ſ. ciuitatis .i. in Chriſto, ſuper quem eſt fundata.[Fundantur]hæc ciuitas.i.eccleſia[exultatione] .i. in exultatione , vel per exultationem[vniuerſæ terræ] quia gauiſæ ſunt gentes ob prædicationem apoſtolorum, & cum exultatione receperunt verbũ dei : ideo in Chriſto ſunt fundatæ & radicatæ per fidem:vt enim prius fundata fuerat eccleſia per Chriſtũ prædicantem Iudæis in propria perſona ita et per apoſtolos, ad quorum prædicationem multi crediderũt. Poſt de iſtis .ſ. Iudæis & gentibus à qbus cõſtructa eſt eccleſia generalis, ſubiũgitur: [mõs Syon].i.populus Iudæus:quia in monte Syon caput totius regni Iudæorũ erat collocatũ. Et [latera Aquilonis].i.gẽtes, quę torpentes frigore infidelitatis adhęrebant tanquã latera diabolo: qui per Aquilonem vẽtũ frigidũ, ſignificatur:ſunt[ciuitas regis magni].i. dei,qui ex duabus,vnã effecit: atq; hoſce populos in eccleſia ſua per fidem collocauit; quia eorum vnus eſt

dñs,vna fides,vnũ baptiſma.[Deus in domibus eius] ciuitatis.ſ.eccleſię.i.in ſingulis fidelibus:q dicũtur domus,qa in eis per gratiã habitat dñs:[cognoſcetur]qa ipſi cognitionem habebũt de eo [cũ]per gratiã[ſuſcipiet eã]tuendã,& ꝓtegendã ab inimicis:vel pluraliter dictũ eſt,in domibus,ꝓpter diuerſos ordines eccleſiarũ,cũ vna tamẽ ſit eccleſia.Et verè ſuſcipiet.[Qm̃ ecce reges].ſ.tres Magi[cõgregati ſunt]ſimul[cõuenerũt in vnũ].ſ.Magi in vnitatẽ fidei,ad adorãdũ Chriſtũ natũ. Et ſic[Ipſi].ſ.Magi[videtes ſic].ſ.ſtellã ductricẽ,& puerũ Ieſum,& eius matrẽ virginẽ,[admirati ſunt]de viſis,& cõturbati ſunt]de peccatis &[commoti ſunt] ad fidem .ſ.Magi [tremor apprehẽdit eos].ſ. Magos pro tãtę rei dignitate:vel,[cõt.ſ.cõm.ſunt].ſ. Herodes & illius fautores:hic enĩ Herodes audiẽs verba magorũ, cõturbatus eſt , & oĩs Hier.cũ il. &[tremor ap.eos].ſ. Iudęos & Herodẽ:timebãt aũt, ne cogerẽt deſerere res ſuas tẽporales.[Ibi dolores vt parturiẽtis]ſ.matrũ,q̃rũ filios,Herodes iuſsit occidi Chriſto adhuc puero inuidẽs[in ſpũ vehemẽti].i.in ira magna.ſ.Herodis[cõteres naues Tharſis]qa Herodes audiẽs Magos rediſſe in terrã ſuã p mare,cũ nauib⁹Tharſis,irat⁹,eas ſuccẽdit,vt habetur in hiſtoria Scolaſtica.Et licet Herodes eas cõtriuerit:tñ hoc factũ dño attribuit , & qa dñs pmiſerit eas cõteri,& qa occaſiõe,natiuitatis ſuę cõtritę fuerũt. Et cũ ita ſit,ergo[Sicut audiuim⁹]in ꝓmiſsiõe & prophetia[ſic vidimus] in exhibitione & in euãgelio.Oĩa enĩ quę modo cõplẽtur,ante ꝓphetata ſunt[in ciuitate].i.in eccleſia[dñi virtutũ]qa dñs virtutũ angelicarũ vel dator virtutũ,poſsidet eccleſiã & tuetur[in ciuitate dei noſtri].i.in catholica eccleſia. Ipſe q eſt dñs virtutũ,ipſe eſt de⁹ noſter .i. dñs & de⁹angelorũ & hoĩm, [deus]& homo Chriſt⁹ Ieſus[fundauit] in fide catholica[eã].ſ.eccleſiã[in æternũ]mãſurã,nõ ad tẽpus ſicut Synagogã.Quę enĩ eſt militãs eccleſia,eadẽ erit & triumphãs.Fũdauit aũt deus eccleſiã,mittẽdo filiũ ſuũ,vt credẽtes in ipſo,habeãt vitã æternã:ob quã rẽ eccleſia

gratu-

gratulãdo & laudãdo, dicit:[Suſcepim⁹]ô[deus]pater actualiter[mĩam tuã].i.filiũ tuũ miſericordẽ, quẽ ſuſcepit Symeõ[in medio tẽpli tui]q̃d tũc factũ eſt, cũ noſtræ carnis ſupbiã deteſtat⁹, à matre virgine fuit p̃ſentatus: vel,[Suſcep.deus]fide[mĩam tuã].i.filiũ tuũ[in me.tẽ.t.] in loco publico populi tui. Bene mĩa dei, dicitur fili⁹, q̃a p eũ miſertus eſt nobis pater. Et q̃a de tãto beneficio nẽpe mĩa dei, nõ debem⁹ eſſe ingrati, ideo ſeq̃tur:[Secũdũ nomẽ tuũ]ô[de⁹ ſic] eſt [& laus tua in fines terræ]dilatata .i: Sicut nomẽ tuũ.i.res noĩs.ſ.ſalus tua, quã in mĩa tua operat⁹es in medio terrę, diffuſum eſt nomẽ tuũ in eccleſia, q̃ in toto orbe terrarũ diffuſa eſt, ita vt oẽs illi q mĩam tuã receperũt, laudẽt te:& ideo laudent, q̃a iuſtificaſti eos: vnde addit[iuſtitia].ſ. abũdãte, quæ cõtinetur in veritate euãgelij [plena eſt dextera tua].i. ꝓpiciatio ſeu liberalitas tua, quę p orbẽ diffuſa eſt. Et propterea[Lętetur mõs Syon].i. Iudęa, quę primo radios fidei ſuſcepit[& exultẽt filię Iudæ].i.cõfeſsionis.ſ.gẽtes ab apoſtolis, p fidei cõfeſsionẽ genitę. Et hoc[ꝓpter iudicia tua dñe]q̃bus nõ falleris, dũ ſeparas grana à paleis. Et vos vterq; populus ſ.Iudęa, & gẽtilitas[Circũdate Syõ].i.defendite eccleſiã, & munite p fidẽ & operationẽ [& cõplectimini eã] amplexibus charitatis[narrate].i.prędicate alijs laudẽ & gloriã Chriſti, & eccleſię[in turribus ei⁹].i.in altitudine munitionũ, & virtutũ eccleſiæ cõſtituti. Nõ enim verbũ dei prædicare debet, qui adhuc prauè viuẽdo in imis iacet.[Ponite corda veſtra].i.intẽtionẽ, & affectũ veſtrũ: nõ tantũ ora[in virtute eius]ciuitatis.ſ.in charitate, quę eſt virtus eccleſię, qua ſuſtinetur[&]ſic adepta charitate[diſtribuite domos eius].i.ordinate loca ad cultũ ipſius[vt]ſic[enarretis] prædicãdo magnalia dei[in progenie altera].i.in omni generatione & generatiõe vſq; ad poſtremos. Enarretis inq̃ hoc.ſ.[Q̃m hic].ſ.Chriſt⁹[eſt de⁹]poteſtate[de⁹ noſter]volũtate, q ſe dedit nobis[in ęternũ] pro.i. [in ſęculũ ſæculi] regnaturus & in hoc ſæculo, & in futuro [ipſe] & non

alius[reget nos]quia rex eſt. Et hoc in[ſæcula]& fine fine.

PSALMVS XLVIII.

In hoc pſalmo propheta agit de ſectatoribus mũdi & de uanitatibus, quibus ſunt addicti: dicitq;, quia cum omnibus uanis in quibus confidunt, ſunt æternaliter perituri. Et primo reddens auditores attentos, dicit:

AVdite hæc] quæ ſequũtur[omnes gentes] indifferenter: nõ vna gens tãtũ [auribus].ſ. mentis & corporis[percipite]hoc eſt, intelligite,& memoriæ cõmendate[omnes qui habitatis orbẽ].ſ. terrã vniuerſam, quę orbicularis eſt.[Quiq; terrigenæ & filij hoĩm].i. quarũcũq; nationũ & ſtatuũ [ſimul in vnũ diues & pauper]venite ad audiendũ: nullũ excipio. Et apponit cauſam quare debeat audiri, cũ ſubdit: quia[Os meũ loquetur ſapientiã]quę ipſiſsima eſt notitia ſeu cognitio diuinorum [& meditatio cordis mei].i. prius explorato aĩo, loquetur os meum [prudentiã]quæ eſt de inſtitutione, ſeu inſtructione morũ. Ex his duobꝰ, oĩs ſermo diuinus cẽſeri debet. Nec hęc à me loquor, ſed[Inclinabo in parabolã aurẽ meã].i. applicabo intellectum meũ, ad intelligendũ verba legis,& prophetarum, quæ frequenter ſunt parabolica. Et cum intellexero[aperiã].i. lucidè tradam [in pſalterio].i. in huius pſalterij pſalmo [propoſitionẽ meã].i. locutionem obſcuram mihi propoſitã,& à ſancto ſpiritu mihi reuelatam. Quid audierit in hoc pſalterio prius manifeſtat, d:[Cur timebo in die mala?].i. in die iudicij, quæ dicitur mala ſi reſpicias iniuſtos, qui tunc damnabuntur. Et reſpondet, quia[iniquitas calcanei mei].i. finalis iniquitas, quæ mihi debetur in fine vitæ [circundabit me].i. ex omni parte opprimet me,& faciet me timere, q. d: Ob eam cauſam mihi iudiciũ timendum fuerit ſi iniquitas circundet me, oſtendens me damnatũ. Et in eo patet oppoſita pars, quia abſoluti ab iniquitate, non ſentient tunc timorẽ, ſed gaudebũt. Vnde illi timeant & diem iudicij formident[Qui confidunt in virtute ſua].i. in

ſua iuſtitia,nō in Chriſto:vel,[Qui cōfi.in virt.ſua].i. fiduciam totam & finem collocant in poteſtate tēporali,vel in viribus corporis & animi,aut dignitate et huiuſmodi[et in multitudine diuitiarū ſuarū gloriantur]et ſuperbiunt fœlicitatem in eis tanq̄ in ſummo bono quærentes.Tales inquam timere debent in iudicio futuro.Sed quia ſunt qui cōfidunt in amicis,ideo oſtendit eos deceptos,cum ſubiūgit:[Frater].ſ.Chriſtus,qui eſt primogenitus in multis fratribus.Et tantus frater [non redimit] tales à ventura ira[redimet] aliquis[homo?]purus,in quo cōfidunt,q.d:Non.Nec ipſe peccator,poterit ſe redimere,ideo ſeq̄tur:[nō dabit deo placationē ſuam].i.pœnitentiam nō aget,nec ſacrificiū offerret,vnde deū ſibi recōciliet.[Et precium redēptionis aīæ ſuæ].i.eleemoſynas,per quas peccata redimuntur,ſimiliter dare nō poterit,vt per eas aīam ſuā redimat:quia nō poterit amplius mereri [et] ideo hic talis[laborabit in æternum].i.affligetur in perpetuis tormentis:qui ad tēpus delectatus eſt diuitijs et delitijs [et viuet adhuc in finē] et ſemp redintegrabitr̄, vt ſemper ſentiat pœnā,quæ à nō viuentibus nō ſentitur.Et ideo:Vę tibi mala cupiditas,quam malè tuos decipis amatores.Ideo aūt laborabit,quia [Nō videbit]oculo mētis,nec intelliget[interitū]verū,& æternū[cū viderit ſapiētes moriētes] temporaliter ſicut & ſtultos.i.quia videt ęquè mori bonos ac malos,expectatq; tēporalē mortē quā oībus cōmunē videt:ſed q̄d interſit nō videt, q̄a cū ſapiēs qui piè deū colit,trāſit à morte ad vitā[ſimul] cū morte temporali [inſipiēs & ſtult⁹ peribūt]interitu mortis ęternę,vel ſimul in corpore & anima.[Et relinquent]iniqui [alienis diuitias ſuas]propter quas acquirēdas multipliciter peccauerūt[& ſepulchra eorū]ſunt[domus illorū]qui palatia ædificauerūt[in æternū]huius ſeculi,q.d:In ſepulchris vſq; in finē mūdi manebunt, nō in palatijs quæ extruxerūt.Et[Tabernacula eorū].i.alta palatia,& domus lapideę,quas cōſtruxerūt,manētia[in progenie]filio-

rum

rum[& progenie]nepotũ [vocauerũt noĩa ſua].i.fuerũt in cauſa cur noĩa eorũ haberẽtur in memoria [in terris ſuis].i.in vicinia,nõ vbiuis terrarum. Cõſtruũt enĩ aliquãdo magna palatia per plures generationes duratura, vt per ea remaneat eorũ memoria & fama. Cõtra hos pertinet illud quod dicit Chryſoſt. O inſipiẽs homo quid prodeſt tibi poſt mortẽ iſta memoria, ſi vbi es torqueris,& vbi nõ es,lauderis? Hoc aũt ideo faciũt,qa[Et] tam in hoc quàm in cæteris [homo cũ in honore eſſet]cõſtitutus,habẽs rationẽ & intellectũ, deiq́ ſimilitudinẽ[nõ intellexit]illũ honorẽ,& ſuã dignitatẽ,ꝓponẽs ſibi perpetuã memoriã in extruendo magna ędificia, cũ potius debuiſſet q̃rere ęterna: vnde amiſſa ratione[cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽtibus] nõ alia de cauſa q̃ ꝓpter inſipientiã[&]in actu[ſimilis factus eſt illis]cũ ſummã fœlicitatẽ quęrit in pręſenti vita,qa ſicut iumẽta terræ, & vẽtri tantũ inſeruiũt,ſic hi amatores mũdi, terrenis rebus tantũ dediti ſunt.[Hęc via illorũ]non Dei.i.talis vita ſecundũ quod ipſi terrena tantũ appetũt,eſt[ſcãdalũ].i.offenſio [ipſis]malis,qa facit eos ruere de peccato in peccatum:[& poſtea]cũ fuerint facti tales, vt non conquirant alia niſi temporalia, & ditati fuerint[in ore ſuo cõplacebunt] ſibi: iactant ſe de tali vita, tanquam aſſecuti ſint fœlicitatem homini non denegatã. Sed quia non vident pœnam ſibi paratã poſt mortem,ideo ſubditur:[Sicut oues]ductæ ad occiſionẽ hoc ignorãtes: ſic iſti [in inferno poſiti ſunt].i.ponentur poſt mortẽ. Et dicit in præterito prophetica certitudine[mors].ſ.gehennæ: & diabolus[depaſcet eos] deuorãdo, vt ſemper reuocentur ad pœnã, hoc dicitur à ſimili iumẽtorum, quæ nõ radicitus herbas vellũt, ſed ſummitates carpunt: vnde iterum herbæ repullulant: ſic illi morte depaſti reuiuiſcũt, quia nõ deficiũt. Verſus iſte, Sicut oues etc. ſic explicatur à beato Bernardo, quia, inquit, detracto vellere terrenarum diuitiarum, purè, preſſeq́ detruſi, ſempiternis deputabuntur tormentis, ſemper

morientur ad vitam, & viuent ad mortem. Sequitur de gloria beatorũ, qui ſunt iudicaturi. [Et dominabuntur eorum iuſti].i. præeminebũt eis, & iudicabũt eos: quia iudicabunt ſan. nati. & do. populis [in matutino].i. in reſurrectione & iudicio, quando iudex venturus ſua claritate illuminabit vniuerſa, [& auxilium eorũ] quod habebãt in hoc mundo, nempe de diuitijs, de potentia, de amicis, de viribus corporis, & huiuſmodi [veteraſcet in inferno].i. ad nihilum redigetur, vt pannus putrefactus [à gloria eorum].i. propter hoc quod gloriati ſunt in eis: vel, [à glor. eorum] ſupple erit tranſitus ad maximã cõfuſionem. Deinde loquẽs in perſona iuſti, ſubiungit: [Veruntamẽ] licet non redimat animã talium [deus redimet].i. liberabit [aĩam meã].ſ. verè pœnitentis & iuſti [de manu inferi].i. de poteſtate eius, & diaboli [cum acceperit me] per gratiam ad bene operandũ, per baptiſmum, & alia ſacramenta: vel, [cum accep. me] de præſenti vita ad perfectã & ſummam beatitudinẽ. Et quia ſic peribunt mali, & deus redimet ſuos: ergo quicũq; fidelis es, [Ne timueris] quaſi ſis miſer, & priuatus bonis [cũ diues factus fuerit homo] iniquus, & tu iuſtus, ſis pauper, id eſt, cum videris malos in præſenti proſperari: quia in futuro omne illud periturũ eſt, [et cum multiplicata fuerit] in honoribus ſæculi [gloria domus eius] quia non ſolum ipſe, ſed et omnes qui ad eum pertinent, honorãtur. [Quoniã cũ interierit] per mortẽ, citò et repentè [nõ ſumet omnia] minus dicit, et plus indicat .ſ. nullas ſecum hinc auferet poſſeſsiones, niſi peccata, [neq; deſcendet cum eo] ad inferos [gloria eius].ſ. fœlicitas præſentis vitæ. Ideo autẽ illuc deſcendet, et nõ deſcẽdet cum eo gloria eius. [Quia anima eius] ſenſualis, non rationis [in vita ipſius] præſenti tantum [Benedicetur].i. laudabitur ab adulatoribus, cum illo epulantibus, atque, qui eũ bene facere dicunt, et bonum ei optant [confitebitur tibi,] id eſt, laudabit te, et gratias tibi aget, tunc tantũ, ô Deus [cum bene-

feceris

feceris ei]dando proſpera. Et ideo [Introibit vſq; in progenies patrũ ſuorũ]deſcendens in infernũ,vſq; ad reprobos,dũ ſcelera eorũ imitat⁹ eſt.Et[vſq; inęternũ non videbit].i.nunquã videbit [lumẽ] gratiæ,& gloriæ,vel deũ:quia in inferno,nulla eſt redemptio. Per hoc autẽ intelligitur oppoſitũ de iuſtis.ſ.quia videbũt lumen gratiæ,& gloriæ æternaliter. Iniuſti verò mittentur in tenebras exteriores. Nã qui hic in tenebris interioribus eſt,poſtea exteriores patietur. Et meritò, quia[homo cũ in honore]diuinæ imaginis[eſſet] cõſtitutus[nõ intellexit]honorẽ ſuũ,& quid facere debuit.ſ.vt ſecũdũ rationẽ & intellectũ viueret. Et ideo [cõparatus eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis]ſequẽdo ſenſuũ delectatiões, & ſolius corporis voluptates. Ideo aũt deformitatẽ hoĩs repetit, vt per hoc intelligatur rem eſſe memoria dignã,atq; debere imprimi in animis hoĩm: vt vitetur tãtũ opprobriũ. Defende ergo homo honorem tuum, vtere ratione,vtere intellectu.

PSALMVS XLIX.

In hoc pſalmo propheta agit de utroq; aduentu Chriſti,& de ſacrificiorũ ueteris legis abolitione,& de ſacrificij nouæ legis inſtitutione,et de corrupti miniſtri repulſione,dicens primo ad aduentum Chriſti in carnem ſic,

DEus deorũ].ſ.hoĩm deificatorũ operator & factor:qa hoĩes deificat,qui dicuntur dij:quia prę alijs ſunt participes deitatis.ſ.[dñs]noſter Ieſus Chriſtus,qui eſt dñs dominãtium [locutus eſt]primò aduẽtu per ſemetipſum: deinde p apoſtolos, & fideles ſuos[&]loquendo[vocauit terrã].i. hoĩes habitantes in terra,ad fidẽ & legẽ euãgelicã. Vocauit autẽ nõ ſolũ in vna terra, ſed in omni. Vnde[A ſolis ortu vſq; ad occaſum].i.ab oriente vſq; ad occidẽtẽ,idq; miſsis teſtibus:qa in oẽm terrã exiuit ſo.e.etc. Et quia pdicatio cœpit in Hieruſalem, rectè ſubiũgitur: [ex Syon].i.in Hieruſalẽ cœpit annũciari [ſpecies decoris eius].i.pulchritudo diuinitatis,& virtutũ Chriſti p apoſtolos,qui exierũt per Hieruſalẽ. Hactenus egit de primo aduẽtu,

ſequi-

ſequitur ſecūdus.[Deus manifeſtè veniet]ad generale iudiciū,vt iudicet,q̄ pri' venit vt iudicaret̄ [deus]inq̄ [noſter].ſ.chriſtianorū p̄ cōformitatē naturæ,& p̄ fidē [& nō ſilebit]quia proferet ſentētiā cōtra iniuſtos,d: Ite maledicti in ig.æternū,qui para.eſt dia.etc.Et pro iuſtis,d:Venite be.pa.m.poſ.p̄.vobis regnū etc.Poſſet aūt quæri quæ futura ſunt ſigna aduētus ei'. Ecce manifeſtū ſignū,[Ignis in cōſpectu ei'exardeſcet].ſ.ignis cōflagrationis,quo exuretur facies mūdi hui',quo boni purgabūtur ſi quid erit in eis purgādū,& qui tādem deuoluet dānatos in infernū [& in circuitu eius] erit [tempeſtas valida]cōſurgens ex oīm elementorū cōmotione ante iudiciū:vnde etiā virtutes cælorū mouebūtur,ita vt oīs creatura mirabitur.Erunt enī ſigna in ſo.& lu.& ſtellis etc. Veniēs aūt ad iudiciū,[Aduocauit].i.aduocabit [cælū deſurſum].i.aduocabit angelos qui cū eo deſcēdēt ad iudiciū,Math.16.Fili' hoīs ve. eſt in gl.pa.etc.[& terrā]q̄ ad p̄ceptū eius,mortui à terra reſurgēt,Ioh.5. Oēs qui in monumētis ſunt aud.etc.Et propterea aduocabit [diſcernere .i. vt diſcernat[populū ſuū]à fictitio populo: q̄a tūc diſcernētur pij ab impijs,ſicut ſegregātur oues ab hædis. Hoc aūt fiet miniſterio angelorū : atq; ideo ad eos cōuertēs ſermonē dicit: [Cōgregate]ô vos meſſores angeli[illi].i.ad honorē eius.ſ. Chriſti dei[ſanctos eius].i.electos,qui ſunt velut Chriſto capiti mēbra[qui].ſ.ſancti [ordināt] & præpo nūt,prædicāt & implēt teſtamētū eius]nouū.ſ.euāgelica præcepta & charitatis opa[ſup ſacrificia] teſtamenti veteris. Hoc eſt, quia pluris faciūt hæc,quā illa,& hæc illis præferūt: atq; ne poſſet aliquis ignorantiā excuſare nimirū quod nō eſſet eis iudiciū vēturū annūciatū,ideo addit:[Et annūciabūt] .i.p̄dicabunt[cęli].i.apoſtoli & doctores ſancti & ſpirituales viri toti mūdo[iuſtitiā eius].ſ. Chriſti qui iuſtè remunerabit iuſtos,& reprobos iuſtè dānabit [q̄m deus]trinitas[iudex eſt]viuorū & mortuorū,& ſecūdū opa vnicuiq; retribuet.Deinde eſt vox Chriſti monentis,

nentis,vt relictis pecudũ ſacrificijs, fiat ſacrificiũ laudis:vnde dicit,[Audi]aure cordis[populus meus]electus, & peculiaris[& loquar]tibi.Chriſtus enĩ in perſona propria,prædicauit populo Iſrael. Et iſtud idem repetit mutato verbo,d:[Iſrael].i.vir videns deũ:iam fide audi[& teſtificabor tibi].i.teſtimonijs ſcripturarũ approbabo:quia[Deus] omnium, per potẽtiã qua oẽs creaui[ſum deus tuus]propriè:vel,[Iſrael]audi[& teſtifi.ei.]verbis & factis : quia[deus tu. ego ſum.] Deitatẽ aũt ſuã,teſtificatus eſt Chriſtus verbis, d : Ego & pater vnũ ſumus.Itẽ & factis, cũ fecit mirãda cum tãta admiratione tanquã propria poteſtate,quod eſt ſolius deitatis propriũ.Et ego ipſe,[Nõ in ſacrificijs tuis].ſ. veteris teſtamẽti omiſsis[arguã te] tanq̃ reprehẽſibilẽ [holocauſta aũt tua]quę à te,pdeũt.ſ.cũ aĩam tuã igne charitatis inflãmatã totã in ſeruitiũ meũ offeres. Talia holocauſta [in cõſpectu meo ſunt ſemper] tanquã grata & accepta .i. mihi placẽt.Vnde ne putes hęc holocauſta debere cẽſeri ſub pecudum ſacrificijs, ſubdit: [Nõ accipiã de domo tua vitulos] ad ſacrificiũ & holocauſtũ[neq; de gregibus tuis]accipiã[hircos]in hoſtiã pro peccato, ſicut in veteri lege . Ideo autẽ illa à te nõ accipiã.[Qm̃ meę ſunt oẽs ferę ſyluarũ].i.mea ſunt aĩalia,quæ nõ poſsides.ſ. indomita.Et etiã[iumenta] quæ paſcis[in mõtibus & boues].i. mea ſunt etiã domita,quæ tu nutris & poſsides.Et etiã [Cognoui oĩa volatilia cęli]& quę,et quot ſunt.Hoc dicit,qa ex quibuſdã auibus,fiebãt ſacrificia ſecũdũ legẽ[& pulchritudo agri].i.vbertas oĩm quę gignit humus terræ,ex q̃bus etiã ſacrificia fiebãt[meũ eſt]cognoui antequã fieret.Et ideo[Si eſuriero] .i.ſi res eo eueniret , vt eſurirẽ, quod eſt impoſsibile [nõ dicã tibi] vt paſcas me, [meus eſt enim orbis terræ]quò ad cõtinens[& plenitudo eius]quò ad cõtentũ].i.oẽs creaturæ.Sed[Nunquid manducabo carnes taurorũ,aut ſanguinẽ hircorũ potabo?]q.d:Nõ, quia deus nõ eſurit , nec ſitit , & ideo nõ indiget cibo & potu corporali. Vetera ergo

ſacrificia fore aboléda,hic declarat,quorũ tria genera eſſent. Vnũ,népe in quo pars offerebatur,& pars retinebatur,& illud dicebatur ſacrificiũ. Aliud,quod totũ incẽdebatur,& offerebatur,quod dicebať holocauſtũ. Tertiũ,quod fiebat ex nõ animatis,vt ex thure,ſimila, & huiuſmodi,q̃d dicebatur oblatio. Improbato ergo veteri ritu,de ſe ac ſi de alio loqueretur, q̃d exigat indicat, q.d: hæc nolo,ſed[Immola deo].ſ.mihi.i.offer ad placãdum deũ[ſacrificiũ laudis].i.ſacrificiũ Euchariſtiæ,quod immolatur cum laudibus diuinis[& redde altiſsimo]deo[vota tua]quę ꝓmiſiſti in baptiſmo, quantũ ad oẽs catholicos: & in ſuſceptione ſacri ordinis,vel profeſsione religionis,quantũ ad clericos,& religioſos,q.d:Sine iſtis,ſacramẽtũ Euchariſtię nõ accipitur dignè à laicis,& inferioribus: nec adminiſtratur dignè à miniſtris eccleſiæ & ſuperioribus,[Et] cũ ſic feceris, tunc[inuoca me].ſ.in auxiliũ .i. intus voca. Ad quid enĩ valet ſtrepitus labiorũ, ſi cor ſit mutũ? [in diẽ tribulationis].i. aduerſitatis & tentationis: & [eruã te]tũc de tribulatione,dũ eã depulero,& dedero fortitudinem,ne deficias[&]cũ fueris erutus[honorificabis me]dignè recipiendo, vel adminiſtrãdo ſacramentum Euchariſtiæ,vt mihi gratias referas. Sed quia hoſtia oblata à peccatore,nõn eſt accepta Deo: ideo ſubditur, [Peccatori autẽ dixit deus]exteriꝰ ſcribẽdo, interius inſpirando [quare tu enarras iuſtitias meas] Euangeliũ quod indignè in miſſa recitas et exponis: vel;[quare].i.qua præſumptione[tu enar.].i. exterius narras, quaſi tu feceris, cũ nõ ſis meritꝰ[iuſti.me.]quę ſunt p̄mia bonorũ,& pœnæ malorũ: [&] quare[aſſumis teſtamentũ meũ] ſanctũ, tã vetus quã nouũ [ꝑ os tuũ]pollutũ,q̃a epiſtola & plęraq; q̃ ſequũtur in miſſa vel dicũtur,ex maiori parte deſumpta ſũt ex veteri vel nouo teſtamẽto. Et ideo hęc ſãcta et venerãda dei verba, os pollutũ dicere et enarrare vel p̄ſumere nõ debet.[Tu verò odiſti diſciplinã] mãdata ſuperiorũ cõtẽnẽdo,et cõtra correctionẽ murmurãdo[et ꝓieciſti].i.

poſtpo-

poſtpoſuiſti ſermones [meos retrorſum] quia verba mea nō cuſtodiſti, ſed cōtēpſiſti. Et hoc euidēter apparet, q̄a [Si videbas furē, currebas cū eo] mēte .ſ. cōſentiēdo, laudādo, cōſiliū præbēdo, nō impediēdo [& cū adulteris portionē tuā ponebas] facto, vel cōſenſu aliquo, vel adulādo. Inſup [Os tuū abūdabit malitia] .i. verbis ſuperbis, vel detractiōē [& lingua tua cōcinnabat] .i. cōponebat [dolos] .i. doloſa verba: aliud dicendo, aliud cogitādo ad proximi deceptionē. [Sedēs aduerſus fratrē tuū] .i. proximū .ſ. oēm hoīem [loquebaris] falſò accuſando eū in iudicio, vel calūnioſè ipſum obiurgādo [& aduerſus filium matris tuæ] .i. ſanctæ eccleſiæ, quæ nos fonte baptiſmatis generauit, puta quēlibet chriſtianū [ponebas ſcādalū] præbēdo ei occaſionē ruinæ. Scandalū enim, eſt dictū vel factū minus rectū, præbens alteri occaſionem ruinæ. Quod aūt oīa iſta mala prædicta ſint in multis eccleſiæ miniſtris, tā clericis q̄ā religioſis malis, apparet ad ſenſum: & ideo prębēt laicis & ſimplicibus materiā ſcandalizādi [hęc feciſti] iniquè agēdo & loquēdo [& tacui] vindictā diſsimulando, & ad pœnitentiā reuocādo. Et ideo [Exiſtimaſti] ô [iniquè quòd ero tui ſimilis] cōſentiēdo malis .i. ꝙ talia peccata mihi placēt, ſicut tibi, eo quòd ea nō puniui: ſed ego [arguā te] in morte, & arguet te malitia tua in futuro iudicio [& ſtatuā cōtra faciem tuam] peccata tua, quæ quaſi quædam perſonæ apparebunt in iudicio accuſantes peccatores: vel, [& ſta. contra fa. t.] peccata tua quæ tu modo non expēdis, dū adducis in examen cōſcientiā tuā, quæ eſt maxima pœna in dānatis, propter quod vocatur vermis cōſcientiæ, quia mordet & corrodit cōtinuè. His oſtēſis, monet propheta peccatores vt conuertātur, & dicit: [Intelligite] .i. intus legite, & corde reuoluite, [hæc] quæ dicta ſunt, vt voſmetipſos corrigatis [qui obliuiſcimini deū] eius mandata cōtēnendo [nequando] .i. ne aliquādo [rapiat] vos deus .i. ego de præſenti vita ad æternā dānationē [& nō ſit qui eripiat] & liberet, quia

ret, quia

ret,quia in inferno nulla eſt redẽptio. [Sacrificiũ laudis].ſ.euchariſtiæ,vt dictũ eſt[honorificabit me]ſi adimpleta & pacta pœnitẽtia ritè eadẽ recipiatur, & adminiſtret̃ dignè[& illic].ſ.in ſacrificio laudis,eſt[iter] qa hoc ſacrificiũ eſt iter ad deũ, ideo vocatur viaticũ [quo oſtẽdã illi].ſ.ſumẽti dignè[ſalutare dei].i.ſaluatorẽ dñm.ſ.meipſum in vita æterna. PSAL. L.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet uere pœnitẽtis, agnoſcit peccata ſua, implorat diuinam miſericordiam, & ſic petit culpæ remiſsionem, & gratiæ infuſionem.

MIſerere mei]ò [deus]creator me⁹[ſecũdũ magnã mĩam tuã]naturaliter tibi inſitã: qa peccata mea magna ſunt & grauia. [Et ſecũdum multitudinẽ miſerationũ tuarũ]in effectu,quas ab initio ſæculi in peccatis dimittẽdis multipliciter oſtẽdiſti[dele iniqtatẽ meã].i.culpã & offenſam meã multiplicẽ.[Amplius].i.plus quã ego te rogare poſsim [laua me]aqua mĩæ & gratiꝰ tuæ[ab iniqtate mea]vt dimittas q̃d cõſciẽtia metuit, & adijcias q̃d oratio non p̃ſumit[& à p̃ctõ meo].i. à peccato carnis,q̃d p̃ corruptionẽ carnis cõtraxi,[mũda me].i. ita laua, vt plenè mũdes,vt nullũ remaneat peccati veſtigiũ.i.obligatio ad ſuppliciũ. Miſerere inq̃ mei dñe [Qm̃ iniqtatẽ meã ego cognoſco]ſecundũ pœnitentiã & ſatisfactionẽ:ac tanq̃ verè pœnitẽs nõ diſsimulo,[& peccatũ meũ cõtra me eſt ſemp̃].i.diſplicet mihi:vel,[cõt.me].i.corã me[eſt ſemp̃]& ante oculos cordis mei p̃ recordationẽ amarã.[Tibi ſoli peccaui].i.q̃d peccauerim,tibi ſoli attribuitur ad iudicãdũ,puniẽdũ, & etiã relaxandũ, [& malũ corã te feci].i.te præſente & vidente,q vbiq; es,& quẽ nullũ latet ſecretum. Et ideo peto etiã mihi miſereri[vt iuſtificeris].i.iuſtus,& verax inueniaris[in ſermonibus tuis]qbus promiſiſti veniã pœnitenti per Ezechiel.Nolo mortem peccato.ſed vt mag.cõ.& vi. [& vincas cũ iudicaris].i.cũ quidã tua autoritate abutentes,iudicãt te non miſereri criminaliter lapſis.Cõuince ergo illos,& parce mihi criminaliter lapſo.Cõ-

ſequenter allegat pronitatē hoīs ad peccādū, cū dicit: [Ecce enī in iniqtatibus cōceptus ſum] .ſ. in peccato originali [& in peccatis cōcepit me mater mea] .ſ. in cōcupiſcētia libidinis, q.d: Mater mea concepit me cū delectatione peccati, ego aūt cōceptus, cōtraxi mecū iniquitatē originalis delicti, ꝓpter quod ægrè ad bonū penetro, & pronus fio ad malū. Ideo aūt cognoſco & cōfiteor, ac pœnitet peccatorū, qa [Ecce enī] in manifeſto eſt, quia [veritatē dilexiſti] qua peccata punias, licet piè ea remittas.i. impunita peccata, etiā illorum quibus ignoſcis nō reliquiſti: vel, [Ecce enim veritatem] cōfeſsionis, ſeu verā cōfeſsionē.ſ. vt reus ſe accuſet [dilex.] ſup ſacrificia. Et cōfido quod mihi parcas: qm̄ [incerta & occulta ſapiētiæ tuæ manifeſtaſti mihi] .ſ. remiſsionē peccatorū meorū cū dixiſti p ꝓphetam: Quacūq; hora inge.pec.oīm iniq.e.nō recor. quę ſunt occulta hoīb⁹ & incerta, ſicut Niniuitæ dicebāt. Quis ſiet ſi cō.& ig.deus. Et qa ſic manifeſtaſti mihi. [Aſperges me hyſopo].i. humilitate pœnitētię, quæ ſignatur hyſopo: hyſopus enī, eſt herba humilis, petrinis locis radicit⁹ adhærēs medicinalis, tumorēq; pulmonis ſanās: vnde ſignat humilitatē, quę in Chriſto petra radicatur & tumorē ſupbiæ ſanat. Qua aſpges me [& mūdabor à ſupbia & alijs vitijs [lauabis me] aqua tuę gratiæ & mīæ [& ſup niuē dealbabor].i. incōparabiliter: quia dealbatio ſpiritualis, maior eſt & melior q̄ corporalis, & cādor iuſtificatæ animæ, oēm cādorē ſuperat viſibilis creaturæ. Et [Auditui meo] interiori [dabis gaudiū] propter remiſsionē peccatorū, reuelando mihi ea eſſe dimiſſa [& lætitiā] propter ꝓmiſsionē ſalutis ęternę [&] audita interius remiſsiōe & ꝓmiſsiōe [exultabūt oſſa humiliata].i. ſpūales vires animę meę prius p peccatū cōturbatę: vel ad hūc modū, p futurū. [Audi. meo] interiori et exteriori [dabis gaud.& læ.] quādo audire merebor illā dulciſsimā vocem, Venite bene.pa.me.poſ.præ.vo.regnū etc. [& exul.] tūc [oſſa humi.] vt ſu. Et vt hæc fiāt, [Auerte faciē tuā à peccatis meis

tis meis]obliuioni tradẽdo.i.quæſo ne ea ratione videas & recorderis,vt poſthàc iterum illa punias[&]auertendo [oẽs iniquitates meas]originales & actuales præteritas:pręſentes,& futuras[dele]è tua memoria ne punias. Quas cum deleueris,[Cor mundum] quod diligat munditiã,quo te videã[crea in me deus] .i.per gratiam,quæ infunditur per creationẽ, munda cor meũ,quod per me maculatũ eſt. Et[ſpiritũ rectũ] .i.rectè tendentẽ ad te[innoua in viſceribus meis].i. in interiori hoĩe:vnde peccatũ exiuit, per gratiæ tuæ reſtitutionẽ,q.d:Spiritũ meũ inueteraui per peccatũ, & ad carnalem voluptatẽ incuruaui : ſed mihi reſtitue nouũ & rectũ:vt rectus,ad cæleſtia dirigatur:& nouus gratiã tuã recipiat. Et [Ne proijcias me] tanq̃ reprobatũ à te[à facie tua].i.à præſentia tua,vel beneuolẽtia[& ſpiritũ ſanctũ tuũ] reſtitutũ mihi per pœnitentiã.i.ſpiritus ſancti donũ & gratiã[ne auferas à me]nõ dicit da,ſed ne auferas:quia qui confitetur, & qui pœnitẽs eſt,iã donũ ſpiritus ſancti aſſecutus eſt, à quo ſolo cõfeſsio & punitio peccati ꝓcedit. Et p ipſum ſpm̃ [Redde mihi]pœnitẽti.i. reſtitue, quia peccãdo amiſi [lætitiam ſalutaris tui].i.de ſpe ſalutis tuæ [& ſpiritu principali].i. ſpiritu ſancto [confirma me] in hac lætitia & gratia , vt ipſe ſpiritus in me non vitia principatũ obtineãt,& me à relapſu p̃ſeruet. Et ſi ita gratia tua cõfirmatus fuero,nõ ero ingrat⁹:ſed [Docebo iniquos]vt ſu. Hic nota ter prophetã ſpiritũ nominaſſe .ſ.ſpiritũ rectũ:ſpũm ſanctũ: & ſpũm principalẽ. Dicũt qdã, ꝙ in deo trinitatẽ voluerit oſtẽdere. Et p ſpm̃ rectũ,filiũ dicũt.Spiritũ ſ.ſuo noĩe intelligũt.Per ſpm̃ principalẽ,patrẽ accipiũt,nõ quod maior ſit,ſed qa à nullo.Poſſumus etiã per hãc trinã ſpũs noĩationẽ,trifariã ſpirius ſ.gratiã intelligere:vt p ſpiritũ rectũ accipiam⁹ gratiã, quę in ſeptẽ virtutib⁹,trib⁹ theologicis, & quatuor cardinalibus cõfertur:qbus etiã aĩa dirigitur ad operãdũ rectè.Per ſpm̃ ſanctũ,gratiã quę p ſeptẽ ipſius dona tribuitur,quibus aĩa iuuatur ad operandũ

faciliter & expeditè.Per ſpiritũ principalẽ gratiã,quæ in ſeptẽbeatitudinib⁹ donať, q̃bus eleuať aĩa,& quodãmodo cõfirmaturad operãdũ pfectè.Hac ergo multipharia ſpũali gratia rectificari, ſãctificari & cõfirmari meritò deſidero.Et ſi hæc ſpũs ſancti beneficia recepero,ingratus nõ ero.Sed[Docebo iniquos vias tuas] .i.mãdata tua,vel mĩam & veritatẽ,vt alij exẽplo meo mĩam expectẽt,& veritatẽ iudicij timeãt,& ita verã agãt pœnitẽtiã[& impij]me imitãtes[ad te cõuertẽtur] p verã pœnitẽtiã.Et nota differentiã,qa iniqu⁹ dicitur in proximũ:Impius,in deũ:Peccator,in ſeipſum.Et vt poſsim alios docere & cõuertere:prius[Libera me de ſanguinibus] .i. à peccatis carnalibus,per tuũ ſanguinẽ precioſum : vel,[de ſang.].i. à peccatis carnis & ſanguinis,& quę de eorũ corruptiõe procedũt,ô[de⁹] creator[deus]reformator[ſalutis meæ] auctor,qa ſua bonitate me ſaluat:vel dator ſalutis meæ in præſenti, & gloriæ, in futuro:[&]tũc[exultabit].i.cum exultatione laudabit,& annũciabit[lingua mea iuſtitiã tuã] qua iuſtificas impiũ,ſuſcipis cõfitentẽ,& dimittis peccatum pœnitenti,eo quòd ſic promiſeris.Nec iſtud ex me poſſum,ni adiuues: ſed tu[Dñe]qui omnia potes, [labia mea]prius per peccatũ clauſa [aperies] .i. idonea facies ad te laudandũ,& prædicandũ:& hoc culpã remittendo,& gratiam infundendo:vel,[Dñe la.m.] interiora .ſ.labia animæ .i. intellectũ & affectũ [aperies].i.idonea facies ad te laudandũ[&] tũc [os meũ] etiã cordis arcanũ[annunciabit]dignè[laudem tuam] quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Dicitur verſus iſte ter à quibuſdam, quia annunciãda eſt laus dei ante mortem deuotè: poſt mortem deuotius,poſt reſurrectionẽ deuotiſsimè.Ideo autem tibi laudes offerã,quia non vis modo ſacrificiũ pecudũ: & eo pertinet quod ſequitur : [Qm̃ ſi voluiſſes ſacrificiũ] legale [dediſſem vtiq;] & verè offerrẽ tibi ſicut fiebat in veteri lege.Sed ſacrificijs & etiã [holocauſtis]veteribus, quæ ſunt digniora [non delectaberis,] nec eis placaris,

placaris,qm̃ illa ſolũ adumbrabãt & figurã legis nouę, & ideo ceſſant aduenićte veritate. Sed[Sacrificiũ]peccatorũ[deo]acceptũ,& gratũ eſt[ſpũs cõtribulatus].i. ſimul cũ corpore tribulatus per pœnitẽtiã, vt ſpiritus dolore, & corpus labore afficiatur. Hoc enĩ ſacrificio peccata ſoluũtur:quia [cor cõtritũ] prius per cõpunctionẽ[&]deinde [humiliatũ]per cõfeſsionẽ:ô [deus non deſpicies]imò læto vultu reſpicies & accipies. Quod ſacrificiũ vt tibi fiat,[Benigne fac].i.liberalẽ benedictionẽ,& mĩam impẽde pctã dimittẽdo, & gratiã cõferẽdo,ô[dñe]cui talia ſacrificia placẽt[in bona volũtate tua].i.ex gratuita gratia tua,nõ ex meritis ſuis: vel,[in bo.vo.tua].i. vt des ei tuã bonã volũtatẽ,hoc eſt,enim benignè agere cũ ea [Syon].i.eccleſiæ militãti,quæ eſt in ſpeculatione ſupernorũ,& aliquid ſpeculatur quod ſperat.Syon interpretatur ſpeculatio,& Hieruſalẽ viſio pacis[&]ſic [ædificẽtur] ex viuis lapidib⁹,videlicet fidelibus aĩabus [muri Hieruſalẽ]ſpũalis.i.eccleſiæ militãtis & laborãtis,cuius muri ſunt fides,ſpes,& charitas,cæteræq; virtutes,vt cõſtituat̃ cęleſtis Hieruſalẽ.i.eccleſia triũphãs, cui⁹ muri ſunt, cognitio,pax,& charitas,quę nunq̃ excidit. Et de vtriſq; petit vt ædificẽtur. Et[Tũc].ſ.muris eccleſię militãtis cõſtitutis firmiter ſuper firmã petrã nẽpe Chriſtũ [acceptabis] à fidelibus,& gratũ habebis [ſacrificiũ iuſtitiæ].i.iuſtæ laudis tibi debitæ,vel opera ſatisfactoria, ex quibus efficitur iuſtitia ob delictũ cõmiſſum. Acceptabis etiam [oblationes] de rebus exterioribus.i. ſacrificiũ eleemonſynarũ [& holocauſta] igne conſumenda.i.ſacrificiũ mortificationis. Et [tũc imponẽt] .i.offerent [ſuper altare tuũ] quod eſt fides, vbi ſacrificia offerũtur, quia quicquid offertur per fidẽ,offerri debet[vitulos].i.ſeipſos innocẽtes,nouos à iugo legis & peccati liberos: hoſtiã viuã tibi placentẽ, vel ſi mauis de eccleſia triũphante iſta dici,[Tunc].i.cõſtitutis muris cæleſtis Hieruſalẽ.ſ.cognitione,pace,charitate, futurũ eſt vt videamus deum facie ad faciem

 [acce-

[accepta ſa.iu.].i.laudis,quę aſsidua erit.Vnde,Beati qui habi.in do.t.d.inſæ.ſ.laudabũt te[oblationes].i. minores ſancti[& holocau.].i.maiores,quos ignis diuinus coctos aſſumet.i.feruor charitatis,erũt tibi acceptabiles.Et[tũc]ſancti angeli tui meſſores vel apoſtoli,& alij prædicatores[imponent vitu..i.populos à iugo peccati ſolutos,quos ipſi prædicatores cõuerterunt ad fidẽ[ſuper al.tuũ].i.in cæleſti Hieruſalẽ,cuius meminit canon miſſæ cũ dicit:Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuũ,in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ. PSAL. LI.

¶ *In hoc pſalmo propheta deſcribit peccatoris iniqui culpam & poenam:iuſti uero,meritum & præmium.In peruerſos ergo propheta acerrime illos reprehenſurus,dicit:*

QVid gloriaris in malitia?]cũ in bono tantũ ſit gloriandũ,q.d:hæc tua gloriatio eſt peſsima. quia propria eſt peccãtiũ,ex deliberata malitia[qui potens es in iniquitate].i.tu perſecutor & amator mundi qui potenter exerces iniquitatẽ, quæ nõ eſt vera potentia,ſed impotẽtia, pòteſt enim deficere.Malitiã autẽ exequitur per partes,cũ ſubiungit:[Tota die].i.aſsiduè[iniuſtitiam cogitauit lingua tua].ſ.cordis. Linguæ enim non eſt cogitare, ſed cordis:ſed per coniunctionẽ iſtorũ, notatur hoĩs intẽperantis vox, qui vbi quid cõceperit animo, ſtatim illud effutiat, ſicut dicitur Eccleſiaſt.21. In ore fatuorum cor illorum etc. [ſicut nouacula acuta] ſubtiliter & expeditè[feciſti dolũ]quia cũ dilectionem ſimulas, frauduleter vulneras. [Dilexiſti iniuſtitiam ſuper benignitatem,] q.d: Non ſolum cogitaſti & feciſti, ſed etiam dilexiſti malũ,quod cenſeri debet ſumma malitia:quia naturale eſt diligere bonũ,& malitiã odiſſe. Et[iniquitatẽ magis quã loqui æquitatẽ] .ſ. dilexiſti, q.d: Aut facis malũ, aut dũ nõ potes facere,dicis malũ,aut quãdo nec hoc potes,vis & cogitas malũ.[Dilexiſti omnia verba ꝓcipitationis].i. ad præcipitãdũ & deijciendum innocentes ô[lingua doloſa,] id eſt, ô im-

ô impudens & vafer . *Sed expreſsiùs dicit vocans* eum , non tantum linguacem,ſed ipſam linguam doloſam , & eſt denotatio à membris , in quibus maximè eminent , vt patronus pauperum in cauſa, dicitur lingua pauperum . Et ſubiungit celerem finem iniqui.[Própterea deus deſtruet te in finem,] id eſt, finaliter & irrecuperabiliter,etiãſi differat.Deſtruet aũt hoc modo, qa prius [euellet te] à tẽporalibus in qbus defixus eras,ac dignitatem tuã auferet à te[&]poſt [emigrabit te,]id eſt,emigrare , & tranſire te faciet [de tabernaculo tuo,]id eſt,de præſenti mundo, quẽ diligis,vel de corpore,ſiue eccleſia , cuius conſortiũ amplecti debueras[& radicẽ tuã] .i.animã tuã , quę viuificat corpus ſicut radix arborem: euellet [de terra viuentium] .i.de beatitudine ſanctorum , per æternam damnationẽ.Deinde mutans perſonã,ſubiungit:[Videbunt]modo[iuſti] .i.intelligẽt,quia legũt quid impendeat malis in fine[& timebũt] ſibi multo plus qñã antea,ne & ipſi pereant [&]in futuro [ſuper eũ ridebunt] .i. ſuperiores exiſtentes irriſione dignum iudicabunt, applaudentes diuinæ iuſtitiæ [& dicent] apud ſe , [ecce homo] terrenus & carnalis, quantam punitionem ſuſtinere cogitur [qui non poſuit deum adiutorem ſuum] .i.nõ habuit fiduciã,& ſpem in dño: ideo meritò delapſus eſt in infernũ . [Sed ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarum] .i. in copia auri & argenti,potentiæ & gloriæ, conſtituendo in illis finem ſuum[& præualuit] cęteris,ad tẽpus modicum[in vanitate ſua] .ſ.in proſperitate & affluentia tẽporalium: quæ tamen tranſeunt velut vmbra: vel, [pręual.in va. ſua] .i. in acquirendo diuitias & tranſitoria, amplectando vanas res. Deinde poſt vituperationem iniqui & malorum, ſequitur laus partis contrariæ .ſ. bonorum, q.d: Mali ſperant in diuitijs. [Ego autem] dicit propheta in perſona populi dei, perſeuerans continuè[in domo Dei, [id eſt, in eccleſia[ſicut oliua fructifera] in radice fidei, in pinguedine charitatis, &

 fructi-

fructificatione bonorũ operũ. Sicut oliua, nec in hyeme, nec in æſtate ſuã amittit viriditatẽ, ſic ſanctus vir, nec in proſperis, nec in aduerſis amittit virtutũ decorẽ [ſperaui] non in diuitijs, vel honoribus: ſed [in mīa dei] duratura [inæternũ] pro .i. [in ſæculũ] quod ſubſequetur [ſæculi] iſtius .i. non ad terrena adipiſcenda, ſed ad ea quæ ſunt æterna. Et [Confitebor tibi] confeſsione laudis .i. laudabo te [quia feciſti] miſericordiã mihi [in ſæculũ] .i. inęternũ pro collatis beneficijs: vel, [Cõfi. ti. in ſæ. quia fe.] hæc prædicta .ſ. quia ſperaui in mīa inæternũ, & quia tribuiſti mihi bona innumerabilia. Quis enim poſsit numerare bona tam ſpũalia quàm temporalia quæ dñs nobis cõfert? [&] ideo [expectabo] cũ patientia [nomen tuũ] .i. rẽ noīs tui, quod eſt Ieſus, qui interpretatur ſaluator, q. d: Expectabo ſalutẽ tuã quã exercebis in iudicio, quia tunc ſaluabor. Et quare expectabo? [qm̃ bonũ] eſt nomen tuũ .i. dulce & ſuaue, ſed nõ niſi ijs qui corde guſtant: vnde addit [in cõſpectu] .i. in iudicio, & æſtimatione [ſanctorũ tuorũ] qui guſtant ſuauitatẽ bonitatis eius: Impijs verò terribile apparet & horrendum.

PSALMVS LII.

¶ In hoc pſalmo propheta agit de quolibet peccatore in malis ſuis obſtinato: qui licet deũ cõfiteatur verbis, factis tamẽ negat. Increpans ergo malos & improperãs ait:

DIxit inſipiens] .i. omnis qui malè agit [in corde ſuo] & apud ſe, & ſtudio deliberatę malitię [nõ eſt deus] ſic enim operatur quaſi cogitet deum nullũ eſſe. [Corrupti ſunt] oẽs tales, corruptiõe, & volũtatibus peccatorũ [& abominabiles facti ſunt] .i. odibiles deo, angelis ſanctis, & bonis hoībus [in iniqtatibus ſuis] .i. in merito iniquitatũ ſuarũ: adeò, vt [nõ eſt qui faciat bonũ] meritoriũ .ſ. è numero illorũ. Sed [Deus de cælo] .i. per ſanctas aīas in quibus habitat, [proſpexit ſuper filios hoīm] .i. admonuit eos, qui deberent eſſe filij hoīm ratione vtentiũ [vt videat] .i. videri faciat [ſi eſt intelligens] deũ, per fidẽ [aut requirẽs deum]

deum]per bonã operationẽ. Quales aũt inuenti fuerint,ſubditur:[Oẽs declinauerũt]à rectitudine iuſtitię [ſimul inutiles facti ſunt] ſibi, & alijs,& inidonei ad cõſequẽdã vitã æternã[nõ eſt q faciat bonũ,nõ eſt vſq; ad vnũ].i.nõ eſt vnicus nec quiſquã illorũ talis reperitur.Et ſequitur cõminatio malorũ per finẽ.]Nonne ſciẽt]in futuro dei,iuſtitiã[oẽs qui]nũc[operãtur]ptinaciter[iniqtatẽ]q.d:imò ſciẽt tũc per pœnę experiẽtiã,qui modo ſcire nolũt per cordis intelligentiã. Et [qui deuorãt plẽbẽ meã]occidẽdo,perſequẽdo,& bonis ſpoliãdo[vt cibũ panis].i.ſemper & aſsiduè.In cibis enim mãducãdis,nũc illũ,nunc iſtũ ſumimus,ſed panis quotidianus eſt.Et meritò hoc eis eueniet,quia [Deũ nõ inuocauerũt]per pęnitẽtiã. Et ideo[illic trepidauerũt timore vbi nõ fuit timor]habendus:qa mala præſentis vitæ timuerũt tantũ,nõ offenſam diuinã & mala æterna. Sed quare hoc? [Qm̃ diſsipauit deus] .i.diſsipari permiſit[oſſa].i.vires & potentias aĩæ,ſeu interiora bona[eorũ qui hoĩbus placent].i.placere in malo quærũt,& intendũt[confuſi ſunt].i. cõfundẽtur æterna cõfuſione, qa à regno dei ſeparabũtur[quoniã deus ſpreuit eos].i.ſpernet ejciẽs eos à cõſortio ſanctorũ,& id quidẽ iuſtè,quia ipſi prius ſpreuerunt deũ. Et ponitur pręteritũ pro futuro,ꝑpter rei certitudinẽ. Sed Iſrael ſaluabitur: vnde ſequitur,[Quis dabit ex Syon].i.è cælo,vbi eſt clara dei viſio,& ſpeculatio[ſalutare Iſrael].i. ſalutẽ, vel gratiã ſalutarẽ populo videnti deũ. Nonne ipſe dñs ſolus,quẽ dixerũt ſtulti nõ eſſe deũ?qa[cũ cõuerterit deus captiuitatẽ plebis ſuæ] transferẽdo eos ex præſenti Babylonia ad ſupernam Hieruſalẽ[exultabit Iacob]qui hic luctatus eſt cõtra vitia[& lætabitur Iſrael] qui hic deũ in ænigmate cõtẽplatus eſt.Per Iacob, intelligũtur actiui,qui verſantur in lucta.Per Iſrael,contẽplatiui,qui deum vident per contemplationem.

PSALMVS LIII.

Propheta in hoc pſalmo in perſona cuiuſlibet iuſti in tribulatione uel tẽtatione exiſtẽtis,clamat ad dñm petẽs liberari dicẽs:

Deus

DEus in nomine tuo].i.per inuocationẽ ſancti noĩs tui, quod eſt Ieſus ſiue ſaluator [ſaluũ me fac]hic à peccatis,& ab iniuſta pſecutione[& in virtute tua].i. in potentia tua [iudica me].i.diſcerne me à malis in præſenti,mente,& merito , & in futuro loco & pmio.[De⁹ exaudi orationẽ meã]eã ad effectũ perducendo,qua peto in noĩe tuo ſaluari, & in virtute tua iudicari[auribus]clemẽtię & pietatis[percipe verba oris mei].i.ipſam orationẽ habitam corde & prolatã ore:qa ex verbis,cor iudicatur.Ideo aũt oro.[Qm̃ alieni] à veritate & virtute.ſ. mali [inſurrexerunt aduerſum me]perſequẽdo[& fortes].ſ.dæmones & aduerſarĳ potentes [quæſierũt aĩam meã] ad perdendũ, [& non propoſuerũt deũ ante conſpectũ ſuũ]quia timore dei poſtpoſito, quæſierũt me perdere. Sed propter iſtud nõ timeo,vel deſpero.[Ecce enĩ de⁹ adiuuat me]ad bene operandũ, vel tẽpore neceſsitatis[et dñs ſuſceptor eſt aĩæ meæ]ſuſtinẽs illã,nũc, ne labatur in facinus,et poſtea ad gaudia æterna pducẽs.Deinde loquens ad deũ,orãdo ſubiũgit:[Auerte mala inimicis meis].i.auerte à me mala quę ab inimicis cõtra me cogitata ſunt:& fac redũdare in illorũ capita]et in veritate tua].i.iuſto iudicio tuo[diſperde illos]ſic vt non poſsint perficere quod moliũtur cõtra me,ſicut veraciter pmiſiſti,nẽpe innocẽtes te cõſeruaturũ.Et ne pro tãtis beneficĳs pmiſsis,ingratus inueniar.[Volũtariè] nõ coactè.Nõ enĩ placent deo coacta ſeruitia, vt dicit Auguſt.[ſacrificabo tibi]ſacrificiũ purę mentis,et boni operis tibi offerẽdo [et cõfitebor tibi]confeſsione laudis[nomini tuo dñe]in quo ſperaui ſemper,et ſaluatus ſum:vel,[cõ.no.t.dñe].i. laudabo nomẽ tuũ,et cuncta quæ ago ad laudẽ et gloriã noĩs tui faciã[qm̃ bonũ eſt].i.nõ ob aliã rẽ q̃ qd nihil melius illo nomine inueniã.Cauſa cõfeſsionis debet eſſe ipſa bonitas noĩs.i.rei nominis,et ſola bonitas dei. Et hoc eſt voluntariè et gratis cõfiteri. Ideo etiã cõfitebor nomini tuo.[Qm̃ ex omni tribulatione eripuiſti me]vt nulla

tribula-

tribulatio me ſuperior eſſet, ſicut [& ſuper inimicos meos] exultãtes [deſpexit].i. deorſum & inferius aſpexit [oculus meus] ſurſum tẽdẽs, & altitudine cordis ad te perueniẽs. Mẽte raptus ad deũ, videt quòd oĩs vanitas eſt vt fœnũ, & qui cõfidit in dei bonitate, nihil facit inimicorum inſidias.

PSALMVS LIIII.

Hic pſalmus poteſt exponi, ut ſit oratio iuſti in tribulatione exiſtẽtis, & ad deũ pro ſua liberatione cõfugientis, in cuius perſona dicit propheta:

EXaudi de⁹ orationẽ meã] ꝑ bonis aſſequẽdis [& ne deſpexeris dẽp̃cationẽ meã] ꝑ malis euitãdis [intende mihi & exaudi me] Inculcat verba, vt affectũ inſignẽ manifeſtet. Tunc dñs intẽdit & exaudit me, quãdo id q̃d ego poſtulo, ad vtilitatẽ aĩæ meæ tribuit. Et hoc ideo oro, q̃a [Cõtriſtatus ſum].i. ſimul aĩa & corpore triſtat⁹: vel, [Cõ. ſum] ſenſualitate & ratiõe [in exercitatione mea].i. in pœnis & tribulationibus ꝑ quas mali me exercẽt [& cõturbat⁹ ſum].i. ſimul turbat⁹ corpore & aĩa [à voce inimici] mihi inſultãtis [& à tribulatione peccatoris] flagella inferẽtis. Ideo autẽ turbatus ſum. [Qm̃] ipſi inimici [declinauerũt].i. intorſerũt [in me] ꝑ detractionẽ & oblocutionẽ [iniquitates] quibus abũdabãt: q̃a mala ſua mihi imponebãt, [&] pro q̃a [in ira].i. ꝓpter irã ſuã, nõ ob iuſtã cauſam [moleſti erãt mihi] moleſtias inferẽtes, quaſi q̃d fecerĩ ſine ratione. Et ꝑ hoc [Cor meũ conturbatũ eſt in me] ꝓpter prędicta mala [& formido].i. metus [mortis].ſ. corporalis vel ſpiritualis, puta odij fraterni, quod eſt mors aĩæ ſicut vita, eſt dilectio: [cecidit ſuꝑ me] q̃a timebã fraternũ odiũ incurrere eos corripiẽdo. Et inde [Timor] animi interioris [& tremor] corporis foris prouenientis ex timore cordis [venerũt ſuꝑ me] & me opprimũt. Proprietas enĩ mortis, eſt vt eã pri⁹ timeamus, inde cõtremiſcamus [& cõtexerunt].i. circundederunt & oppreſſerunt [me tenebræ,] id eſt, mali homines, qui Emphaticè dicuntur tenebræ, maximè propter fraternũ odium: quia, Qui odit fratrem ſuum

ſuũ in tene.eſt.[Et dixi]in iſta exercitatiõe & infirmitate poſitus,in corde meditãdo,& in oratione optãdo [qs dabit mihi pẽnas]virtutũ,& motionẽ,cõuertẽdo deſideria ad bonũ [ſicut colũbæ] quæ ſimplex eſt,& felle caret[&]eis habitis,ac mẽte relictis terrenis[volabo]p cæleſtiũ cõtẽplationẽ,à tribulationib⁹,& ſtrepitu,mũdi in ſolitudinẽ [& requieſcã]ibi in cõtẽplatiõe & amore Dei mei. Et nõ fruſtrabor oratione mea. Nã [Ecce]habitis pẽnis[elongaui] me[fugiẽs]à terrenorũ deſideriorũ, ac carnaliũ cogitationũ tumultib⁹[&] ſic elongatus[mãſi in ſolitudine] ſaltem mẽtis:quiete mẽtis impenſius delectatus. Solitudo mẽtis ab amore mũdi & inquietatione vitiorũ,quę ſemp etiã ſine ſolitudine corporis,vtilis eſt. Et vt hoc mihi cõtingeret, [Expectabã]patiẽter[eũ] .ſ. dñm.i.nõ cõfidebã in viribus meis,ſed cõfidebã in dño [qui ſaluũ me fecit] & ſaluabit[à puſillanimitate ſpũs] .i. ab inordinato timore,qui puſillanimitas vocatur, ne cederẽ malis,& ſuccũberẽ in perturbationibus[& tẽpeſtate].i.ab omni cõmotione, ne iraſcerer impetuosè. Illos autẽ qui ſe malè extulerũt,[Præcipita]ò[dñe]à turre ſuperbię, & à ſtatu dignitatis & honoris:&[diuide lĩguas eorũ] ne cõcordes facti, aliqd cõtra me machinẽtur [qm̃ vidi iniquitatẽ]in actu[& cõtradictionem] in verbis[in ciuitate].i.in ſocietate & conuentu prauorũ, nomini chriſtiano,& veritati cõtradicentiũ. Et hæc iniquitas non eſt momẽtanea: ſed[Die ac nocte] .i. aſsiduè[circũdabit eã].ſ.cõgregationẽ malorũ [ſup muros eius] .ſ.prælatos & principes,qui deberẽt alios munire cõtra inimicos veritatis[iniquitas.] Quicũq; enim aliũ fouet,& defendit in peccato,mur⁹ eſt ciuitatis iniquę, [& labor] in oppreſsionibus,eſt[in medio eius] .i.in cõmuni plebe[& iniuſtitia]in iudicijs exercẽdis.[Et nõ defecit de plateis eius] ſed publicè fiũt [vſura] qa plus exigũt ſi quid iniuriæ illatũ ſit,quã acceperũt & dederũt[& dolus]qa alios decipiũt.Conſequenter agit de inimicis occultis,qui ſunt falſi fratres, d: [Quoniã ſi inimi-

inimicus meus]aliquis apertus,& manifeſt⁹ [maledixiſſet mihi]iniurias & opprobria inferendo [ſuſtinuiſſem vtiq;].i.patientius toleraſſem:qa iacula prius prçuiſa,minus lędere putãtur.[Et ſi is qui oderat me] manifeſtè & apertè[ſuper me].i.aduerſum me[magna locutus fuiſſet].i.ſuperbè mihi inſultaſſet, & minaretur quicquid poſſet [abſcõdiſſem me forſitã ab eo] cedens importunis verbis illius vt nõ erũpendum mihi fuiſſet in cõtentioné.[Tu verò homo vnanimis]olim & vnius mecũ volũtatis[dux meus] qui aliquãdo bene monuiſti,& bonũ cõſiliũ dediſti[& notus meus,qa ĩ eadé eccleſia mecũ fuiſti.[Qui ſimul mecũ]cõuerſans cũ alijs[dulces capiebas cibos] tam ſpirituales q̃ corporales [in domo dei].i.in eccleſia[ambulauimus cũ conſenſu]corporalis cõuerſationis.Sed quia tales falſi fratres pœnã æternã non euadent,mutãdo perſonã, ſubiungit:[Veniat mors ſuper illos] qui tales ſunt.i. digni ſunt qui moriãtur morte æterna [& deſcendant in infernũ viuentes] .i. tã grauiter puniãtur,ac ſi viui cremarẽtur.Et meritò hoc eis adueniret, [Qm̃ nequitię]ſunt[in tabernaculis eorũ].i.in corporibus eorũ, ĩ qbus illæ peregrinãtur & militãt.Et[in medio eorũ] .i.in corde,q.d:Nequitias quas ipſi perpetrant,ex aĩo faciũt, & tã opere q̃ cogitatione, nequitia pleni ſunt. Itaq; illi qui tales ſunt,pereũt.[Ego autẽ]dicit iuſtus inter prædictas tribulationes, ęſtuãs[ad deũ clamaui] tanquã ad ſaluatoré meũ.Dñs nõ audit ſuſurrantes[& dñs ſaluabit me]ſuo auxilio liberans me à peccato,& ab inferno . Et quia ſaluabit, iam ego vt nõ ingratus [Veſpere & mane & meridie,]q.d: tota die: vel ſic, [Veſp.].i.in ſenectute[& ma.].i.in pueritia [& meri.] .i. in iuuẽtute,q.d:Per oẽs dies vitæ meæ{narrabo & annũciabo]diuina beneficia mihi collata,[& exaudiet vocé meã]poſthàc in futuro,ſicut fecit antehàc in p̃terito.Et verè exaudiet vocé meã,qa[Redimet in pace] quia amaui pacé[aĩam meã]à vitijs ad virtutes,ſiue ex hoc mũdo,trãsferédo ad patriã.Ipſe enim eſt pax vera,In

ra.In primo aduẽtu redemit animã à culpa,& dedit ei pacẽ recõciliationis. In ſecũdo, redimet eam à pœna, & dabit ei pacẽ æternitatis[ab his qui appropinquant mihi]ad nocendũ [quoniã inter multos erant mecũ] multa quidẽ palea,ſed pauca grana:multi ſunt vocati, pauci verò electi.[Exaudiet deus]me,& humiles exaltando in æternitate[& humiliabit illos].ſ.ſuperbos, ſe exaltãtes, deijciendo in infernũ.Ille[qui eſt ante ſęcula].i. æternus,& qui poteſt oĩa.Et meritò humiliabit,[Non enim eſt illis cõmutatio]à malo in bonũ.i. quia ſunt incorrigibiles & obſtinati, nec poſſunt cõmutari[et nõ timuerunt deũ] et ideo non declinauerũt à malo in bonũ.Nõ timere deũ, mortis initiũ eſt. Et quia hæc iniuſtè ab illis fiunt, ſubſequitur pœna: ideo enim[extẽdit manũ ſuã]à ſimili,ferire volẽtis.Et hoc[in retribuẽdo]vindictã, ſecũdũ eorũ meritũ. Hoc eſt,vt retribuat eis pœnã debitã peccato, quod fiet in iudicio. Nec ſatis fuit eis non timere, nec commutari,ſed etiã[Cõtaminauerunt teſtamentũ eius].i.Dei legem malè viuẽdo,et ſcripturas eius malè interpretando:ideò[diuiſi ſunt]à bonis,meritò in præſenti,et diuidentur numero et loco,in futuro, vt nõ habeãt cũ bonis partẽ in teſtamento pacis.Et hoc[ab ira vultus eius].i.ab ipſo irato,q̧ diuiſit eos,et diuidẽtur in futuro,vt paleæ à granis. Nõ ſic aũt diuidũtur boni à deo: vnde addit[et appropinquabit cor illi⁹].i.ſecreta voluntas eius.ſ.dei,ad bonos appropinquabit. Cognitio aũt volũtatis dei,appropinquat ad hoĩem p expoſitionẽ ſacrę ſcripturę:vnde ſeqtur. [Molliti ſunt].i.intelligibiles facti[ſermones eius].ſ. Dei,prius obſcuri, et ideo duri ad intelligẽdũ [ſup oleũ] qa ſicut oleũ fouet carnẽ,ſic ſuauitas ſermonũ dei,fouet aĩam[et] tamen [ipſi ſunt iacula]qa tanq̃ ſagittę corda hoĩm trãsfigũt et feriũt,et ad dei timorẽ et amorẽ inducũt,dũ in pectora audiẽtiũ dirigũtur: vel de adulatore exponi poteſt,[Molliti ſ.ſer.eius].ſ.adulatoris[ſup ol.] qa molliũt ſermones adulãdo[et ipſi ſ.ia.] qa parãt decipere

talibus

talibus ſermõibus blãdis. Deinde ſunt verba ꝓphetæ cõſolãtis iuſtũ, d: [Iacta ſuper dñm curã tuã].i. oĩa ab ipſo expecta, & nec à te vel ab alio pẽdeas [& ipſe te enutriet] ſacrę ſcripturę verbo, & Euchariſtię ſacramẽto, vel enutriet in fide & moribus, doctrina, & virtutibus: qa [nõ dabit in ęternũ] licet ad tẽp⁹ [fluctuationẽ] & cõcuſsionẽ [iuſto] qua hoĩes mũdani in auaritia & alia vitia ꝓſcrũtur, qa etſi ad tẽpus fluctuet & tẽtetur, tamẽ poſt tẽtationẽ fluctuũ: portũ qetis in ęternũ dñs illi ꝑparabit, & in ęterna requie eũ refouebit. Et ſubiũgit qd impijs venturũ ſit. [Tu verò deus] qui ſanctos enutris [deduces eos].ſ. impios [in puteũ interit⁹].i. in tenebras ſubmerſiõis, & puteũ gehẽnę ęternæ. Et verè deduces, qa [Viri ſanguinũ].i. ꝑſecutores innocẽtũ & ſanguinis effuſores [& doloſi] q ꝑ fraudẽ decipiũt aĩas, [nõ dimidiabũt dies ſuos].ſ. volũtarios nõ à deo cõſtitutos.i. nõ viuẽt in multos dies, quẽadmodũ ipſi ſperãt, ſed ad paucos dies: vel, [dimi.d. ſuos] vt ſi quoſdã malè tranſegerũt, reliquos curẽt rectè traducẽdos. Et hoc nõ de oĩbus intelligendũ eſt, ſed de illis tantũ, qui nõ timuerũt deũ. Illi ad eũ modũ [ego aũt ſperabo in te dñe].i. non in mundo, non in hoĩe, vt illi, ſed in te, ſpem meã conſtituam, & ideo ad æternũ perueniam.

PSALMVS LV.

In hoc pſalmo propheta in pſona eccleſiæ uel uiri iuſti, preßi a peccatoribus ſicut vua in torculari, clamat ad dñm, dicens:

MIſerere mei de⁹] dãdo patiẽtiã & auxiliũ, ꝑpter ꝑſecutionẽ malorũ auertẽdã, ne deficiã in tribulatione. Et quidẽ indigeo [qm̃ conculcauit me].i. ex vno vicio in aliud ꝓcipitauit [homo] inimicus.ſ. proximus & etiam diabolus, [tota die].i. omni tẽpore & aſsiduè [ĩpugnãs] proxim⁹ viſibiliter, & diabolus inuiſibiliter [tribulauit me] ſuis impugnationibus. Et repetit aptius [Cõculcauerũt me] quaſi pedib⁹ vuã [inimici mei] mũdus ꝑ tribulationes: diabol⁹, ꝑ tẽtatiões: caro, ꝑ miſerias & infirmitates [tota die].i. toto tẽpore vitæ meæ. Et neceſſe eſt vt miſerearis [qm̃

multi

multi bellantes]ſteterũt[aduerſum me].ſ.dęmones & mali hoĩes,& caro aduerſus ſpũm rèpugnans:quę tria cõtinuè cõtra nos pugnãt. Sed nũquid [Ab altitudine diei].i.à ſuperbia tẽporali & potẽtia eis ad horã data timebo?]q.d:Non,ſed potius ſpem meã in te conſtituã:vnde ſubditur[ego verò in te ſperabo] nulli verò in te ſperãti timẽdũ eſt ſeruiliter: vel,[Ab al.die.].i.à die iudicij,quæ eſt alta dies,in qua oẽs cõgregabũtur vt audiãt ſententiã[timebo]Soph 1.vox dei mala,tribulabitur ibi fortis.[In deo laudabo ſermones meos] atttibuẽs ei,nẽpe fonti totius ſapiẽtiæ[in deo]& eius protectione[ſperaui]& ſpẽ meã poſui:ideo [nõ timebo quid faciat mihi caro].i.homo carnalis & fragilis. Quid enĩ caro facit?[Tota die].i. cõtinuè[verba mea] bona,& ad bonũ impellentia[execrabãtur].i.abominabãtur tanq̃ mala.Et[aduerſum me] ſunt [oẽs cogitatiões eorũ]exeũtes[in malũ]meũ.ſ. culpę & pœnæ. Reprobi enim quicquid cogitant aduerſus iuſtos,malũ eſt,vt nimirũ poſsint eos decipere, & ſermões eorũ euertere.[Inhabitabũt]etiã quidã mecũ in vna domo, [& abſcõdent]laqueos,& dolos malitiæ ſuæ[ipſi calcaneũ meũ].i.finẽ actionis,vel vitæ[obſeruabũt]maximè ipſi dæmones,vt in fine cogitata valeant adimplere,Geneſ.3.Tu inſid.cal.eius. Et iſta in me moliti ſunt [Sicut].i. quia [ſuſtinuerũt aĩam meã].i.expectauerunt eam vt perdant ſine cauſa. Sed [pro nihilo ſaluos facies illos].i. cũ nihil boni fecerint, q.d:Nõ decet iuſtitiã tuã,quæ nõ permittit dedecus culpæ, ſine decore iuſtitiæ:ideo ſequitur[in ira populos].i.malos impœnitentes[confringes] tanquã vas figuli. Et ego ad eruditionẽ eorũ,& vtilitatem meã,& gloriã tuam. [Deus vitã meã annũciaui tibi]bonã,& malã,vitã bonam tibi aſcribẽdo,& gratias agendo: malã aũt quam perpetratus ſum cõfitendo. Et tu [poſuiſti lachrymas meas]cõtritionis & deuotionis: quia lachrymæ pondera vocis habẽt.Et intelligendũ eſt de lachrymis,quę fiũt pro peccatis,nõ de illis quæ fiũt pro tẽporalibus

[in

[in cõſpectu tuo].i.acceptas habuiſti,& me exaudiſti. Poſuiſti,dico[Sicut in promiſsione tua] erat.i. Sicut promiſiſti per Ezechielẽ. Si impius egerit pœnitentiã etc. Et[tũc cõuertẽtur inimici mei retrorſũ].ſ.dæmones,& mali hoĩes, q cõfundũtur[quãdo p̃ces bonorũ exaudiũtur. Et[In quacunq; die] ſiue pueritiæ,ſiue iuuẽtutis,ſiue ſenectutis[inuocauero te].i. intus,in corde cõtrito & humiliato vocauero [ecce cognoui] per experientiã,& manifeſtè intellexi [q̃m deus meus es] .i.oſtẽdis te eſſe deũ meũ me audiẽdo,& me in aduerſis protegendo. Et ideo: [In deo laudabo verbũ].i.ad honorẽ dei eius doctrinã commendabo,quæ inducit hominem ad inuocandũ [in dño laudabo ſermonẽ].i. quicquid loquar,ei attribuã. Et ſi quid vrgeat[in deo ſperaui]mũdana cõtẽnendo:& ideo [nõ timebo quid faciat mihi homo] terrenis inhians, quia ſi abſtulerit tẽporalia,habeo tamen quæ deo offerã, nempe ſpiritualia. Quia[In me ſunt]ô [deus vota tua]à te data,& tibi reddẽda,qa tu ea dediſti mihi, & ego ꝓ beneficijs mihi impẽſis,debeo illa ipſa tibi[quę]vota[reddã laudatiões tibi].i.ad laudẽ noĩs tui,qa hęc vota ſunt laudationes & gratiarũ actiones deo reddẽdę,& hic & in ęterna beatitudine.Ideo aũt laudabo hic,[Q̃m eripuiſti aĩam meã de morte]culpæ & gehẽnę,qa p ſe mortua erat,& p te viuit[& pedes].i.affectus[meos de lapſu].i. à ꝓnitate cadẽdi in peccatũ[vt placeã]hic[corã deo].i.ĩ cõſpectu dñi[in lumine viuẽtiũ].i.in lumine fidei & gratiæ qua viuitur:vel,ideo laudabo in futuro.[Q̃m eri.].i.eripies[an.m.de mo.]æterna[& p.m. de la.].i.ne cadãt cũ periculo: qa ibi nullo modo mouebitur ad malũ meus affect⁹[vt pl.] pfectè[corã deo] & in p̃ſentia ei⁹[in lumine viuẽtiũ]ęternaliter.ſ.in lumine ſpeciei & glorię,q̃d eſt lumẽ ſctõrũ. PSAL. LVI.

In hoc pſalmo propheta in perſona eccleſiæ uel fidelis in afflictione poſiti orat ad dominum, dicens:

MIſerere mei deus] vt aſſequar in præſenti tuã gratiã[miſerere mei] vt præmiũ accipiã,& in

M futuro

futuro cõferẽdo gloriã[qm̃ in te] & in tua mĩa, nõ in ſuis viribus[confidit aĩa mea]& propriũ eſt tibi præſtare gratiã,& mĩam illis qui collocant in te fiduciã. [Et in vmbra alarũ tuarũ].i.ſub munimento tuę miſericordiæ & potentiæ[ſperabo].ſ. protegi à te:quia his alis,protegis ab æſtu perſecutionũ & vitiorũ,ſperãtes in te[donec tranſeat iniquitas]& inſultatio inimicorũ.i.vſq; in finẽ vitæ vel mundi: qa tantiſper dũ cõſiſtet mũdus,durabit iniqtas. Et interim in tribulatione cõſtitutus,[Clamabo]corde & ore intẽtè orãdo [ad deũ altiſsimũ]& p cõſequẽs,potẽtiſsimũ,q me ſeruare poſsit[deũ]dico[qui bene fecit mihi]tũ maximè cũ excellẽtiſsimũ incarnatiõis arcanũ ſua gratia humano generi cõtulit: de quo ſeqtur,[Miſit]pater. Nõ dicit qd miſerit, ſed quaſi oĩbus notũ ſit reticet: qa filiũ ſuũ miſit[de cęlo].i.de excelſo ſecreto ſuo [&] ob illã rẽ[liberauit me]à periculis[dedit in opprobriũ cõculcãtes me].ſ.malignos ſpũs,& malos hoĩes.[Miſit de⁹] pater[mĩam ſuã & veritatẽ ſuã].i.Chriſtũ filiũ ſuũ,per quẽ miſericorditer egit,& ,pmiſsiões impleuit: Chriſtus,eſt dei mĩa nobis cõpatiẽs,qa pc̃tã dimittit:Chriſtus,eſt veritas nobis retribuẽs,qa implet q̃d promiſit [& eripuit aĩam meã de medio catulorũ leonũ].i.inimicorũ ferociũ:qa de pc̃tõ, de poteſtate diaboli,& de inferno.[dormiui].i.qeui in Chriſto,[cõturbat⁹]ſum in mũdo,Ioh.16.In mũdo preſ.ha.in me pa. quã cõturbationẽ & preſſurã denotãs, ait: [Filij hoĩm].i. hoſtes mei q ſunt filij hoĩm,q.d:[Leones pdicti,& catuli nõ ſunt bruta aĩalia natura,ſed filij hoĩm. Et[dẽtes eorũ] .i.corroſiones & mordẽtes locutiões ipſorũ ſunt [arma & ſagittæ]qa eis verbis tanq̃ armis & ſagittis,nũc à fronte,nũc à tergo,modò manifeſtè, modò occultè vulnerare moliti ſunt [& lingua eorũ]eſt [gladi⁹ acutus]quæ velociter & citò necat. Et qa tot malis preſſus,in te dormiui ac refrigeriũ inueni, laudare te debeo,propterea dico, [Exaltare].i.exalteris[ſuper cęlos deus].i.laus tua exaltetur & tranſcendat cælos,&

ſpiritus

ſpiritus cæleſtes, & vbiq; manifeſtetur gloria tua[& in oẽm terrã gloria tua]ſupple magnificetur & manifeſtetur à cũctis hoĩbus deuotis: qa[Laqueũ]ſupbię & cęterorũ vitiorũ[parauerũt]filij hoĩm,&maligni ſpũs [pedibus meis].i.deceptionẽ actionib⁹ meis ptẽderũt [& incuruauerũt aĩam meã].i.incuruare & flectere conati ſunt à rectitudine veritatis & iuſtitiæ. Aĩa enim incuruatur cũ à bono ad malũ reflectitur.[Foderunt ante faciẽ meã foueã]quęrentes me decipere & pdere, [&]ipſi [inciderũt in eã] quia cũ quis peccat prius in ſeipſum q̃ in alterũ delinquit. Sed quicqd illi moliãtur,[Paratũ] eſt[cor meũ deus]amore tui oĩa libenti aĩo ſuſtinere [paratũ]eſt[cor meũ]ad te laudãdũ & tibi gratias agendũ. Et tibi [cãtabo & pſalmũ dicã].i. verbis gratias agã,& operibus.[Exurge gloria mea] .i.in me laus diuina excitetur propter beneficia mihi diuinitus exhibita [exurge pſalterium & cythara] .i. laus de excellentibus dei factis & inferioribus [exurgã].i.promptè & obſequẽti aĩq.Et ſic [Cõfitebor tibi dñe]confeſsione laudis.i.ad honorẽ tuũ, laudabo te [in populis] corã oĩbus[& pſalmũ dicã tibi in gentibus].i. laudẽ & bonã operationẽ prædicabo. Et meritò cõfitebor tibi & pſallã. [Qm̃ magnificata eſt vſq; ad cælos mĩa tua] .i.vſq; ad angelos & cæleſtes alias virtutes,miſericorditer peccatores pœnitẽtes ad eorũ conſortiũ admittis [& vſq; ad nubes] .i. homines prædicatores veritatis: ex quibus deus tonat præceptis,choruſcat miraculis,pluit doctrinis[veritas tua] venit: quia cognitio veritatis quæ apparet in angelis,deſcendit etiam ad homines.Pro tanta ergo beneuolentia & vtilitate,repetit pſalmiſta verſum quẽ dicit: [Exaltare ſuper cælos deus, & ſuper omnem terram gloria tua.]Expone vt ſupra.

PSALMVS LVII.

¶ *In hoc pſalmo propheta agit de malitia iniquorum iuſtos perſequentium, in perſona eccleſiæ omnibus ſic loquens:*

DEus] pater [miſereatur noſtri] prius culpã tollẽdo, & peccata dimittẽdo [&] poſtea [benedicat nobis] gratiã cõferẽdo, & bona augẽdo [illuminet vultũ ſuũ ſup nos]. i. manifeſtet filiũ ſuũ nobis, dũ illũ incarnatũ mittet: q dicitur vultus & imago patris. Per filiũ enim, repreſentatur pater, ſicut ipſe ait: Qui videt me, videt & patrẽ [& miſereatur noſtri] dona ſua in nobis cõſeruando. Repetit quod promiſerat: quia queẽadmodũ illuminatio ſine dei mĩa nõ poteſt haberi, ita & ſi habeas, nõ poteſt tamẽ ſine mĩa conſeruari. Et cõuertit ſe ad deũ, dicẽs: Iſta peto ob eã rẽ, [Vt cognoſcamus in terra]. i. in hac vita [viã tuã]. ſ. filiũ tuũ, Chriſtũ, cuius beneficio puenitur ad te. A qua via, nemo aberrare poteſt, niſi q ab eis regulis, deuiare præſumit. Et [in oĩbus gẽtibus] vbiuis terrarum cõſtitutis [ſalutare tuũ]. ſ. filiũ quo ſaluemur, & q eſt ſalus oĩm. Nec nimirũ ſi viã, qua ad deũ veniam⁹, petere debeamus. Tot enim & tã diuerſæ viæ ſunt in terra, & latæ & ſtrictæ, tot veſtigia luporũ, hæreticorũ, vſurariorũ, carnaliũ, & ambitioſorũ, quas multi terunt, quia vix inuenitur in terra ab aliquo arcta via dñi, quæ ducit ad cęlũ. Et quia iam cognouerũt, ideo pro directione [Cõfiteãtur tibi populi deus] peccata ſua, accuſando ſe de eis. Et peccatis ſuis deletis [cõfiteãtur tibi] cõfeſſione laudis: & merita ſua tibi aſcribant [populi oẽs] quia ad gratiã inuitãtur oẽs. Nec tantũ cõfiteãtur: ſed & [Lætẽtur] aĩo interius gaudẽte [et exultẽt] corpore, exterius hilares ſe oſtẽdẽtes: qa ſaluãtur in vtroq; [gẽtes] nõ tantũ Iudęi. Et ſubdit cauſam, [qm̃ iudicas populos in æquitate] vocãdo ad fidẽ, ſe præparantes ad opera iuſta exercẽda, ſine perſonarũ acceptione: vel, [iudi.]. i. iudicabis in futuro [pop. in æqui.] reddẽdo

ſingulis

ſingulis ſecũdũ merita ſua [& gẽtes in terra] .i.nũc in pſenti vita [dirigis] vt rectè viuẽdo ambulẽt, & ad ęternã ſalutẽ ptingant, & hoc exẽplo vitę, verbo doctrinę, & auxilio gratię. [Cõfiteãtur tibi populi deus, cõfiteantur tibi populi oẽs] & beneficiũ ſuæ ſalutis à te recognoſcãt. Repetit eũdẽ verſũ cũ exhortatiõe, ſed aliã cauſam ſubdit, d: qa [terra] .i. Maria virgo beata, quę ad ſimilitudinẽ terræ, eſt humilis, fertilis & firma [dedit fructũ ſuũ] .i. genuit & ptulit filiũ .ſ. Chriſtũ, in quo eſt benedictio oĩm gẽtiũ. Dedit inqt nõ reddidit: alię terrę reddũt fructũ, & nõ dat propriè, qa ſemẽ recipiũt: ſed beata virgo, ſemẽ nõ recepit: ideo rectè dicitur dediſſe fructũ, nõ reddidiſſe. Et totũ fructũ ſuũ, qa nõ ex cõmixtione ſeminis natũ, ſed tãtũ ex carne virginis formatũ virtute ſpũs ſ. Et in hoc fructu & ſemine [Benedicat] et [nos] cõferẽdo gratiã in pſenti, & gloriã in futuro [deus] pater [deus noſter] .ſ. filius. Adijcit noſter: qa ſe nobis carnẽ aſſumẽdo dedit [benedicat nos de⁹] ſpiritus ſ. Quod ter dicat deus, notatur trinitas perſonarũ. Per hoc q̃d ſingulariter dicat eũ, & non eos, notatur vnitas ſubſtãtiæ: vnde ſeqtur, [& metuant eũ] .ſ. deũ timore filiali, q ſtat cũ charitate [oẽs fines terrę] .i. oẽs hoĩes inhabitãtes in oĩbus finibus terrę: vel ſic anagogicè de futuro. [Deus miſereatur noſtri] liberans nos ab omni miſeria & pœna [& bene. nobis] dãs nobis oẽm fœlicitatẽ [illuminet vul. ſu. ſuper nos] dans aĩæ plenã cognitionẽ, & corpori ſolis claritatẽ [& mi. noſtri] iterũ corpora ſuſcitando, vel ſupra meritũ remunerando.

PSALMVS LXVII.

In hoc pſalmo propheta agit de incarnationis Chriſti myſterijs. Et primo propheta, precans Chriſtum per reſurrectionem exaltari, dicit:

EXurgat] .i. reſurgat [deus] .ſ. Chriſtus à morte [& diſsipentur inimici eius] .i. Iudęi, qui in vindictã mortis Chriſti per Romanos partim trucidati, partim in captiuitatem abducti [& fugiant qui oderũt eũ à facie eius] .i. à præſentia eius. Ipſi nõ habent

bent propriã ſedẽ,& ſunt quaſi fugitiui. Et meritò,qa fratrẽ ſuũ.ſ.Chriſtũ interfecerũt,ſicut Cain Abel: vel, [et fugi.] in futuro [qui ode.eũ].ſ. pertinaces in malo [à facie eius] tanq̃ aſpcctu ei⁹ indigni, iuxta illud: Tollatur impius ne vid.regnũ,d: [Sicut deficit fumus] qui quanto altius aſcẽdit,tanto amplius euaneſcit: ſic [deficiant] modo Iudęi à poteſtate & gloria. Et [ſicut fluit cera à facie ignis] à quo diſſoluitur & conſumitur [ſic pereãt peccatores à facie dei] in futuro. In iudicio enĩ tollentur mali à facie dei, cũ ſcilicet ignis exardeſcet, ad pœnã qdẽ impiorũ, & ad lumẽ iuſtorũ. [Et] ecõtra [iuſti epulẽtur].i. reficiãtur ipſo.ſ.deo hic et in futuro guſtando dulcedinẽ diuinę bonitatis [& exultẽt in cõſpectu dei] modo per ſerenitatẽ cõſciẽtiæ, & in futuro exultabũt de viſione: qa ipſum facie ad faciẽ videbũt, [& delectentur] hic [in lętitia] de beatitudine promiſſa, & in futuro de beatitudine iam adepta: vel ſic, [Et iuſti epu.] in ſumptione Euchariſtiæ [et exul. in conſ. dei].i. in cõſcientia, quã deus inſpicit: vel, [exul. in cõ. dei].i. cantẽt et iubilent in eccleſia [et del. in lętitia] vt non tantũ ſit exultatio in corpore exterius, ſed intus deuotio & lętitia in mente. Deinde ſe ad ipſos cõuertit quibus tantã ſpẽ dederat, ac hortatur eos, d: [Cãtate deo] per mẽtis deuotionẽ ei vitã veſtrã referẽtes acceptã [pſalmũ dicite nomini eius].i. bene operamini ad honorẽ noĩs eius. Et etiã [iter facite ei] ad intrãdũ p gratiã ſuã in vobis, corda veſtra ei præparãdo, et pura exhibẽdo [q aſcẽdit] reſurgẽdo [ſup occaſum].i.ſup mortẽ. Greg. Sup occaſum deus aſcẽdit, qa mortẽ quã ptulit, reſurgendo calcauit [dñs] eſt [nomẽ illi] abſolutè, qa præeſt oĩ creaturæ. Et ſi cũ facitis iter, occurrũt triſtia. [Exultate in cõſpectu eius].i. in cõſcientia quã deus videt: & in cõſideratione prẽmij futuri, quæ erũnas mitigat [Quia q vos modo cõturbãt [turbabũtur] in iudicio [à facie eius].ſ.Chriſti [patris orphanorũ et iudicis viduarũ] cũ eis dicet: Ite maledi. in ig. æt. etc. Ipſe enĩ vt iuſt⁹ iudex, turbat impios, et vt pius pater defen-

defendit & colligit viduas & orphanos:qb⁹ mortuus eſt maritus mũdus, & pater diabolus, ac mater cõcupiſcentia. Ex his orphanis & viduis, dñs ſibi tẽplũ fabricat: de q̃bus cõſequẽter dicit: [De⁹] eſt [in loco ſancto ſuo] .i. in eccleſia militãte, & in aĩa fideli ꝑ gratiã [deus] dico [qui inhabitare facit] & ſimul colligit plures hoĩes [vnius moris] .i. vnanimes ſecundũ fidẽ & charitatẽ [in domo] .i. in vna eccleſia. Et q̃a deus ſola ſua gratia hanc domũ ædificat: ſubditur, [Qui educit] per cõfeſsionẽ ex fouea culpę in ſtatũ gratię [vinctos] à diabolo et peccatis. Et hoc [in fortitudine] ſua: qua fortes fiunt qui eadem prius carebãt [ſimiliter] educit ex peccatis [eos qui exaſperãt] .i. ad irã prouocant .ſ. deũ, ſuperbè ſe excuſando & gloriando. Eos etiã educit [qui habitãt in ſepulchris] .i. in fœda conſuetudine peccãdi, tanq̃ ſepulti in peccatis: vel,] Qui educit vin. in fortit.] .i. aĩas ex lymbo per ſuã mortẽ. Verè ergo dñe educes, nã & hoc præfiguratũ eſt: quia ô [Deus cũ egrederis in cõſpectu populi tui] exeũtis de Ægypto, præcedendo .ſ. per diẽ in colũna nubis, & per noctẽ in colũna ignis [cũ pertrãſires in deſerto] deducẽdo populũ tuũ vſq; ad mõtẽ Synai. [Terra mota eſt,] Moueri enim & timere videbatur mons Syna deo deſcẽdẽte in eũ [etenim cęli diſtillauerũt] pluuiã vel manna, quę in modũ ſtillicidij deſcẽdit [à facie] .i. à præſentia [dei Synai] .i. dei habitantis in mõte [à facie dei Iſrael] .i. dei, cuius erat populus Iſrael. Spiritualiter ſic intelliges, [Deus cũ egre.] de ſinu patris [in cõſpectu po. tui] .i. vt te viſibilẽ in carne hoĩbus oſtenderes. Et [cũ pertranſ. in deſ.] ad gẽtes cõuertẽdas, quę deſertę erãt, nec deũ cognoſcebant .ſ. per prædicationẽ apoſtolorum. [Terra mota eſt] .i. terreni hoĩes ad fidẽ & pœnitẽtiã excitati ſunt [etenim] .i. q̃a [cæli] .i. apoſtoli, & prędicatores [diſtilla.] pluuiam verbi dei, & gratiã: nõ à ſeipſis, ſed [à fa. dei Sy.] .i. à pręſentia dei, eos inhabitantis, qui legem dedit in Syna [à fa. dei Iſrael] .i. populi videntis deũ, qui etiam auctor eſt noui teſtamenti. Et

ſicut

ſicut cæli diſtillauerũt mãna,ſic tu [Pluuiã].i. doctrinã & gratiã[voluntariam].i.gratis à te datã[ſegregabis].i.à Iudæis ſeparatã dabis [hæreditati tuæ].i.gẽtibus,de qbus agitur in Pſal.Poſtula à me & da.ti.gẽ. hæ.tuã.i.eccleſiæ tuæ.ſ. fidelibus [& infirmata eſt].i. infirmitatẽ ſuã per doctrinã ꝑdicationis agnouit ipſa hæreditas gratiæ dei tribuẽs quicquid eximij haberet, [tu verò perfeciſti eã]quia cognita infirmitate,quæſiuit medelã,& dediſti.Infirmata eſt in ſe,vt plãceretur in te.[Aĩalia tua].i.gentes, tibi iã ſubditæ,vt iumẽta, [habitabunt in ea]hæreditate.i.erunt ipſa hæreditas. Quia [paraſti].i. præparaſti [in dulcedine tua].i. in dulci mĩa tua [paupéri]gentili ô[deus] diues: vel ſic, [Aĩalia tua].i.tibi ſubdita.ſ.mãſueti & mites,quibus iugũ dñi ſuaue eſt, & onus leue, qui in eccleſia nutriuntur corporali cibo ſacrę ſcripturę verbo & Euchariſtiæ ſacramẽto[habit.in ea].ſ.hęreditate & eccleſia. Eę hanc pluuiam[paraſti in dul.t.].i. in dulci mĩa tua [pau.]ſpirituali nihil ſibi tribuenti[deus]qui pauperes ſpiritu diligis.i. gratiam tuã humilibus qui ſe infirmos reputant cõtuliſti. Et aptè ait in dulcedine, qa nil dulcius miſericordia & charitate dei, qui hãc pluuiã tribuit:nõ ꝓpter merita,ſed ex dulcedine ſuæ charitatis.Deinde oſtendit bona quæ præparauerit ſuis pauperibus,d:[Dñs dabit verbum]doctrinæ[euangelizantibus].i.ꝑdicantibus[in virtute multa]hoc eſt cũ magna cõſtantia fidei: vel,[Dñs da.verb. euan.]apoſtolis[virtute multa].i.cũ multa virtute, vt fortes ſint in fide,& fortes in miraculis.Et ſubiungitq́ꝫ qs ſit dñs q dabit verbũ.ſ.[Rex virtutũ].ſ. angelorũ & poteſtatũ [dilecti]filij ſui,& ſuper oĩa ſemperq́ꝫ [dilecti]dedit filio ſuo[diuidere ſpolia].i. populos à diaboli captiuitate ereptos,quos ipſe diuiſit: nã hos apoſtolos,alios prophetas,alios doctores,& paſtores cõſtituit.Et hoc ipſi[ſpeciei].i.ad ſpeciẽ[domus].ſ. militãtis eccleſię. Specioſam quippe domum.i.eccleſiam,Chriſtus fecit diſpenſando diuerſos eccleſiæ gradus.Et vos ex qbus

O decora-

decoratur hęc domus.[Si dormiatis]vt ſu. Ad intelligendum hũc verſum, ſciendũ quod cleros gręcè idem eſt quod ſors latinè. Colũba aũt, hic accipitur pro eccleſia. Pennæ aũt huius colũbæ ſunt virtutes, eã ad cęleſtia eleuantes. Dicit ergo]Si dormiatis].i. Si à ſtrepitu mũdano remoti quieſcatis[inter medios cleros].i. inter duas hęreditates, terrenã.ſ.& cæleſtẽ. Terrenã nõ ardenter appetendo,& cæleſtẽ patienter expectando, tunc vos eritis[pẽnæ colũbæ deargẽtatæ].i. ornamẽtũ & exaltatio eccleſię: qa ſicut colũba per pennas erigitur, ita eccleſia veſtro exemplo ad cæleſtia volitat,& laudibus exaltatur. Sancta eccleſia merito dicitur colũba, quia fel amaritudinis nõ habet,& virtute ſimplicitatis pollet. Eſt aũt deargẽtata, quia diuinis eloquijs erudita quæ alibi dicũtur argentũ igne examinatũ[& poſteriora dorſi eius].i. dorſum columbæ, hoc eſt, illa pars poſterior qua ſarcinã admittit, erunt [in pallore auri].i. in nitore ſapiẽtię, per quẽ nitorẽ intelligimus charitatẽ: vel,[poſteriora dor. eius].i. altera pars poſterior colũbæ.ſ. eccleſiæ erũt[in pal. auri].i. terminãtur in perfecta charitate, quę habetur in patria. Color enim & decor ſapientiæ diuinæ eſt charitatis, quæ oĩa ſuffert & vniuſcuiuſq; onera portare facit. Si ergo dormiatis eritis pennæ, quod tamen ſine Chriſto non poteritis, quia[Dum diſcernit,] id eſt, ordinat & conſtituit[cæleſtis] .i. Chriſtus dei filius qui aſcendit ſuper omnes cælos [reges] .i. doctores vel rectores, & prælatos qui bene regunt ſe & alios[ſuper eam].ſ. colũbã.i. eccleſiã. Ipſi rectores & alij[dealbabũtur]per remiſsionẽ peccatorũ[niue].i. ſuper niuẽ: quia maior eſt dealbatio mentis q̃ corporis. Et hoc [in Selmon] quod interpretatur vmbra .i. in vmbra gratiæ quæ ſe defendit ab æſtu vitiorũ: quia per gratiã quã in Chriſto cernimus, mũdamur à miraculis peccatorũ. Et cõmẽdans eccleſiã, ſubdit[mõs dei].ſ. eccleſia eſt [mons pinguis].i. vber & fertilis propter abundantiã gratiæ diuinę: vnde aquę irriguę & ſuaues fluãt quotidiè gratiam

tiã donans filijs ſuis abundanter.[Mons coagulatus] vel contractus propter paruulos quos teneriori doctrina & gratia tanquã lacte nutrit. Et[mons pinguis] propter maturos, quos ſolidiori doctrina & donorũ excellentia tanquã pane cibat. Et quia talis eſt mons iſte[vt quid]ergo gentiles idolis ſeruientes[ſuſpicamini].i.falſò creditis alios [mõtes coagulatos] .i.loca ſalutis extra eccleſiã eſſe .ſ.templa veſtra & idola. Certè iniquè facitis, nam iſte ſolus eſt. [Mons in quo beneplacitum eſt]& placuit [deo inhabitare in eo].ſ. militans eccleſia. Nec habitat in eo deus ad tempus, [etenim dñs habitabit in finẽ] & ſemper cũ ea. Vnde ipſe ait: Ecce vobiſcũ ſum vſ.ad cõſum.ſæculi,& finaliter cũ electis in eccleſia triumphante habitabit ęternaliter. Et quia dñs inhabitat eccleſiã, ipſa eccleſia ſeu fideles ſunt & fiunt quodãmodo.[Currus dei] quibus ipſe velut auriga inſidet,& ad voluntatis ſuæ miniſteriũ ſalutari lege moderatur & regit. Et eſt currus ille [decẽ milibus multiplex] ponit finitum pro infinito, id eſt, ex innumeris populis ſanctorũ & fidelium. Qui ſancti ſunt[milia lætantiũ,] id eſt, multi ſpe gaudentes, donec perducantur in finem. Nec mirum ſi lætentur, quia iam[dñs]eſt [in eis] adiutor in tentationibus, qui erit & finis conſummationis. Et hoc [in Synai in ſancto].i.in complendo mandato quod ſanctum eſt. Deinde conuertit ſe ad dñm qui hæc fecerit, & quomodo ſit factum oſtendit, d:[Aſcẽdiſti] ô Chriſte[in altum]loco & dignitate .ſ. ſuper omnes cælos, ad dexteram patris. Et [cœpiſti] priuſquam aſcenderes [captiuitatem,] id eſt, illos qui in lymbo captiui detinebantur: vel,[cœpiſti cap.] id eſt, genus humanum à diabolo in miſeram ſeruitutem redactũ, propter peccatum redemiſti, ac demum illum tibi ſubiecisti. Et[accepiſti] à deo patre& à tota trinitate[dona] & chariſmata ſpiritualium gratiarum [in hominibus]per fidem ad te accedentibus refundenda & eis donanda, vt patuit in die Penthecoſtes. Et verè

cępiſti captiuitatem, & accepiſti dona in hominibus. [Etenim]accepiſti[nõ credẽtes inhabitare dñm deũ] .i. vt hoĩes prius nõ credentes in vnũ deũ, habitentur per eum. Et propter iſta beneficia ſit [Benedictus dñs] creator à creatura [die quotidie].i. per ſingulos dies, & iugiter laudetur à fidelibus vſq; in finẽ: qa quotidię captiuos cõprehendit, vt ipſe eos poſsideat. Et quia currũ illud duci vidit in finẽ .ſ. inæternũ addit[ꝓſperũ iter[eũdi ad ipſum[faciat nobis]qui currus eius ſumus[deus ſalutariũ noſtrorũ].i. autor ſalutis noſtræ, quia ipſe iter noſtrũ dirigit ad ſalutem, & ab ipſo ſaluamur. [Deus]inquã oĩm per creationem[noſter]per ſpecialẽ cultũ, eſt[deus ſaluos faciendi].i. ipſius ſolius eſt nos ſaluos facere[&]ipſius [dñi dñi]eſt facere [exitus mortis] .i. nos liberare à morte culpæ & gehennæ. Hæc autem repetio dñi dñi ſignificat vtramq; eius naturam. Et licet ſaluos faciat, [Veruntamẽ] ne mala ſuperborũ credas forè impunita, idẽ[deus cõfringet] & conquaſſabit, vel hic vt humilientur, vel in futuro vt dãnentur[capita].i. ſuperbiã [inimicorũ ſuorũ] .ſ. malorũ hoĩm. Confringet etiã[verticẽ capilli].i. elationẽ & ſuperbiã cogitationis. Vt enim capilli adhærẽt capiti, ſic cogitationes menti [perambulãtium].i. perſeueranter ambulantiũ[in delictis ſuis, & ruentiũ ex vitio in vitiũ. Et ad hoc cõfirmãdũ introducit dñm loquentẽ ſic: [Dixit dñs].i. firmiter diſpoſuit ego [cõuertã]per gratiã, hoĩes [ex Baſan] quod interpretatur ſiccitas vel cõfuſio. Hĳ ſunt qui de peccatis cõfunduntur, & pro eis orãt, vel tanq̃ ſicci & inopes iuſtitiæ imbrẽ gratiæ deſiderant, quia tales ad ſe dñs cõuertit. Et [cõuertã]ſubmerſos[in profundũ maris].i. malorum vel ſæculi iſtius .ſ. eos qui profundis vitĳs & peccatis poſiti ac pondere peccatorũ preſsi, ſunt planè immedicabiles. Quæ cõuerſio quã perfecta ſit inſinuat propheta cũ ad deũ verba cõuertendo ſubiungit. Ita inqt cõuertes eos ô deus[Vt intingatur pes tuus in ſanguine].i. vt qui prius erãt inimici, tantũ proficiãt vt portent

tent te prædicando,& pro noie tuo certando vſq; ad effuſionẽ ſanguinis. Et [lingua canũ tuorũ] .ſ. eorum ipſorũ qui vſq; ad ſanguinẽ ſunt creaturi fiet & erit [ex inimicis] quia per cõuerſionẽ ex inimicis, fient amici, & canes fideles pro cõſeruanda domo dei latrantes cõtra inimicos. Et hoc tantũ bonũ erit [ab ipſo] .ſ. deo .i. ab eius gratia & mĩa nõ à ſeipſis. Ideo aũt aliqui tã mirabiliter cõuerſi ſunt ad te ô Chriſte, qa [Viderũt] per fidẽ [ingreſſus tuos deus] qualiter ingreſſus es in hunc mundũ, qualiter incarnatus, occiſus, exaltatus, & glorificatus. Viderunt ergo & crediderũt, & eoſdem greſſus prout potuerũt imitãdo ſecuti ſunt [ingreſſus] inq̃ [dei mei] creatione, & [regis mei] gubernatione [qui eſt] & habitat tantũ [in ſancto] tẽplo ſuo ſecundũ illud apoſtoli, Tẽplũ dei ſan. eſt q. eſtis v. vel, [in ſancto] .i. in cælo Empireo, ſanctis angelis & ſpiritibus deſignato. Ad hos ergo greſſus inſinuandos ac vt iſti greſſus viderentur, [Pręuenerũt principes] .ſ. primitiui apoſtoli, quibus ſuper ecclesiã datus eſt principatus, præuenerunt alios cõuertendos & meritis & dignitate ſub naſcẽte eccleſia, annunciãtes nouũ teſtamentũ, quod oĩbus ſequendũ eſſet. Nec ſoli venerũt, ſed [cõiuncti] .i. aſſociati [pſallẽtibus] .ſ. ſubditis minoribus, qui laudes dei ſonãt bene operando ad gloriã dei. Qui principes tanq̃ præpoſiti ſunt [in medio iuuencularũ] .i. eccleſiarũ quæ adhuc erant nouellæ ſicut primitiuę eccleſiæ. Ipſarũ dico [tympaniſtriarũ] .i. deũ laudãtiũ carne mortificata & domita, corio ſiccato ab humore peccati & extenſo à ruga duplici. Tympanũ enim fit ex corio ſiccato & extenſo. Propter hæc oĩa ô fideles [In eccleſijs] vbi eſt locus benedicendi [benedicite deo] q nos creauit, cui debetur latria. Deo dico [dño] qui nos regit, cui exhibenda eſt dulia. Benedicite dico vos .ſ. potati vel hauriẽtes [de fontibus Iſrael] .i. ab apoſtolis & doctrina eorũ, quos Chriſtus ex Iſrael prius elegit, vt fontes faceret. [Ibi] .i. intra fontes, vel in eccleſijs, eſt [Beniamin] .i. apoſtolus Paulus de tribu

Beniamin[adoleſcentulus]iuuẽtute gratiæ,& ad literã dũ ad ſe rediјt,iuuenis fuit. Qui factus eſt[in mentis exceſſu]quia raptus fuit vſq; ad tertiũ cælũ vbi audiuit arcana verba etc. Ibi etiã ſunt [Principes Iuda duces eorũ].i.apoſtoli ſancti qui deſcẽderũt de tribu Iuda, de qua nat⁹ eſt Chriſtus & cognati eius qui fuerũt duces chriſtianorũ. Et[principes Zabulõ & principes Nepthalim].i.apoſtoli ſancti originẽ trahẽtes ex tribu Zabulon & de tribu Nepthalim. Iſtę enĩ duę tribus acceperũt ſortes in Galilęa magna ex parte è qua prodierũt qdam ex apoſtolis. Deinde tanq̃ accepta gratia loquẽs in perſona primitiuæ eccleſiæ ſubiũgit:[Mãda deus]opus tuũ[virtuti tuæ].i.poteſtati angelicę, quæ tua mãdata exeqtur.ſ.vt protegas nos & defendas. Et [cõfirma deus]iuuãdo per gratiã[hoc].ſ.op⁹ fidei[q̃d operatus es in nobis]nos docẽdo & reſurrectiõe tuã manifeſtãdo,& ſpiritũ ſ.nobis mittẽdo, vt fides quam nobis donare dignat⁹es firma ſtabiliſq; ſemp maneat. Quod operatus es dico incipiendo[A tẽplo tuo q̃d eſt in Hieruſalẽ]Ibi enĩ Chriſtus perſonaliter p̃dicauit,& fides originẽ traxit,indeq; a d alios puenit per p̃dicationẽ apoſtolorũ. Et ſic[tibi offerent reges]terreni vel ſpiritales ſibimetipſis regnãtes[munera]ſ.ſeipſos ſiue laudis ſacrificia & virtutũ opera. Sed q̃a bonis obſtrepũt hęretici, ſubdit:[Increpa feras arũdinis].i.hęreticos, q̃ dicũtur feræ, q̃a dilaniãt aĩas ſimpliciũ, quẽadmodũ oues dilaniãtur. Et arũdinis ſeu calami, q̃a ſcripturas puertũt, quæ adhibito calamo cõſcribũtur, q̃a [cõgregatio taurorũ] .i. ſupborũ indomitę ceruicis.ſ. hæreticorũ, eſt[in vaccis populorũ].i. inueniũt multos qui vaccis aſſimilari poſſint, hoc eſt, inueniũt ſimplices aĩas, quæ vbi illos audierint, facillimè ſeducũtur,& cũ illis cõſentiũt [vt excludãt eos] à veritate fidei & doctrinæ[q̃ pbati ſunt argẽto].i.eruditi diuino eloquio. Ne ergo p̃ualeãt,[Diſsipa gẽtes].i.hęreticos, & eis cõſentiẽtes[quę bella volũt]q̃a nõ correctioni, ſed cõtẽtioni ſtudẽt,& regnũ Chriſti diſsipare affectãt. Et hoc facies p tuos p̃dicatores ad q̃s ptinet q̃d ſeq̃tur:

[veniét legati ex Ægypto].i.ꝑdicatores q mundo inſeruiũt,cõuertẽtur ad te relicto mũdo & tenebris peccatorũ,q.d:pctõres fiẽt ſancti ꝑdicatores q ſunt legati dñi.Et ſic[Æthiopia].i.gẽtilitas pctĩs denigrata[ꝑueniet man⁹ eius].i.dei vindictã[deo]ſupple credens vel recõciliata vel cõfitẽs.Et qa res ita ſe habet,vt dixim⁹, ergo[Regna terrę].i.habitãtes in oĩbus regnis terræ, [cãtate deo]voce & corde ipſũ deuotè laudãdo q vos creauit[pſallite dño]bona operatiõe q in oẽs vos poteſtatẽ habet,[Pſallite]inq̃[deo].i.Chriſto deo dico[q aſcẽdit]ſecũdũ q̃ homo[ſup cęlũ cęli]oĩm cælorũ ſupremũ.i.ſup oẽs cęlos & excelſiores creaturas ad dexterã patris[ad oriẽtẽ].i.de mõte Oliueti, q eſt ad orientẽ reſpectu Hieruſalẽ.Et qa ad iudiciũ iudex vẽtur⁹ eſt,ſicut dixerũt duo angeli:Hic Ieſus q aſ.eſt à vo.etc. ſubdit:Et[Ecce]q aſcẽdit[dabit]in iudicio [voci ſuę] .ſ.voci tubę angelicę[vocẽ virtutis].i.efficaciã reſuſcitãdi oẽs mortuos.Tũc enĩ canet tuba,&mortui reſurgẽt incorrupti. Hęc tuba eſt vox illa quę ꝑmittet:Surgite mortui,occurrite ad iudiciũ.Et dicit ecce,qa ꝓpe eſt & ꝓpter certitudinẽ,vt ſemp illud iudiciũ ante mẽtis oculos habeam⁹.Et vt tũc bene ſit vobis[date]nũc [gloriã deo]ſeruiẽdo ei & laudãdo ipſum. Et debetis qdẽ[ſup Iſrael magnificẽtia eius].i.beneficẽtia eius in bonos apparebit,qa remunerabit eos ſupra cõdignũ: vel,[date gl.d.ſ.Iſr.].i.voce & corde oſtẽdite deũ eſſe glorioſum ſup eos qui ſunt ſpiritualiter & verè Iſrael, qa iã nõ erit cõmixtio malorũ cũ bonis. Et tũc[magnificẽtia & virtus eius]apparebit[in nubib⁹]materialibus è qbus deſcendet ad iudiciũ, qa videbũt fi.ho.v. in po.ma.& maieſtate,& virtutes cęlorũ mouebũtur. Et tũc erit[Mirabilis deus in ſanctis ſuis]quando per ſanctos ſuos q & cũ eo veniẽt,mũdũ iudicabit,quãdo iuſti ful.ſ.ſol in reg.pa.eorũ.Bene aũt ſubditur[deus Iſrael]qa tũc nomẽ ipſum quod interꝑtatur vidẽs deũ veriſsimè implebitur, & tũc verè oĩs bon⁹ erit Iſrael, quia videbimus deum ſicuti eſt:[ipſe dabit virtutem]

reſurrectionis [& fortitudinem] immortalitatis: vel, [ipſe da. vir.] quantũ ad aĩam reddẽs eã beatã [& for.] quãtũ ad corpus efficiens illud incorruptũ & æternũ. Et non oĩbus, ſed [plebi ſuæ] .i. ſibi vſq; in finẽ famulanti, nũc fragili & infirmæ. Ergo [benedictus] ſit [deus] pro tãtis beneficijs & donis. PSAL. LXVIII.

In hoc pſalmo propheta agit de Chriſti uehemẽtiſſima paſſione, ac de inimicorum eius punitione. Et primo in perſona Chriſti hominis orat ad patrem, dicens:

SAluũ me fac] ô [deus] pater. Et neceſſè eſt [qm̃ intrauerunt aquæ] vehemẽtiſsimarũ afflictionũ & tribulationũ [vſq; ad aĩam meã] tollẽdã .i. à corpore ſeparandã: vel, [intra. aq. v. ad a. m.] q. d: Nõ ſolũ exterius. ſ. in carne ſentio afflictionẽ: ſed etiã interius in aĩa, q̃a triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mor. [Infixus ſum in limo profundi] .i. detentus & captus ſum iniquitate & malitia Iudæorũ, qui nõ minus tenaces ſunt præ auaritia quã eſt limus, & profundi corde, per malitiã [& nõ eſt] mihi [ſubſtãtia] .i. virtus carnis, quæ poſsit à ſe reijcere afflictionẽ. Quia [Veni] ſpõntè è ſinu patris [in altitudinẽ maris] .i. in profundũ tribulationis, & amaritudinis. Spõtè enĩ meipſum obtuli [& tẽpeſtas] .i. impetuoſus furor Iudæorũ vel acerbitas paſsionis [demerſit me] in mortẽ, & extixit in cruce. Laboraui clamãs] in cruce ad patrem, vociferãdo [raucæ factæ ſunt fauces meæ] propter magnitudinẽ pœnarum, & priuationẽ humorũ [defecerũt] & extincti ſunt [oculi mei] corporales in morte .i. mortuus ſum [dũ ſpero in deũ meũ] .i. dũ p̃ſtolor mĩam & gloriã corporis mei, quæ facta eſt in reſurrectione, & nõ exerceo potentiã. [Multiplicati ſunt] .ſ. Iudæi, vt et diſcipulus vna cũ illis [ſuper capillos capitis mei] .i. tot & tanti ſunt aduerſarij vt vix dinumerari poſsint [qui oderũt me gratis] .i. ſine cauſa, cũ ecõtrario me deberẽt diligere propter multa bona eis collata. Sed nõ ſolũ multi ſunt, verũ etiam qui ſe opponant, [Cõfortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè] .ſ. Iudæi. Et hoc per He-

per Herodem qui ipſum Chriſtũ illuſit veſte alba indutũ,& demũ ſpreuit,ac per Pilatũ qui illũ in fauorem Iudæorũ flagellandũ tradidit,& ad mortẽ condemnauit iniuſtè [quæ nõ rapui tũc exſoluebã] nõ enim peccaui,& tamẽ peccati debitũ.i.mortem exſolui. Adã & Eua, raptores fuerũt comedẽdo pomũ vetitũ, cupiẽtes per hoc ad ſe rapere gloriã dei, vel diuinitatẽ aſſequi,diabolo ſuggerente: ſed huius culpæ debitũ tunc Chriſtus exſoluit,quãdo in crucis patibulo pro nobis pepẽdit. Et exponẽs propter quę paſſus ſit,ait:[Deus] pater[tu ſcis inſipientiã meã].i. meorũ membrorũ à me luendã eſſe[& delicta mea].i.meorũ mẽbrorũ quę ad eandẽ delendã ſuſcepi,quæ reputo mea:quia in me punienda eſſe video[à te nõ ſunt abſcõdita]& ſcis quę pœna illis debeatur. Et quia pro alijs,ſolui & tanta tuli:ideo peto vt [Nõ erubeſcãt in me].i.nõ fruſtrentur, dũ nimirũ morior.ſ.ſua expectatione[qui expectant] in lymbo cũ deſiderio[te dñe]liberatorẽ ſuũ per me.ſ. prophetæ & antiqui patres [dñe virtutum]cæleſtiũ.i. angelorũ,cui nihil ſit impoſsibile, Deinde p̃catur pro modernis, d: [Nõ cõfundantur] inſultationibus improborũ[ſuperne]morientẽ in cruce,quod futurũ eſſet niſi cito reſurgerẽ[qui quærũt te]fide,ſpe,& charitate,ac benè viuẽdo.ſ.moderni fideles, ô[deus Iſrael] .i.per fidẽ & charitatẽ ſpiritaliter deũ videtiũ. Et meritò nõ erubeſcent nec cõfundentur, [Qm̃]ego[,ppter te]in tuam gratiã nullo meo merito [ſuſtinui opprobriũ]varia & diuerſa cõuitia. Eſt aũt opprobriũ cum turpe aliquid nobis imponitur,vt exẽpli çauſa cũ dicebãt Iudęi Chriſto,dæmoniũ habes etc.[operuit cõfuſio faciẽ meã]velantes eã,& percutientes,dicendo: Prophetiza,Quis es qui te percuſsit? Reputantes me prophetã falſum. [Extraneus factus ſum] qa nõ crediderũt mihi[fratribus meis].ſ.Iudæis [& peregrinus filijs matris meę] .i. Synagogæ,ab illis ſuã originem ſecundũ carnẽ repetebat. Nam vt extraneũ et peregrinũ abiecerunt eũ,dicẽtes: Hũc neſcimus vnde ſit. Hæc

autem

aũt ideo mihi cõtigerunt.[Qm̃ zelus].i.feruens amor & dilectio [domus tuæ] .ſ. eccleſiæ ſanctæ [comedit me].i.fuit cauſa paſsionis meæ: vel, [come.me]& accẽdit,q.d: Interius vrebar zelo dei ,cũ perſecutus ſum iniquitates eorũ,flagellando malè verſantes in templo:vel,[Qm̃ zel.do.tuæ].i. amor de domo tua.i. eccleſia ædificãda[comed.m.].i.fuit cauſa mortis meæ, vt ſu.[& opprobria]Iudæorũ[exprobrãtiũ tibi]miracula quæ ego tua virtute faciebã, attribuentes virtuti dæmonũ[ceciderũt ſuper me]quia occaſione miraculorũ quæ Chriſtus faciebat virtute diuina,quæ eſt cõmunis toti trinitati ,quæſierũt Iudæi mortẽ eius dicẽtes:Quid faciemus qm̃ hic homo mul.ſigna fa.etc.[Et operui].i. celaui[in ieiunio]ſalutis eorũ[animã meã] me humiliãdo.i.virtutẽ & deitatẽ mihi vnitã nõ oſtẽdi,dũ in illũ iuſtè potuiſſem vindictã exercere. Salutẽ enĩ humani generis Chriſtꝰ eſuriebat , & ideo ieiuniũ eius ſpiritale erat [&]hoc ipſũ [factũ eſt in opprobriũ mihi]detractionis,irriſiõis,& cõuitiȷ̃,vt patuit in ſputis,colaphis,& huiuſmodi,qa videbatur eis homo im potens.[Et poſui veſtimentũ meũ ciliciũ].i. occultaui diuinitatẽ meã ſacco carnis,et oppoſui illis mortalem carnẽ in quã ſæuirent.Ciliciũ enĩ quo peccatores pœnitentes veſtiuntur,eſt mortalis caro quã Chriſtus induit,vt de peccato dãnaret peccatũ. Non quod caro Chriſti peccato fuerit obnoxia ,ſed qa ſimilitudinem carnis peccati habuit.Nuſquã enĩ legitur dñm cilicio materiali vſum fuiſſe [&]ex hoc etiã [factus ſum illis in parabolã]& in deriſum,qa de Chriſto dicebãt:Ecce homo vorax etc. [Aduerſum me loquebãtur q ſedebãt in porta]hoc eſt,in publico , & corã oĩbus, me diffamãtes[& in me] .i.de me [pſallebãt q bibebãt vinũ]q.d:In cõuiuiȷ̃s ſuis irriſoriè loquebãtur & cantabant de me & cõtra me:hæc qdem illi in me iaculabãtur,[Ego verò]dirigebã [orationẽ meã ad te dñe] vt reſipiſcerẽt.Ideò aũt oraui ad te:quia nũc eſt[tempus beneplaciti]ô[deus].i. gratiæ & reconciliationis per

mortem

mortē meā. Tempus inq̄ quod æternitatē attulit & ſalutē. Tempus cōplendi beneplacitū tuum .ſ. vt per me redimatur homo. Ideo [In multitudine miſericordiæ tuæ] quæ multitudini medetur iniquitatis noſtræ, nihil enim potuerunt in hac re merita hominū [exaudi me in veritate ſalutis tuę]. i. à te promiſſę, vt verax appareas, implendo ſalutē quā promiſiſti. Et ſubiūgit in quo velit exaudiri, d: [Eripe me de luto] & puluere mortalitatis [vt nō infigar] & inhęream in eo. i. fac ne corpus ſit putrefactioni obnoxiū. Si enī in cinere ſuo dormiuiſſet, nullus in eū credidiſſet: [libera me] ꝑ reſurrectionē [ab his qui oderūt me]. ſ. Iudæis: qui nunq̄ eū dilexerunt, à quorū poteſtate fuit verè liberatus in reſurrectione [& de profundis aquarū]. i. perſecutionū & tribulationū. [Non me demergat] irrecuperabiliter mortem, [tempeſtas aquæ]. i. impetus & ſeditio cōmoti populi. ſ. Iudæorū, hoc eſt, non me diu in morte detineat [neq; abſorbeat] & deuoret [me profundum,] id eſt, abyſſus infernalis [neq; vrgeat,] id eſt, claudat [ſuper me puteus,] id eſt, lymbus & aditus inferni [os ſuum] ne me retineat dum deſcendero ſpoliaturus ipſum. Deinde proponit cauſam quare debeat exaudiri, d: [Exaudi me dn̄e] potius. Et hæc eſt cauſa [quoniā benigna eſt miſericordia tua] q̄a vt ſeruū redimeres, me filiū tradidiſti. Et [ſecūdū multitudinem miſerationū tuarū] quā exibuiſti multis [reſpice in me oculo mīę tuę] pēdentē in cruce. Reſpice inquā, [Et ne auertas faciem tuā à puero tuo]. i. à me Chriſto filio tuo, quaſi audire renuas. Dn̄s noſter dictus eſt puer, à puritate, à ſimplicitate, ab innocentia. Deinde ſubiungit & aliam cauſam, d: [quoniā tribulor in anima & corpore. Ideo [velociter exaudi me]. ſ. non eſt quod differas. [Intende animæ meæ]. ſ. ſuſcipiens eā ſecūdū q̄ oraui, pater in ma. t. cō. ſpir. m. [& libera eā] de inferno cū pręda magna. Et nō ſolū aīam libera, ſed & corpus reſuſcita, hoc eſt, quod ſeq̄tur. Et [ꝓpter inimicos meos] liberatiōe & glorificatiōe mea conuertendos

tendos ſi modo velint corrigi, vel cõfundẽdos ſi mãſerint obſtinati[eripe me] à corruptione, vt cito reſurgam, & dñ aſcendero, ſpiritũ ſanctũ mittã. Et debes eripere, qa[Tu ſcis improperiũ meũ] illatũ verbis tam turpibus & iniurioſis [& cõfuſionẽ meã] quia captus ſum velut latro eſſem [& reuerentiã meã.] Alia litera habet verecundiã vel ignominiã .ſ. quã ignominioſè me tractauerũt, in ſputis & colaphis illatis. Improperiũ dicit quantũ ad verba: miſeriã quantũ ad verbera & paſsionẽ. Et etiã eripe me, qa[In cõſpectu tuo ſunt oẽs qui tribulant me].i. inimici mei, q.d: Pro volũtate tua potes eos punire. Et [improperiũ expectauit cor meũ & miſeriam] quia poſt colaphos & ſputa à Iudęis illata, à militibus Prę ſidis fuit illuſus, & crudeliter occiſus. [Et ſuſtinui].i. expectaui longa mora[quę ſimul cõtriſtaretur & nõ fuit] licet enim apoſtoli & diſcipuli cõtriſtati fuerint de paſsione dñi, & morte, ꝙ nulli tantũ fuerunt cõtriſtati vel cõſolati præter paucos, cũ tamen oẽs ei debuiſſent cõpati, cui inſenſibilia cõpati videbãtur, vt ſol, terra, & petrę[& nõ fuit] .i. pauci fuerunt [& qui cõſolaretur & nõ inueni] quia ex diſcipulis præcipui fugerũt, & Petrus ter eũ negauit. [Et dederunt in eſcã meam fel] quia dederũt ei vinũ bibendũ cũ felle mixtũ. Et quia fel erat potius natura ſua eſibile, ꝙ̃ potabile: ideo nominat ipſum eſcam [& in ſiti mea potauerũt me aceto] cũ felle mixto, Ioh. 19. Cum ergo acce. Ieſ. acetũ etc. Cõſequẽter agitur de Iudæorũ punitione, cũ dicitur: [Fiat menſa eorũ coram ipſis in laqueũ.] Hoc impletum fuit, quando paſchale cõuiuium in Hieruſalẽ celebrãtibus, fuerunt à Romanis circunclusi, & ſicut aues illaqueati[& in retributionẽ] .ſ. pœnarum propter Chriſti mortẽ debitarum [& in ſcandalum] ruentes in quæuis mala pręcipitanter. Nã fame, & peſte, & gladio, ꝑcuſsi ſunt in illa obſidione. Narrat Ioſephus nonaginta milia Iudęorũ vẽdita tũc fuiſſe, & vndecies cẽtena milia fame & gladio ac peſte periſſe. [Obſcurẽtur oculi eorũ] interiores[ne videãt]

veritatē & verū ſolē .ſ. diuinitatē ſub fragilitate latētem[& dorſum eorum].i.rationē qua homo erigitur, [ſemper incurua]ad terrena.[Effunde ſuper eos iram tuā].i.vindictā in præſenti per Romanos[& furor irę tuæ cōprehendat eos]in futuro iudicio.[Fiat habitatio eorū deſerta]ab eis.Iſtud impletū fuit cū euerſa eſt Hieruſalē per Romanos[& in tabernaculis eorū non ſit qui inhabitet, hoc eſt,ſit illorū locus vacuus. Hoc in aperto eſt,perdiderūt enim locū & gentē,quia inſurrexerūt aduerſus deū: hoc autem ideo eis eueniat, [Qm̄ quē tu percuſsiſti].i.percuti voluiſti pœna & afflictione nō pro ſua culpa,ſed pro mundi ſalute .ſ.me [perſecuti ſunt]inuidia & deliberata malitia,crudeliter eū occidēdo[& ſuper dolorē vulnerū meorū]quæ ſuſtinui in corpore[addiderūt]mortē & vulnus in latere:vel ſuper mortē, blaſphemiā & militū cuſtodiā: ſic vt nec mortuo pepercerūt. Et quia cumulauerunt dolorē dolori:ideo ſic iuſtū eſt [Appone].i. appones .ſ.permittendo,vel gratiā ſubtrahendo : quia dn̄s nō eſt cauſa iniquitatis effectiuè,ſed tātū permiſsiuè[iniquitatē ſuper iniquitatē eorū].i.vitiū vitio: quia cum ſcirent ſe peccaſſe,appoſuerunt & obſtinationē[& nō intrēt in iuſtitiā tuā]hoc eſt, culpæ ſubiaceāt, nec cōſequātur gratiam.[Deleantur de libro viuentiū].i.ex memoria tua, in qua ſoli iuſti ſemper viuētes cōtinētur. Nō autē dicuntur delēdi, quaſi ibi ſcripti fuerint: quia qui ibi abſolutè ſcripti ſunt,nunq̄ delentur,ęterna prędeſtinatione ſolidati: ſed deleātur ſecundū ſpē, & opinionē illorū dictū eſt, quia ibi tanq̄ merito iuſtitiæ ſuæ ſcriptos ſe putant. Sequitur[& cū iuſtis nō ſcribātur].i.iuſtorū ordini ſecundū æquitatē tuā non apponātur,quia indigni ſunt.Illi tales ſe pręſtiterunt, & tandē ſic perierunt:ſed tu benigniſsime dn̄e, quid dicis de teipſo?[Ego ſum pauper].i.humilis[& dolēs] dum patior pro oībus [ſalus tua deus ſuſcepit me]ab omni anguſtia,in reſurrectione. Ad literā etiā Chriſtus pauper fuit,quia in paupertate natus,cōuerſatus,

mor-

mortuus eſt, & in alieno ſepulchro poſitus. Et quia ſic ſaluatus ſum, ideo[Laudabo]in me,& in membris meis[nomẽdei cũ cantico].i. cũ iucunditate,& mẽtis lætitia[&] exultãs in meipſo[magnificabo eũ in laude].i.magnificè laudabo, & magnũ prędicabo alijs,vt deũ ſimiliter laudent & magnificẽt.[Et]laus illa[placebit deo]erit accepti⁹ legali ſacrificio. Et hoc oſtẽdit per partes cũ ſubiungit [ſuper vitulũ nouellũ cornua producentẽ & vngulas. Talis enĩ quærebatur vitulus in ſacrificio qui & nouellus eſſet, & tam magnus vt cornua produceret,atq; vngulas fortes haberet. Sed laus puri cordis gratior eſt q̃ mactatio pecudis. Hoc ergo[Videãt] oculo internæ cõſideratiõis[pauperes] imitatores mei .ſ. quod oblatio non iam in facultatibus & rebus exterioribus cenſeri debet, ſed mente quæ ſi pura ſit,vbi pauper diuiti ęquatur [&]inde[lętentur]& ſpe gaudeãt: ac magis pauperes ſint vt ditari mereãtur. Et cõuertit ſe ad eos admonendo, d: O vos pauperes[quærite deũ,]fide, deuotione, & bona operatione [&] ſic[viuet anima veſtra] hic vita gratiæ,& tandẽ vita gloriæ in futura vita. Quærite inquã [Quoniã exaudiuit pauperes dñs] qui quærunt eum, preces eorũ exaudiẽdo omni tẽpore[& vinctos ſuos] .ſ.patres in lymbo detentos[nõ deſpexit]minus dicit quã intelligat,qa plenè liberauit,& Chriſto reſurgẽte educti ſunt:vel[vinc.]vinculis peccatorũ,quibus obnoxij videbãtur,& à deo repudiari[ſuos].i.à ſe ſoluẽdos[nõ deſpexit]qa diruptis diaboli nexibus, eos regno ſuo aſſciuit. Quapropter[Laudent illũ cęli & terra,mare & oĩa reptilia in eis].i. cæleſtia,terreſtria,atq; oĩa vertãtur homini in materiã laudis,& ex oĩbus laudent deũ. Iſtæ ſunt verę diuitię pauperis.ſ.videre creata & inde laudare creatorem: vel ſic, [Laud.il.cæli].i. Apoſtoli[& terra].i. eccleſia vel Iudæi ipſi[mare]gẽtiles[& oĩa rep.in eis].i. cætera genera hoĩm: vel oẽs peccatores terrenis adhęrẽtes. Et meritò laudãdus eſt, [Qm̃ deus ſaluã faciet] nũc à culpa purgando, & poſt

inæter-

inęternũ glorificãdo,[Syon].i.eccleſiã deũ ſpeculantẽ modò per fidẽ: deinde cõtemplantẽ per ſpeciem:[&] nũc[ædificabuntur ciuitates Iudæ].i.aĩæ, ſua peccata cõfitentes, in quibus deus habitat, quæ nũc per cõfeſſionẽ humilitatis diſponũtur & aptãtur ad habitãdũ in Syõ, et ſic foris remaneãt qui cõfiteri erubeſcũt.[Et inhabitabũt] nec cõſtanti mente[ibi].i.in ea Syon.ſ. in eccleſia cõtẽplante deũ per fidem [& hęreditate acquirent eã]& perſeuerabunt in ea: vel de futuro,[Et inha.ibi]in futuro.i. in illa excelſa Syon.ſ. in eccleſia contẽplante deũ per ſpeciẽ, quando ad illã beatã ciuitatẽ cæleſtẽ Hieruſalẽ peruenient [&]nõ ad tẽpus,ſed [hæred.acqui.eã] vt poſsideãt illã in æternũ. Nec vni tantũ generationi cõcedetur,ſed etiã oĩbus ſucceſſoribus.Et hoc eſt quod ſubdit. [Et ſemẽ ſeruorũ eius].i. imitatores fidei & boni operis [poſsidebit eã].ſ.Syõ, quaſi iure hæreditario hic & in futuro [& qui diligũt nomẽ eius].ſ.qui ſunt in charitate,& q ex amore non ex timore,deo ſeruiũt[habitabũt in ea] hic & in futuro tanq̃ in hæreditate ꝓpria.Sed nullus in ea hæreditatẽ accipiet, niſi per dilectionẽ: qa ſola dilectio diuidit inter filios regni & perditionis.Qui ergo non diligũt,nec hic merito,nec ibi præmio in ea habitabunt.

PSALMVS LXIX.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet iuſti in tentatione uel tribulatione exiſtentis,clamat ad dominum,dicens:

DEus]creator meus qui ſoles iuuare me[in adiutoriũ meũ]miſericorditer[intende] præſtando mihi auxiliũ gratiæ tuę, qa nec mala declinare, nec bona agere abſq; gratia tua. Et qa mora cõiunctũ habet periculũ[dñe]gubernator meus q oĩa potes[ad adiuuandũ me feſtina].i.citò & feſtinãter.Hic verſiculus à prĩcipio horarũ ꝑmittitur vt p adiutoriũ diuinũ muniam⁹ nos aduerſus diabolũ q eo magis nobis inſultat quo videt nos præparatiores ad orãdũ. Deinde orat pro perſecutoribus, cum ſubiungit:[Confundãtur] in ſeipſis de peccatis ab illis turpiter admiſsis

[& re-

[& reuereátur].i. timeát te iudicẽ,ne pro culpa commiſſa puniátur[qui quęrunt aĩam meã].i.vitã,ad perdendũ eã:vel,[qui quæ.an.me.]perdere .ſ. dæmones. [Auertantur].ſ.à peccatis ſicut à re abominabili: vel, [Auert.]à malo[retrorſum] vt te ſequátur [& erubeſcant].ſ.proſequi quod intendebãt,& etiã de cõmiſsis peccatis[qui volunt mihi mala]pœnæ vel culpæ,& ſi nõ poſſunt. Similiter[Auertátur]à ſua iniquitate[ſtatim]& ſine mora[erubeſcentes]de malis ſuis [q dicũt mihi eugè eugè] adulatoriè vel irriſoriè. Lingua enĩ adulantiũ & vituperantiũ nos perſequitur,& ſicut aurũ igne,ſic et homo vtraq; lingua ꝓbatur. Et orãs pro iuſtis,ſubdit:[Exultẽt] ſecũdũ corpus, hilares ſe oſtẽdendo[& lætentur]ſecundum aĩam,intus gaudendo [in te]& in tua bonitate,& nõ in huius ſæculi vanitate[oẽs qui quærũt te] cõfitẽtes te magnificũ & liberaliſsimũ,cũ dederis te cõfitẽtibus veniã[& dicãt ſemp] laudãdo te,qa debẽt eſſe aſsidui in te laudãdo[magnificetur dñs].i.laudibus extollatur,& ꝑdicetur:hoc inq̃ dicãt[qui diligũt ſalutare tuum]cõmunicare aliis.ſ.fidei ſalutẽ:vel]qui di.ſ.tu.]intelligẽtes ſe inde ſanatos, qa illi ſalutẽ debẽt referre acceptam nõ ſibi, qa dñi eſt ſalus. De ſe autẽ dicat vnuſquiſq; quod ſeqtur: [Ego verò egenus & pauper ſum] cõtinuè gratiã diuinitatis expectãs. Ideo ô[deus adiuua me] à tribulatione mũdana:vbi cum vitiorũ aduerſitate pugnamus, tua miſeratione liberãdo. Adiuua inq̃,quia [Adiutor meus] in bonis,vt vincã [& liberator meus]à malis ne cedã: vel,[Ad. me.]in præſenti,quando tẽpus eſt operandi [& lib.]in futuro[es tu]& nõ alius:quia in te totã ſpẽ collocaui. Et ideo ô [dñe ne moreris] & differas mihi ſuccurrere in neceſsitatibus ſpiritualibus & tẽporalibus,ſed fac quod facturus es, me adiuuãdo, ac liberando,necnõ ad gloriã tuã ducẽdo. PSAL. LXX.

In hoc pſalmo propheta in perſona iuſti cuiuſlibet fidelis in magna tribulatione exiſtentis, clamat ad dominum, petens liberari, & dicens:

In te

IN te dñe] ſolo, tanq̃ adiutore potēti, nō in me [ſperaui] & totam ſpē meam poſui. Et ideo [nō cōfundar in æternū] .i. finaliter, & in futuro: ſi tamen ad tēpus ꝓpter peccata cōfundar [in iuſtitia tua] à te mihi data, nō in mea, quæ nulla eſt [libera me] à peccatis & periculis [& eripe me] à pœnis, & diaboli poteſtate. Et qa prę nimia anxietate, ſurgere nō poſſum: ideo [Inclina ad me] infirmū [aurē tuā] .i. cōdeſcēde mihi per tuā clemētiā, qa merita mea digna nō ſunt vt ad tuā celſitudinē ꝑueniāt [& ſalua me] ab omni malo. Sequitur: [Eſto mihi in deū protectorē] vt me protegas contra iacula inimicorū, ne ad me perueniant, vel ſaltem ne me lædāt [& in locū munitū] .ſ. refugiȷ̄, ad quē ſi qs refugiat, tutus erit: vnde ſubdit, [vt ſaluū me facias] nā ſi alio ſpē meam fixero, ſaluus eſſe non potero: vel, [in locū mu.] in futuro, vbi plenè ſecuri & ſalui erim⁹, qa nullus aggredi audebit inimic⁹. [Qm̄ firmamētū meū] dans mihi firmitatē cōſtantiæ cōtra oēs tētationes [& refugiū meū] in fuga [es tu] ſaluans me ſicut locus refugȷ̄ ſaluat fugientes ad ſe. Deinde determinat à quibus eripi deſiderat, d: [Deus meus eripe me de manu peccatoris] .i. de poteſtate diaboli, ne me inducat ad peccatū, vi, vel inſidȷ̄s, aut ad ſuppliciū. Qui ſpecialiter dicitur peccator: qa ipſe eſt oīs peccati perſuaſor. Ac nō ſolū de manu inuiſibilis inimici, ſed [& de manu] .i. de poteſtate [cōtra legē agentis] .i. tranſgreſſoris [& iniqui] .i. ſimpliciter ſine lege peccātis: vel, [De⁹ me. eri. me de ma. pec.] in ſe [et de ma. contra l. a.] .i. præuaricantis in deū [& iniqui] in proximū. Ideo aūt debes me eripere. [Qm̄ tu es patiētia mea dñe] .i. cauſa & fructus patientiæ meæ, & propter quē patior, & oīa libenti aīo ſuſtineo. Nec ſolū patientia mea es, ſed es ô [Dñe] & [ſpes] .i. certitudo [mea à iuuētute mea] ad literam: vel, [à iuuen. m.] .i. ab ipſo tēpore virtutis & fortitudinis meæ. Atq; ſi ſic intelligas dicit iuuentutē, nō quantū ad ætatē, ſed quantū ad animi virtutē. Nec ſolū à iuuentute, ſed etiam ab infantia mihi pro-

fuiſti:qa[In te cõfirmatus ſum ex vtero]ad literã: vel, [ex vte.].ſ.eccleſiæ,nẽpe dũ rudimẽto fidei conceptus ſum.Vterũ eccleſiæ paratione illã dicit qua inſtruitur homo cũ credere incipit,& ante in vtero ſpiritaliter formatur,vt inde in lucẽ veræ cognitionis pariatur. In vtero enĩ eccleſiæ,rudimento fidei cõcipimur,poſt, ex aqua & ſpiritu ſ. regeneramur: vnde ſubdit, Et vt natus exiui [de ventre matris meę]ad literã:vel eccleſiæ.i.ex quo renatus fui per baptiſma[tu]etiã[es protector meus] à malis imminẽtibus,qui me ſaluũ ſeruaris ad illud tẽpus quo in te diſcerẽ ſperandũ eſſe.Et ꝓpter hęc gratię tuę beneficia.[In te]& de te eſt[cãtatio mea].i.laus oris,& exultatio cordis.Et hoc[ſemp] .i.omni tẽpore.i.tam in proſperis quã in aduerſis laudabo te propter beneficia tua cõtinua. Et ꝓpter hoc [tanq̃ ꝓdigiũ]& portẽtũ[factus ſum multis]nẽpe illis qui me pinde admirabãtur, ac ſolẽt pleriq; ex hoĩbus mirari prodigiũ vel protẽtũ aliquod. Multi enĩ amatores ſeculi putãt me inſanũ,cũ vident me tantũ inuiſibilia amare quæ ipſi cõtẽnũt, & vitare viſibilia quæ ipſi appetũt[& tu]cõtra oĩa opprobria factus es mihi [adiutor fortis.] Tu enĩ miniſtras ſpiritalẽ fortitudinẽ ad cõtemnẽdã hominũ inſultationẽ.Et ideo [Repleatur os meũ laude].i.nõ ceſſet à laude tua,propter tua in me beneficia[vt cantẽ gloriã tuã].i.vt exultãdo annunciem, quã glorioſus ſis. Et [tota die].i. omni tẽpore,tam in aduerſis q̃ in proſperis, cãtem [magnitudinem tuã].i.quã magnus ſis in operibus & beneficijs tuis.Et ſicut in iuuentute nõ deſeris me ſperãtẽ in te, ſic & tu [Ne ꝓijcias me] extra tuã ꝓtectionẽ[in tẽpore ſenectutis]quãdo feruor virtutis decreſcit, & iã feſſa virtus vehemẽtius auxiliũ indigeat. Vnde q̃d per ſenectutẽ accipiat, determinat, d: [cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me]ſubtrahẽdo mihi auxiliũ; q̃a tunc nõ multũ poſſum ad reſiſtẽdũ. Defectũ ergo virtutis,noĩat ſenectutẽ, ſicut & ſuperius iuuentutis nomine deſignauit virtutẽ;vel, [cũ de.vir.mea].ſ.morte

[ne de.]Et op⁹eſt,vt me adiuues.[Quia dixerũt inimici mei mihi.]Nõ dicit qd dixerũt ei inimici,vt per hoc intelligas omne malũ. Diabolus dicit, boni ſunt honores.Mũdus,bonę ſunt diuitiæ. Caro,bonę ſunt delitię[& q cuſtodiebãt aĩam meã]ſtudio decipiẽdi,ſicut dæmones & mali hoĩes[cõciliũ].i.cõſpirationẽ[fecerunt in vnũ]cõueniẽtes in eandẽ voluntatẽ nocendi, atq; cõcorditer cõtra me nimirũ vt me perderẽt[dicẽtes,de⁹ dereliqt eũ] ſubtrahẽdo ab eo ſuũ auxiliũ,quẽ enĩ vident calamitatibus fatigatũ,putãt à deo deſertũ. Et ideo audacter[pſequimini]eũ, vt tardũ [& cõprehendite eũ]vt inualidũ.Et ſecurè poteſtis facere[quia nõ eſt qui eripiat]de manu noſtra,cõprehẽſum.Ipſi ad hunc modũ me derelictũ putant: ſed tu ô [Deus meus ne elongeris à me] ſubtrahendo auxilium defenſionis tuæ[deus meus in auxiliũ meũ reſpice]cohibẽdo hoſtes, ne crudeliter mecũ agant.Me reſpice,&[Cõfundantur & deficiãt]à propoſito[detrahentes aĩæ meæ] .i.volentes famã meã denigrare, vt per hoc videantur perſequi me iuſtè[operiãtur cõfuſione]interius,quod ad illos attinet,de mala cõſciẽtia peccatorũ[& pudore] exteri⁹,quod ad alios ,ppter modeſtiã [qui quęrũt mala mihi].i. q in illud ſolũ incũbũt,vt mihi noceãt. [Ego autẽ] quicquid dicãt vel faciãt mihi mali[ſemp ſperabo]de tuo auxilio,nec deficiã à ſpe [& adijciã ſup oẽm laudẽ tuã].i.etiã ad laudes quas antehac tibi obtuli ,adijciã & alias ſecũdũ auxiliũ qd mihi pſtabis.Et nõ tantũ laudabo apud me, ſed etiã ad ,pximũ: qa[Os meũ annũciabit]pdicãdo alijs[iuſtitiã tuã]qm ſine pſonarũ acceptiõe, vnicuiq; ſecũdũ opera ſua reddis[tota die].i.aſsiduè[ſalutare tuũ].i.ſalutẽ & redẽptionẽ quã mũdo pepciſti:qa nec pſpera, nec aduerſa me retrahẽt à laude tua.Et,ppter hoc annũciaui[Qm nõ cognoui] approbatione.i.non approbaui[literaturã].i.ſcientiã inflatẽ. Et ideo[introibo in potẽtiã dñi].i.ad cognoſcendũ eius virtutes & magnificentias per ipſius inſpirationẽ.Et ô[dñe]tũc[memorabor iuſtitię tuę ſolius]

nihil de mea allegabo,nā nulla eſt: vel, ô [dñe] terribilis[memo.iuſti.t.ſo.] qua Lucifero ambitioſo,non pepercisti:qua Adā ex paradiſo eieciſti:qua pro praua delectatione æterno deputas incēdio.Et ideo memorabor,qa ô[Deus docuiſti me] p inſpirationē, & gratiæ tuę experientiā[à iuuētute mea]ad literam,vel ab initio fidei qua me innouaſti [& vſq; nūc] .i. etiā poſt fidē. Et ego ſic eruditus ingratitudinē à me amouēs, [pronūciabo mirabilia tua] .i. ea, quæ tu mirabiliter operatus es circa me, vel circa totū genus humanum prædicabo.[Et]nunc ô dñe ſicut cæpiſti,ita perficiendo [vſq; in ſenectā & ſeniū] meum ad literā .i. vſq; ad mortē & extremū vitę diē[ne derelinquas me]ſed vſq; ad diē vltimū vitę meę,gratia tua perſeueret mecū.Et oro ne me ante derelinquas,[Donec annūciē brachiū tuū] .i. magnitudinē virtutis tuæ: vel, [brach.tu.] .i. amorē quo nos amplexaris, multis beneficijs fouēdo [generationi omni]per ſucceſsionē [quę ventura eſt] vſq; in finē ſæculi, q.d: Nō ſolū præſentibus, ſed etiā futuris.Sancti enī etiā poſt mortē ſuā,exēplo recordationis, & ſcriptis ſuis quæ in eccleſijs recitantur, docēt.Et nō ſolū brachiū, ſed &[Potētiā tuā] qua oīa regis,ordinas,& iuſto moderamine coerces. Sed[& iuſtitiā tuā deus]qua punis malos,& remuneras bonos. Extendēs illā annūciationē meā [vſq; in altiſsima qui feciſti magnalia].ſ. in corporibus ſupercæleſtibus,in quibus maximè relucet gloria cōditoris:qa cęli enarrāt glo.d.Itē altiſsima magnalia quæ fecit deus, poſſunt dici, angelici ſpirit⁹,quos deus mirabiliter ordinauit,& diſpoſuit,vt ſibi aſsiſterēt, & nobis qui inferius habitamus,ipſius mandata perferrēt: vel, [vſq; in al.quę fe.mag.]circa redēptionē humani generis,quæ altiſsima ſunt & pfundiſsima: vnde admirādo exclamat:Et cū res ita ſe habeat[deus quis ſimilis ſit tibi?] .ſ.in magnalib⁹ faciēdis,vel in natura ſeu potētia?q.d: Nullus: qa oīs creaturę virtus diſtat in infinitū à creatoris virtute.Et qm̄ oēs qui volūt piè viuere in Chriſto,per-

ſto,perſecutionẽ patiuntur,ſequitur:[Quãtas oſtẽdiſti mihi]per experientiã[tribulationes multas]quãtitate & diuerſitate [& malas] q̃litate & acerbitate. Quis enim hoĩs vel eccleſiæ miſerias enumerare queat? [& cõuerſus] miſericorditer ad clemẽtiã[viuificaſti me]ꝑ tuã gratiã,& internã cõſolationẽ:vel,[viui. me]reſuſcitando me à peccato[& de abyſsis terræ].i.de negotŷs ſæculi,vel de profunditate peccatorũ [iterũ reduxiſti me].i.ſæpius,quia frequenter corrui. Et mihi ſic reducto[Multiplicaſti magnificẽtiã tuã].i. varŷs modis,magna & multiplicia virtutũ dona cõtuliſti[& cõuerſus]ab ira qua me puniſti,& ab omni indignatiõe [cõſolatus es me]ab omni tribulatiõe. Et hoc per internam dulcedinẽ,& per præmŷ repromiſsionẽ. Verè cõſolatus es me.[Nã & ego]ꝓpterea [cõfitebor tibi] cõfeſsiõe laudis.i.laudabo te[in vaſis pſalmi].i.in decantatione laudis pſalmorũ [veritatẽ tuã] ò[deus].ſ. ꝗ verus deus es,& verax in ꝓmiſsis. Et [pſallã tibi in cythara].i.ſecũdũ corpus,& in mortificatione carnis. Tibi inq̃ qui es deus [ſanctus]ipſius[Iſrael].i.qui ſanctificas eos,qui ſunt ſpiritualiter Iſrael .i. vidẽtes deũ. Et ideo[Exultabũt labia mea] interiora.ſ.labia aĩę.i. intellectus,& affectus[cũ cãtauero tibi]in eccleſia,vel cũ laudabo te per prædicationẽ[& aĩa mea] ſimiliter exultabit[quam redemiſti].i.liberaſti à periculis,& in futuro redimis à pœnis : quæ illis inq̃ aĩa ipſis internis labŷs exultat,qbus tacitè ad deũ clamat: vel,[quã red.]magno & ſumptuoſo precio.ſ.ſanguine tuo.Nec ſolũ aĩa mea ad deũ exultabit. [Sed & lingua mea].ſ. corporis [tota die].i.cõtinuè [meditabitur].i. ex meditatione cordis confitebitur,& meditatam loquetur [iuſtitiã tuã] .i. qualiter aĩa mea ꝑ te redẽpta ſit, & iuſtificata nullis meis prçcedẽtibus meritis,ſed ſola gratuita tua mĩa. Et hoc faciam [cũ cõfuſi & reueriti fuerint,q quærũt mala mihi].ſ. dęmones,qui tũc cõfunduntur,cũ homo ad pœnitẽtiã ſe præparat.Reuerentur autem & timent,cum fortiter perſeuerat,& tenta-

tiones ſuperat.

PSALMVS LXXI.

In hoc pſalmo propheta agit de Chriſti regno ac iudiciariã poteſtate & iudicio. Propheta ergo ad patrem loquens, Chriſtũ orandum eſſe prophetat, ac dicit:

DEus] pater [iudiciũ tuũ regi da] .i. da iudiciariã poteſtatẽ Chriſto, qui eſt rex regũ [& iuſtitiam tuã] .i. poteſtatis p̃dictę executionẽ. ſ. executionẽ iudicij tui, eidẽ [filio regis] Chriſto, q ſecũdũ deitatẽ filius eſt regis ęterni. ſ. patris, & ſecũdũ humanitatẽ eſt filius regis Dauid. Et ſic factũ eſt. Pater enĩ nõ iudicat quenq̃, ſed omne iudiciũ dedit filio. Nõ quin tota trinitas ſimul cũ autoritate iudicet: ſed quia ſolius filij perſona, ſecũdũ humanitatẽ ab oĩbus in iudicio videbitur, in qua iudicatꝰ fuit corã Pilato. Apparuit tamẽ corã eo in natura paſſibili, ſed in iudicio apparebit in forma glorioſa. Da inq̃ iudiciũ [Iudicare] .i. ad iudicãdũ, & vt actu iudicet [populũ tuũ] .ſ. chriſtianũ, q & eiꝰ eſt [in iuſtitia] & iuſtè reddẽdo ei ſecũdũ merita [& pauperes tuos] ſpũ. ſ. humiles [in iudicio] iuſto, vt ꝓ abiectione quã ſuſtinẽt in p̃ſenti, recipiãt exaltationem & honorẽ in futuro. [Suſcipiãt mõtes] .i. angeli ſancti, à terra ſubleuati [pacẽ] p̃dicandã & nũciãdã [populo] fideli, q̃d fecerũt in natiuitate Chriſti, laudãtes deũ, & dicẽtes: Gloria in excel. d. & in ter. pax etc. [& colles] .i. apoſtoli, alijq; diſcipuli, ſuſcipiãt [iuſtitiã] .i. legem euãgelicã, in qua cõſiſtit iuſtitia, vt dicit apoſtolus: qa apoſtoli accepeũt mãdatũ à dño de ꝓmulgatione legis euãgelicæ. Orauit primo ꝓpheta vt daret Chriſto regi iudiciũ, deinde affirmat ꝙ ꝓphetia ſua erit in effectu adimplẽda. Nã] Iudicabit] filiꝰ rex [pauperes populi] .i. veros & ſp̃uales pauperes, qui ꝓ acqrẽda beatitudine pauperes fiunt, diſcernet ab alijs [& ſaluos faciet] & hoc dãdo gratiã in p̃ſenti, & in futuro dãdo gloriã [filios pauperũ] i. imitatores Chriſti & apoſtolorũ, q pauperes fuerunt, q̃s oẽs ſic iudicabit dñs, vt ſaluos faciat [& humiliabit calũniatorẽ] .ſ. diabolũ, q eſt iniuſtus accuſator fratrũ noſtrorũ. Humiliauit eundẽ ipſum

ſum dñs in cruce:humiliat quotidie in mẽbris ſuis dũ pœnitẽtiã agũt, humiliabit in iudicio futuro:vel,[humil.cal.].i.Antichriſtũ qui aduerſabitur eccleſiæ,quẽ dñs Ieſus interficiet ſp.oris ſui.[Et ꝑmanebit]deuicto calũniatore ipſe fili⁹[cũ ſole] .i.cũ patre,& cũ paterna claritate,ſedẽs ad dexterã patris inæternũ [& ante lunã]exiſtẽs.i.ante decurſum mortaliũ,quę veluti luna, nũc deceſsione,nũc acceſsione trãſeũt:hoc dicit ne ab ipſo tẽpore videat̃ cœpiſſe [in generatione & generationẽ].i.ſemp. Cõſequẽter,ꝓphetà oſtẽdẽs quomodo iudex iſte & rex prius venerit in mũdũ,ait:[Deſcẽdet] .ſ.Chriſtus in vterũ virginis[ſicut pluuia in vellus].i. vt pluuia leuiter & ſine ſtrepitu abũdãter deſcendit in lanã:ita deus occulta virtute ſuauiter & impceptibiliter,ſed totaliter deſcẽdit in virginẽ.Vellus vel lana cũ accipit & reddit aquã , nõ rũpitur,ſed integra manet: ſic & virgo Maria dũ cõcepit & peperit, integra pmãſit.Hiero.Vellus cũ ſit de corpore,neſcit corporis paſſiões:ſic beata virgo immunis fuit ab omni immũditia.Et qa de plenitudine eius , nos oẽs accepim⁹:aptè ſubiũctũ eſt[& ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſup terrã].i.ſicut guttę particulariter ſtillãtes in modũ roris,ſumma leuitate,cadũt ſup terrã, & eã fœcũdãt : ſic de⁹ leuiter in aridã terrã cordis noſtri deſcẽdẽs , eã gratiarũ ſuarum ſtillicidijs fœcũdauit, & eccleſiã diuerſis gratiarũ generib⁹,perfudit. Deinde oſtẽdit quãta vtilitas ex aduẽtu Chriſti futura ſit,d:[Orief̃ in dieb⁹ ei⁹].i. regis Chriſti .ſ.tẽpore gratię[iuſtitia] quæ eſt ex fide,& qua iuſt⁹ ex fide viuit.i.gratia fidei,qua iuſtificãtur electi[& abundãtia pacis] qa pax inter deũ & hoĩem facta eſt.Et hęc pax perſeuerabit in ſanctis [donec auferatur luna].i. vſq; ingternũ:hęc pax cõſiſtit in trãquillitate cõſciẽtię, qua nunq̃ deſtituunt̃ iuſti, cui ſuccedit pax cæleſtis, quę exſuperat oẽm ſenſum,atq; ſic manet ęternaliter, ſicut luna eſt incorruptibilis . Deinde oſtendit amplitudinem regni Chriſti cum ſubiungit : [Et dñabitur à mari vſq; ad mare,] id eſt , ſuper omnem terram mari

circũdatã: qa in oibus terris aliquot fuerũt qui receperũt fidem Chriſti[& à flumine] Iordane in quo baptiſabitur: ac vbi incepit dominari, dicẽte patre: Hic eſt filius m.ip.audite: vel, [à flumine].ſ. paradiſi terreſtris [vſq; ad terminos orbis terrarũ] circũquaq; in circuitu totius orbis, nẽpe cũ euangeliũ in oẽs partes mũdi prædicabitur, & eccleſia vbiq; diffundetur. [Corã illo procidẽt] fidẽ eius deuotè recipiendo, & eũ humiliter adorãdo. [Æthiopes].i. qui peccatis denigrati ſunt.ſ. gẽtes, quæ dealbabũtur cãdore virtutũ[& inimci ei⁹] veritati prius reſiſtẽtes: & idolatræ[terram lingent].i. adorabũt eũ, proſternentes ſe ad terrã, & oſculãtes eã, tanq̃ puluerẽ ei⁹ lingerẽt. [Reges Tarſis & Inſulę munera offerẽt, reges Arabũ & Saba dona adducẽt] quod impletũ fuit, cũ reges venerũt adoratũ Chriſtũ cum muneribus, nõ fuerũt ex his prouincĳs quę deſcribũtur, atq; ſignificarunt gẽtes, quæ illũ adoraturæ eſſent: vnde ſequitur, [Et adorabunt eũ oẽs reges terræ].i. aliquot ex regib⁹, ſeu ex omni genere regũ. Et qui nõ modò ſaltẽ adorabũt in iudicio. Et[oẽs gẽtes].i. aliq ex gentibus[ſeruiẽt ei] videlicet cæleſti regi fide & opere. Et merito venerabũtur Chriſtũ regẽ. [Quia liberabit pauperẽ] ſpũ[à potente] de ſe p̃ſumẽte.i. populũ fidelẽ à poteſtate diaboli. Et determinat quẽ pauperẽ, d:[& pauperẽ] tã deſolatũ & miſerũ[cui nõ erat adiutor] quia nec homo iuſtus, nec angelus, nec lex, nec liberũ arbitriũ, poterat eũ liberare, niſi ille leo de tribu Iuda.ſ. Chriſt⁹. Deinde oſtẽdit quomodo liberabit: qa [Parcet pauperi & inopi].i. nõ de ſe, ſed de gratia cõfidẽti. Pauper eſt, q nihil habet: inopes ſunt, q alterius ope indigent: & ſic genus humanũ paup erat & inops, hũc pauperẽ & inopẽ virtutibus & bonis operibus vacuũ, nõ dãnabit rex pius, ſed parcet relaxãdo pœnã, & dimittẽdo culpã[&] ſic[aĩas pauperũ].i. humiliũ[ſaluas faciet] dãdo eis gratiã declinãdi à malo, & faciẽdi bonũ: vel[aĩas pa.ſ.fa.] in futuro, atq; ſic nõ ſolũ parcet eis in præſenti. Deinde oſtendit quomodo ſaluas

faciet,d:[Ex vſuris].i.æternis pœnis[& iniquitate].i. ipſo peccato quod pœnis luendũ erat [redimet]ꝑcio ſanguinis ſui[aĩas eorũ].ſ.pauperũ ſpiritu. Et dicũtur pœnę vſurę: qa plus exigitur in pœna,q̃ recipiatur vel cõmittatur in culpa.ſ.extenſiuè, Greg. Momentaneũ eſt quod delectat,ſed æternũ quod cruciat. At ſuſpicaretur fortaſsis aliquis poſt redẽptionẽ illũ habiturum eos deſpectui, velut ſeruos empticeos : ideo addit,[& honorabile]eſt & erit [nomẽ eorũ]quo à Chriſto dicũtur chriſtiani[corã illo]& ſi coram malis habeatur deſpicabile, qa vocabunt eos pa. ſ.red.à dño. Et q̃uis morte ſua redimat pauperẽ:tamẽ[Et] poſt mortẽ[viuet]ęternaliter ſine fine. Mortuus autem vt homo,viuit autẽ vt deus: [& dabitur ei de auro Arabię].i.offerentur ei mẽtes puritate tanq̃ aurũ Arabicũ,ſplẽdore pulcherrimo rutilãtes, vel ad literã,dederunt ei Magi aurũ ex Arabia cũ thure & myrrha, Math.2. [& adorabunt de ipſo]habẽdo vel cõſequendo[ſemper].ſ.ob eã cauſam adorabũt & laborabunt,nẽpe vt ipſum habeãt. Adorare enim ſecũdũ ethimologiã noĩs, eſt toto corde deo adhærere,& hoc eſt ipſum quærere[tota die].i.aſsiduè, & quãta ſedulitate fieri poterit [benedicẽt ei].i.toto tẽpore vitæ ſuæ viuẽt ad honorem & laudem eius. Per bonã enim vitã ſanctorũ,benedicitur de⁹:& malã vitã chriſtianorũ,blaſphematur deus. Et meritò benedicẽt,qa ipſe[Erit firmamẽtũ in ſummis mõtiũ].i.in Apoſtolis,et in alĳs ſanctis:quia per eũ erũt firmi. Et hoc[in terra] iſta atq; in hac vita,quę tentationibus abũdat [ſuperextolletur ſuper libanũ] .i.ſuper omnẽ altitudinem ſeu cãdorẽ et dignitatẽ ſęculi[fructus eius].i. boni, et amatores Chriſti:qa ſæcularia quæq; cõtemnũt et mundi nitorem,et ad ęternã claritatẽ aſpirant[et florebunt]virtutibus,et bonis operibus. Ipſi ſancti exiſtẽtes [de ciuitate] dei.i.eccleſia,quæ propterea dicitur ciuitas,quod ſit chriſtianorũ vnitas:vel,[florebunt] gratiſsimè in futuro [ſicut fœnum].i.herba [terræ] viret & floret,ac grata eſt in

æſtate

æſtate.Nō enim ætas fœni, ſed viriditas ſanctis cōparatur.Et ꝓpter hæc oīa beneficia,[Sit nomen eius benedictū in ſęcula].i.fama & gloria noīs eius quātū fieri poteſt apud hoīes,ꝓpagetur,& magis ac magis magnificetur hic & inæternū.Meritò aūt laudādū eſt,qm̄ etiā[ante ſolē].i.anteq̄ ſol fieret,vel alię creaturę,quę ſole illuſtrātur.i.inæternum [permanet nomen eius] qa ab ęterno eſt nomē Chriſti ſecundū diuinitatē.[Et benedicētur in ipſo] dño Ieſu Chriſto [oēs tribus terræ].i.oēs gentes,ſicut Abrahæ promiſſum eſt.i. inſignētur cariſmatibus & donis gratiæ. Benedictio enī ſumitur pro munere: vnde Geneſ.22.dñs ad Abrahā: In ſemine tuo ben.etc.Et[oēs gētes magnificabūt eū] ipſum laudādo,& magnū cōfitēdo.Et ꝓ his beneficijs [Benedictus]ſit[dñs deus Iſrael].i. videntiū ſe per fidē .ſ. populi chriſtiani [qui facit mirabilia ſolus] cū autoritate & poteſtate magna : qa q̄cunq; aliꝰ fecerit, nō ipſe per ſe,ſed dñs in illo ſeu per illū facit.[Et benedictū] ſit [nomen maieſtatis eius] .i.gloria diuinitatis quouis noīe maior[inęternū]ſ.in hoc ſęculo,& in futuro:qa angeli & hoīes ſancti æternaliter laudabūt eū [& replebitur]hac[maieſtate eius].i. ipſius illuſtratione[oīs terra]& tota eccleſia,tūc nempe cū miſſus eſt ſpiritus ſanctus,repleuit orbem terrarū:& cum facta fuerunt miracula per ſanctos, qui oſtendunt diuinam potentiā.Et ex his oībus benedictus ſit deus[fiat fiat] q.d:Quod iuſsiſti dñe,id fiat:qa quod valdè deſiderat, ideò ingeminat:vel,[Et bene.no. ma.e.]quo iudicabit,Math.24.Tūc videbūt fi.h. Et ꝑ hoc cōmēdat eū à poteſtate iudiciaria,quā in principio pſalmi illi dādū eſſe cupiebat. Et hoc [inæternum & rep.ma.e.o. terra]quia omnibus innoteſcet ipſius maieſtas : quia ſicut dicitur Math.24: Sicut fulgur exit, etc.

PSALMVS LXXII.

In hoc pſalmo propheta oſtēdit bonitatē diuinæ prouidētiæ, quæ ſuauiter & rationabiliter diſponit omnia, licet infirmis & adhuc carnalibus contrarium uideatur, eo quod uideant frequenter

quenter malos proſperari, & iuſtos ac bonos multipliciter tribulari. Dicit ergo primo in pſona eccleſiæ, uel cuiuſlibet fidelis:

QVã bonus].i.valdè bonus & ſuauis eſt [Iſrael] .ſ.fideliũ [deus his qui recto ſunt corde].i.his qui deũ proponũt ſibi ſummũ bonũ, et his q̃ nõ habẽt cor ad res terrenas defixũ, ſic vt per oĩa placeat eis deus, qui in oĩbus eſt iuſtus. Sed ecõtra videtur infirmis diuerſum: qa nõ ſentiũt dulcedinẽ diuinæ bonitatis: vnde in perſona ipſorũ, dicit ꝓpheta: [Mei aũt penè].i.ferè [moti ſunt pedes].i.animi affectus, ad errandũ & malè ſentiendũ de bonitate diuinæ prouidentię [penè effuſi ſunt] & in lapſum præcipitati [greſſus mei].i.opera & actus. Et hoc ideo [Quia zelaui ſuper iniquos].i.accenſus fui quadã cõcupiſcentia praua ad ſequẽdũ eos, [pacẽ] & proſperitatẽ tẽporalẽ [peccatorũ] & iniquorũ [videns] & cauſam nõ intelligẽs. Sed ecce iã video, cur hac pace nõ deſtituãtur peccatores. [Quia nõ eſt reſpectus] mĩæ dei [morti eorũ].i.deus nõ ſic agit cũ illis, vt puniat eos in pręſenti, & liberet à morte æterna, vel à morte peccati, ſanãs vulnera eorũ: vnde addit, [&] nõ eſt [firmamẽtum].i. aliquod pœnitentię & ſalutis remedium [in plaga].i. in culpa [eorũ,] qa non reſpicit deus, nec miſeretur, vt ſanet plagas & peccata eorũ: vel, [& firma. in pla. eo.] .i.firmum erit flagellum eorum, nõ tẽporale, ſed æternum. Atq; ita [In labore] & afflictione [hoĩm] .ſ.ſanctorum & iuſtorũ ratione vtẽtium [nõ ſunt] nec tribulãtur, ſed nec laborãt pro futuris bonis, ſed fruuntur quiete tẽporali [& cum hoĩbus] iuſtis, & dei filijs, [nõ flagellabuntur] flagello filiorum per correctionẽ in hoc ſæculo: ſed cum dæmonibus per dãnationem in inferno. Auguſt. Qui exceptus eſt à numero flagellorum, exceptus erit à numero filiorum. Et beatus Gregor. dicit, quod continuum ſucceſſum temporalium proſperitatũ, certum eſſe æternæ reprobationis iudicium. Et quia ſic eis omnia proſperè cædũt, [Ideo tenuit eos ſuperbia] quia talis proſperitas frequenter dat

ter dat occaſionẽ ſuperbiẽdi. Et tãq̃ ſubmerſi[operti ſunt] vndiq; et oĩo pleni [iniqtate]quãtũ ad proximũ[et impietate ſua]quantũ ad deũ.Quia ſicut pietas ſignificat dei cultũ,ſic impietas ei⁹ oppoſitũ.[Prodijt] et exijt[quaſi ex adipe].i. ex diuitiarũ pinguedine,quę præſtant fomentũ ad oĩa vitia[iniquitas eorum]ſunt enim mali ex voluntate,nõ neceſsitate [tranſierunt]à via recta,à vitio in vitiũ ruentes [in affectũ] et deſiderium[cordis]ad implendũ,vt peragerẽt quicquid cor eorũ prauũ ſibi proponeret,eũtes poſt cõcupiſcentias ſuas. Et hoc nõ quaſi imprudẽtes eſſent,fecerũt:quia [Cogitauerunt]prius[et]poſtea[locuti ſunt]ad alios docendos[nequitiã]ſuã:quia ex abundãtia cordis,os loquitur[iniquitatem in excelſo].i.cõtra excelſum.ſ. deũ[locuti ſunt] blaſphemãtes eũ. [Poſuerunt in cælũ os ſuũ] ſuperba contra deũ loquendo,dicentes,deũ neſcire mala quæ ipſi agerent,vel ſaltẽ non punire[et lingua eorũ tranſiuit]et deambulauit [in terra] malè loquendo cõtra proximũ:vel,[ling.e.trã.in terra]cõtempto totius cęli dño,ſeipſos in hac vita extollẽdo, quicquid loquerentur,referebant ad res terrenas,fœlicitatem in eis cõſtituebant. [Ideo]hoc conſiderato, nempe tãta mala ex proſperis euenire [cõuertetur]ex cõſideratione taliũ ad veritatẽ ad deũ[populus meus] infirmus, qui prius à veritate deuiauit [hic].i. in hoc ſeculo dũ ſunt dies ſalutis[et dies pleni] ad indulgentiã,ad mĩam,ad gratiã[inuenientur in eis]ad iſtũ modum cõuerſis,vel in conuerſis hic apud deũ inuenientur in futuro,dies pleni beatitudine,pleni æternitate. [Et dixerũt].ſ.cogitãdo [quomodo ſit deus?].i.vnde iſtud quod dicãt illũ ſcire iſta?.ſ.ꝙ boni ita tribulãtur, & mali proſperãtur[et ſi eſt ſcientia] rerũ humanarũ [in excelſo].ſ.in deo,q.d: Si ad hęc ꝓſpiceret dei prouidentia,quomodo permitteret fieri talia?Quia[Ecce ipſi peccatores et abundãtes in ſæculo].i.in malis huius ſęculi, vel illi qui ambiũt dignitates temporaneas [obtinuerunt diuitias]multas:vnde veniunt corporales de-

les deliciæ.[Et dixi]ego exercitatus in iuſtitia,cōcludens ex prædictis,ergo [ſine cauſa].i.fruſtra[iuſtificaui cor meū]cauēdo à peccato cordis[&] ſine cauſa[laui].i.mundaui à praua operatione[inter innocētes].i. cū innocentibus [manus meas].i.actiones, vt mūdus eſſem à peccato operis.Ego vnde viuo & egeo,ille peccat,& abundat.[Et]ſine cauſa[fui flagellatus tota die] .i.quaſi cōtinuè. Frequēter enim iuſti ſunt in afflictione[& caſtigatio mea]de perpetratis malis,ſi in aliquo offendiſſem,fuit[in matutinis].i.ſine mora & cito adhibita .Sed quia iuſti & electi frequenter ſunt afflicti in hac vita vt magnitudinē præmij cōſequantur in futuro,ſubditur:[Si dicebā narrabo ſic] .i. ſequar iſtam opinionē,expetēdo cū peccatoribus temporalē proſperitatē[ecce nationē filiorū tuorū].ſ.ſanctorū & iuſtorū,qui ſunt filij tui per gratiā [reprobaui] quia ipſi contēpſerūt terrena & patienter ſuſtinuerunt aduerſa. propter pmiū in futura vita exoluēdū. Et ideo ne reprobarē filios tuos,[Exiſtimabā].i.cogitabā ſtudioſè & laborabā[vt cognoſcerē] huius rei veritatē & cauſam , illud nēpe , cur in hac vita cū malis tam proſperè agatur,& affligantur boni.Et[hoc]cognoſcere[labor eſt ante me]ſuperat enim facultatem ingenij mei, nec poſſum ad hanc veritatē , niſi deus aperiat aſpirare:vnde rectè ſubiungitur, [Donec intrem in ſanctuariū dei].i.ad intelligētiā ſacræ ſcripturæ diuinitus reuelatæ,quæ ſanctuariū dicitur,qa ſic deus p eā loqtur, perinde ac in ſanctuario reſpōſa diuinitus olim dabātur: vel, [Donec intrem in ſanctuariū dei] .i. in cælū, vbi hæc oīa plenè elucidabuntur : quia ſi vel attingas ſolū iudicia dei, ſilentiū imponere debes tuæ loquacitati[& intelligā] .i. intellectū meū figā [in nouiſsimis eorū] tam bonorū ꝙ malorū.ſ. quid malis & bonis ſeruetur in fine.Ibunt enim mali in ſuppliciū ęternū, iuſti autē in vitā æternā.Et de punitiōe malorū,& quid iuſti recepturi ſint poſt hanc vitā , ſacra ſcriptura in vtroq; teſtamento apertè loquitur . Nouiſsima

homi-

hoĩm ſunt, vita æterna, & mors æterna: quæ duo, homini ſunt maximopere pẽſitãda, & habẽda in memoria. Vnde iã intelligẽs ob quã rẽ malis data ſunt bona, ſubiũgit: [Verũtamẽ] tãtũ laboraui vt didicerĩ. ſ. ꝙ [ꝓpter dolos] q̃s ſtruũt alijs [poſuiſti eis]. ſ. iſta tẽporalia ad tẽpus cõceſsiſti eis, vt. ſ. exigẽtibus peccatis & dolis eorũ, bona q̃dẽ habeãt p̃ſentia, & futuris tamẽ priuẽtur, [deieciſti eos] interius [dũ alleuarẽtur] exteri'. i. in eo ipſo ꝙ alleuãtur: q̃a talis eleuatio ſeu elatio, caſus eſt. Superbiũt exterius, excęcãtur interius: vel, [Verun. prop. do.] q̃bus defraudauerũt, & afflixerũt innocentes & iuſtos [po. eis]. ſ. finẽ, ꝓſperitatis temporalis, euocãdo eos à vita p̃ſenti. Et ſæpe [deie. e.] ab altitudine ſuæ ſuꝑbiæ [dũ alle.]. i. dũ adhuc eſſent cõſtituti in ipſo fœlicitatis gradu, vt patet ex anthioco illuſtri, & alijs. [Quomodo facti ſunt in deſolationẽ] ab oĩbus rebus deſerti, nẽpe mortui [ſubitò defecerũt] à p̃ſenti vita [perierũt] æternaliter [ꝓpter iniq̃tatẽ ſuã] q̃a mortui ſunt in finali impœnitẽtia [Velut ſomniũ ſurgẽtiũ] à ſomno deficit: q̃a imago in ſomno viſa, ſubitò euaneſcit. Sic ô [dñe in ciuitate tua]. i. in cæleſti Hieruſalẽ [imaginẽ ipſorũ]. i. gloriã & fœlicitatẽ tẽporalẽ, q̃ ipſi vehemẽter exoptãt, q̃ q̃dẽ nõ ſit vera gloria, ſed q̃ velit ei ſe aliq̃ pacto inſinuare [ad nihilũ rediges] excludẽdo eos cũ ſua imagine ab ipſa ciuitate, ſic vt tã vera gloria & beatitudo q̃ eius imago & ſimilitudo ab eis deficiat. Ita q̃dẽ cõtinget impijs, ſed ſpero me fore immunẽ, q tẽporalia cõtẽnem. [Quia inflãmatũ eſt cor meũ]. i. amore dei, & ęternorũ, igneq; ſancti ſ. accẽſum [& renes mei]. i. carnales affect' & delectatiões [cõmutati ſunt] in ſpirituales affectus & ablatę delectatiões: q̃a dei amor, carnalẽ cõſumit voluptatẽ: [& ego ad nihilũ redactus ſum] dũ meipſum cõtẽplarer, nihil me eſſe reputaui [& neſciui]. i. ꝓ neſciẽte & ſtulto, me habui. [Vt iumentũ factus ſum apud te]. i. ſi ſcientiã tuã infinitã reſpiciã, imò quę magis excedat cognitionẽ humanã, quã humana brutalẽ: vel, [Vt iu. fa. ſ. a. te]. i. manſuetũ

me reddidiſti ad obediendũ tibi,& portãdũ onus tuũ, [& ego ſemper tecũ]ero, & firmiter perſeuerabo. Et hoc:qa[Tenuiſti manũ dexterã meã].i.me ad bona opera,imò & ipſa opera mea direxiſti. Manũ ſuã vocat, opera:dexterã aũt,,ꝓpter ęternã vitã,in cuiꝰ gratiã hęc operetur[&]me poſitũ[in volũtate tua] implenda,vt nihil vnq̃ faciã præter id quod voles[deduxiſti me]de virtute in virtutẽ:ne aberrarẽ[&] tãdẽ[cũ gloria] immortalitatis[ſuſcepiſti].i.ſuſcipies[me]in ratiõe:vel, [ſuſce.me].i.ſuſcipies de p̄ſenti miſeria, ad vitã beatã me transferendo. Fœlix eſt illa aĩa,quæ voluntati dei ſemper eſt ſubdita,vt vnũ illud velit,quod vult deus: ducturus eſt enĩ dñs talem aĩam in gloriã ſuã,quã admiratur,dicens:[Quid enĩ]& quãtũ pręmiũ[mihi eſt] paratũ[in cælo?]& ꝓmiſſum,q.d:Immenſum & ineffabile eſt,nimirũ tu ipſe. Et æſtuãs mentem ad fœlicitatem illã cæleſtẽ dirigit, & arguit ſe, q̃d terrena deſiderauerit,d:[& à te q.d]aliud vile[volui] & deſideraui [ſuper terrã] vt aliquid magnũ eſſet:vel,[Quid enĩ m. eſt in cę.& à te q.v. ſup terrã?]q.d: Nec in cælo,nec in terra,eſt aliqua creatura,quę mihi ſufficiat ad beatitudinẽ meã,quę cõſiſtit obiectiuè in ſolo deo,qui eſt bonitatis infinitæ:ideo ſubdit, [Defecit caro mea & cor meũ]in cõſideratiõe bonitatis tuę, q̃ nõ poteſt cõprehẽdi à finita virtute:vel,[Defecit]ꝓpter tui deſideriũ, & qa tãtũ p̄miũ expecto in cælo[caro mea].i.carnalis opatio exterior [& cor meũ].i.mala affectio interior. Et ideo factꝰ eſt[deꝰ cordis mei]poſſeſſor, dũ tẽporaliter viuo[&]poſtea erit[pars]& hęreditas[mea deꝰ]nõ ad tẽpus,ſed [in æternũ]qa nunq̃ ab eo ſeparabor, ſed ſemp cũ eo ero. Idcirco aũt te vt partẽ & hæreditatem meã elegi ô deꝰ[Quia ecce].i.manifeſtũ eſt,ꝙ[q elõgãt ſe à te]ꝑ pc̃tm̃ mortale. Nihil enĩ eſt, q̃d magis elõgat hoĩem à deo,quã mortale pc̃tm̃ [peribũt]in ęternũ,ac verũ eſſe,ꝓdẽt. Quia tu[ꝑdidiſti].i.ꝑdes, vel in p̄finitione tua,iã perdidiſti[omnes qui fornicantur]corporali fornicatione, vel ſpirituali.ſ. infidelitatis, vel etiam cuiuſli-

cuiuſlibet peccati mortalis. Oīs enī illicita cōiunctio, dici poteſt fornicatio[abs te]ſupple abſtractus et illectus ab iſtis tēporalibus,ac diligēdo creaturā pro creatore. Illi ergo quia deſeruerunt deum,perierūt.[Mihi aūt] nō elongari,ſed[adhærere]nō temporalibus,ſed [deo]modo in præſenti per voluntatē,fidē & charitatem[bonū eſt]qa hoc vnū bonū meū reputo,& in futuro perſpeciē,nihil enī melius eſt, ꝙ videre deū facie ad faciem. Et bonū eſt mihi quādiu in peregrinatione ꝓſenti ſū[ponere in dn̄o deo]nō in creatura[ſpē meā] per certā futuræ beatitudinis expectationē. Spes enī eſt certa futuræ beatitudinis expectatio, ex gratia & meritis proueniēs. Eo aūt pertinet hoc bonū.[Vt]interi[annūciē oēs ꝑdicationes tuas].i. vt ꝑdicem aliis oīa,quæ de te ſunt ꝑdicanda ad tuā gloriā & eorū vtilitatem. Et hoc[in portis filiæ Syon].i.in publico eccleſiæ militantis, quæ eſt filia Syon.i.ſpeculationis.ſ. eccleſiæ triūphantis:vel,[in portis fi.Sy.].i. in virtutibus. Portæ enim ſunt virtutes aīæ,per quas fit acceſſus in eccleſia,& itur ad cæleſtem Hieruſalem. In portis ergo prædicat, cuius vox cōſumitur in virtutibus prædicandis,& cuius ſermonem vitam cōmendat.

PSALMVS LXXIII.

In hoc pſalmo propheta orat ut populus Iſraeliticus liberetur a captiuitate duriſſima, allegas priſtinam dei amicitiam,& populi miſeriā:uel moraliter, eſt oratio eccleſiæ pro liberatione populi catholici,qui ſæpius detinetur per dæmones in captiuitate peccati. Et ad hoc litera faciliter applicatur. Dicit ergo:

VT quid].i.quare ô[deus repuliſti].ſ.populū Iſrael quaſi alienū à te[in finē].i. quaſi funditus, & oīo[iratus eſt furor tuus] vt ꝗdem nobis hominibus videtur [ſuꝑ oues paſcuæ tuę].i.ſuꝑ populū tuū Iſrael, quē velut bonus paſtor per deſertū duxiſti, & māna pauiſti: ac deinde in terra lacte & melle abūdante collocaſti. [Memor eſto cōgregationis tuæ].i. populi Iſraelitici[quē poſſediſti ab initio]illius populi.ſ.à tēpore patriarcharū, quos primitus elegiſti, qui

erant

erāt initiū eius, à quibus nomē ſumpſit,& originē.Et ideo etiā memor eſto:qa[Redemiſti]ab Ægypto[virgā].i.ſceptrū,imperiū,dn̄ationem[hęreditatis tuę].i. populi Iſrael, quē tanq̄ hæreditatē vendicas tibi:quæ virga vel hæreditas eſt[mōs Syon]ibi enī collocata erat ciuitas eorū Hieruſalē,ibi populus & caput regni, ibi tēplū & ſacrificia, & oīa illa quæ Chriſtū venturū ꝓmittebāt[in quo habitaſti] ô Chriſte.i. p̄ſentiā tuā oſtendiſti:qa ibi p̄ſentia hoīs Chriſti habitauit[in eo] .ſ.exiſtēs & manēs ſpecialius ꝑ gratiā. Et quia tāta beneficia feciſti huic populo ô deus[Leua man⁹ tuas].i. virtutē tuæ poteſtatis exerce: quia in deo nō habēt locū lineamēta corporis[in ſupbias eorū]à quib⁹ euerſa eſt Hieruſalē.ſ.gentiliū [in finē].ſ.cōſumptiōis,vt ſuperbias eorū finaliter & penit⁹ deſtruas. Et vide[quāta malignatus eſt inimic⁹].ſ.Rex Babylonis cū cohorte ſua[iu ſancto].i.in templo diuino cultui deputato. [Et]inſup[gloriati ſunt]tāquā feciſſent hęc ꝓpria virtute,cū tamē à te hoc permiſſum fuerit ad populi correctionē[qui oderūt te].ſ.Babylonij idolatræ.Et hoc [in medio ſolēnitatis tuæ].i.in Hieruſalē in qua cōueniebāt Iudęi ter in anno ad celebrādum ſolēnitatē dn̄i. [Poſuerunt ſigna ſua] quibus vtebātur in p̄lijs [ſigna] .ſ.manifeſtæ captionis & victoriæ, ſicut capta ciuitate ſolent erigi[& nō cognouerunt].ſ.Chaldæi qui hæc fecerāt,quod propter peccata populi, victoriā reportaſſent: ſed attribuebāt ſuis viribus. Poſuerunt in quā ſigna[ſicut in exitū] belli adepta victoria ponuntur, [ſuper ſummū].i.ſuper turres & loca ardua,in ſignum victoriæ.Et omni verecūdia poſtpoſita.[Quaſi in ſylua lignorum exciderunt ianuas eius].ſ.ciuitatis & tēpli vt pateret oībus liber ingreſſus [in idipſum].i. vnanimiter & cōcorditer[in ſecuri] ad excidendum[& aſcia].i.dolabra ad cōminuendū[deiecerunt eā].ſ.ciuitatē et domum dei. [Incenderunt igni]quod enī nō poterat excidi,cōbuſtum eſt[ſanctuarium tuum].i.tēplum nomini tuo dedicatum[in terra].i.vſq; ad terrā

deijciētes ipſa culmina ad laudē dei erecta [polluerūt tabernaculū noīs tui.] Nā capto tēplo, immolauerūt idolis ſuis, referētes illis victoriā acceptā. Ideo autem hæc oīa fecerunt: qa [Dixerunt in corde ſuo cognatio eorū ſimul] .i. tota hoſtiū multitudo. Dixerunt inq̄ iſtud [qeſcere faciam⁹ oēs dies feſtos dei à terra] i. cultū quo vtuntur Hebræi, aboleamus vt amplius in terra nō ſit gloria noīs eius. Hucuſq; oſtēſum fuit quāta ab hoſtib⁹ illata ſint mala, poſt oſtēdit q̄ ab ipſo deo ſubtracta ſint eis beneficia, d: [Signa noſtra nō vidimus] .i. ſigna diuinæ miſerationis erga nos nō accepimus, quibus deū nobis eſſe propitiū cognoſcere ſolebam⁹ [iam nō eſt propheta] aliquis qui bona nobis futura p̄nuntiet, & cōſolādo nos, recreet: [& nos nō cognoſcet amplius] deus, vt liberet, & à malis reducat. Videtur enim oīno noſtri eſſe oblitus. Tantis ergo afflictus malis apud dn̄m ingemiſcēs, ait: [Vſquequo] .i. quādiu ô [deus improperabit inimicus] nobis .ſ. populus gētilis, gloriādo propter ſubuerſam ciuitatē & tēplū, atq; dicēdo, quod nō ſis verus deus. In quo [irritat aduerſarius nomē tuū in finē] .i. perpetuo blaſphemādo. [Vt quid] .i. quare [auertis manū tuā & dexterā tuā] .i. virtutē & ꝓtectionē tuā qua vti ſoles [de medio ſinu tuo in finē?] .i. tādiu, nō liberādo populū tuū. Tūc enī dn̄s quaſi in ſinu manū habet, quā nō percutit delinquentes, tūc aūt extrahit, quādo eos percutit. Deinde propheta reuocat ſe ad p̄dicandū de ſalute vniuerſali humani generis, d: [Deus aūt] .ſ. Chriſtus [rex noſter] qa ipſe eſt rex regū & do. domi. Qui eſt [ante ſecula] quia in principio erat verbū [operatus eſt ſalutē] humani generis, in incarnatiōe, p̄dicatione, & paſsione ſua [in medio terræ] .i. apud quoſlibet: vel, [in med. terræ] .ſ. in Hieruſalē, quæ eſt in medio climate, qa deus ibi factus eſt homo, & crucifixus pro ſalute totius mūdi. Et cōuertēs ſermonē ad ſaluatorē, oſtēdit modū ſaluationis: qa [Tu] ô Chriſte [cōfirmaſti in virtute tua] .i. in potentia tua, vel in fide noīs tui [mare] .i. gētes ne defluerent

fluerent in vitia. Et tu [cõtribulaſti capita draconũ.i. cõminuiſti,& ſubieciſti p̃cipua vitia & peccata doloſorũ ſpirituũ,quæ ab eis infliguntur ſanctis aĩabus [in aquis]baptiſmi, cũ aĩas quas illi peccatorũ ſordibus inquinãt,ſalutaris vnda mundat.Et[Tu]etiã[cõfregiſti capita].i. poteſtates & prauas ſuggeſtiones [draconis].i.principis dæmoniorũ vt nihil penitus poſſet in hoĩem baptiſatũ:& ſic operatus eſt rex noſter ſalutẽ in medio terræ,quæ prius corrupta erat taliũ hoſtiũ inuaſione.Et[dediſti eũ].ſ.dracone & diabolũ[eſcã populis Æthiopũ].i.oĩm gentiũ. Ipſi enĩ vocati ſunt ad fidẽ,qui prius fuerãt cũ ſordibus denigrati peccatis,cũ tãta fide muniti ſunt,mordẽt diabolũ,redarguẽdo,accuſando,maledicẽdo,hoc aũt ſic factũ eſt: qa[Tu dirupiſti].i.aperuiſti[fontes].ſ. apoſtolos & prędicatores maiores[& torrentes].ſ.p̃dicatores minores,vt emitterẽt liquorẽ ſapiẽtiæ & diuitias fidei , vt irrigarẽt falſitatẽ gentiũ[tu ſiccaſti fluuios Ethan] quod interp̃tatur fortis vel robuſtus, & ſic ſignificabit de ſe,deq; ſua virtute p̃ſumentes.i.inutiles feciſti oẽs doctrinas gentiũ,magorũ,hęreticorũ, & Iudęorũ qui nimiũ ſibi tribuebãt. Et nõ ſolũ ô Chriſte iſta beneficia exhibuiſti, ſed & alia multa vt pote in mũdi creatiõe,dũ[Tuus eſt dies].i.à te creatus[& tua eſt nox] ſimiliter. Hoc probat à cauſa:qa[tu fabricat'es aurorã & ſolẽ].i.tu creaſti ea.Et ex eo ſeqtur , te feciſſe diẽ & noctẽ . Solis enĩ elatio ſuper hemiſperiũ noſtrũ,diẽ efficit . Vergẽs aũt ſol ad inferius hemiſperiũ noctẽ efficit.[Tu feciſti oẽs terminos terræ,]q.d: Nõ ſolũ feciſti hæc & terrã , nec tantũ vnã terrã partẽ,ſed & oẽs plagas terræ,q̃bus terra cõcluditur, etiã terminaſti [æſtatẽ & ver] .i. viciſſitudines tẽporis. Et per hæc duo tẽpora: alia duo etiã intelligũtur.ſ. Autumnus, & hyems [tu plaſmaſti ea] .ſ.tẽpora:vel ſic,[Tuus eſt di.].i.claritas noui teſtamẽti [& tua eſt nox] .i. obſcuritas veteris teſtamenti. Vtrumq; quidẽ à te emanat , vtrumq; te laudat & benedicit[tu fabri. es aurorã & ſolem] .ſ. incipientes,

& pfectos, ſapiētes, & minus ſapiētes. [Tu fe.o.term. terræ] determinas enī gratiā tuā quā das eccleſiæ tuæ ad mēſurā: qa vnuſquiſq; propriū donū habet à deo, alius ſic, & alius ſic: [ęſtatē] .i. feruentē ſpiritu & charitate, [& ver] .i. nouellos in fide & virtutibus [tu pl.ea] ac ſi diceretur: Et perfectos, & nouellos oēs, tu feciſti: nō ergo glorientur quaſi nō acceperint. Deinde & pro ſuis orat, d: [Memor eſto huius] .ſ. cōgregationis tuę, cuius meminit in oratione ſuperius. Et declarās quā cōgregationē intelligat, exponit etiā illius cęcitatem tanq̄ intelligeret & ingemiſceret: ſicq; ꝓ eis orat tanq̄ illorū cōfiteretur errata, cū ſubdit: [inimic⁹] .ſ. populus Iudaicus, [improperauit dño] verbis, dicēs: dęmoniū habes, & multa alia opprobria obiecerunt Iudæi Chriſto [&] idē [populus inſipiēs] futurorū immemor & durę ceruicis [incitauit] .i. exacerbauit ſuper ſe [nomē tuū] qa tot & tāta miracula vidit, nec tamē eſſe deū credidit: & inſuper quē adorare debuerat, occidit. Sed qa quidā erāt credituri, poſtulat pro eis, d: [Ne tradas beſtĳs] .i. malignis ſpiritibus [aīas cōfitentiū tibi] cōfeſsiōe fidei, & laudis [& aīas pauperū tuorū] .i. qui viles & cōtēpti habentur in hoc ſæculo [ne obliuiſcaris in finē] .i. finaliter: ſed eleua eas, ne in peccatis pſeuerent. [Reſpice in teſtamentū tuū] .i. in promiſsionem tuā poſteris factā. Hoc eſt, imple & redde ꝙ promiſiſti & reliquiæ ſaluentur. Et neceſſe eſt vt reſpicias [qa repleti ſunt] iniquitatibus [qui obſcurati ſunt terræ] .i. terra, hoc eſt, amore terrenorum, quæ obſcurant lumen rationis [domibus iniquitatum] .i. cordibus malis & iniqs. [Ne auertatur] à te, & à tua miſericordia: [humilis factus] cōfitendo peccata ſua [cōfuſus] quia ſi auerteret ſe, cōfunderetur, & beſtĳs traderetur. Et ſi nō recedat [pauper & inops] ſpiritu .i. humiles qui nihil in hoc mūdo expetunt, qui ope humana deſtituti ſunt, & à ſolo deo opē quærūt [laudabūt nomē tuum] gratias agēdo, ſeu peccata cōfitēdo. [Exurge dñe iudica cauſam tuā] quā nos cōtra illos q tibi inſultāt & detrahunt,

trahũt,ſuſcepimus defendẽdã. Et[memor eſto impro-
periorũ tuorũ,]quæ vel tu ſuſtinuiſti ꝓ nobis,vel nec
etiã eccleſia ſuſtinet.ſ. [eorum quæ ab inſipiente]po-
pulo[ſunt]facta & fiunt [tota die].i.aſsiduè. Nec enĩ
deerunt qui inſultẽt vſq; in finẽ. [Ne obliuiſcaris vo-
ces inimicorũ tuorũ]te blaſphemãtiũ,tibiq; detrahẽ-
tiũ,q.d:Ne diſsimules te velle iudicare,& punire eos
tanq̃ eorũ oblitus fueris. Et merito hoc debes facere:
qa[ſuperbia eorũ qui te oderũt] regnũ tuũ reſpuẽtes:
[aſcẽdit].i.auget & creſcit[ſemper].i.iugiter & mul-
tipliciter.Dũ enĩ tu differs pœnas,illi in blaſphemias
prorumpunt. PSALMVS LXXIIII.

Pſalmus quæ nos exhortatur ad humilitatẽ, ut diſtrictũ dei iudiciũ euitetur in quo ſuperbi dãnabuntur,& humiles exaltabuntur. Et primo propheta in perſona iuſtorum,dicit:

CONfitebimur]de peccatis ꝑteritis[tibi]pio ad-
iutori[deus]quia tibi ſoli peccauimus [cõfite-
bimur]etiã confeſsione laudis de beneficijs à te
impetratis[& inuocabimus nomẽ tuũ]pro alijs bene-
ficijs cõſequẽdis:vel,[inuo.no.t.].i.intus vocabimus,
dũ cõſcientia mũdata fuerit. Cũ enim dñs ſit mũdiſsi-
mus & pulcherrimus,quomodo dignaretur intrare in
domũ immũdã factã per peccatũ? [Narrabimus mira-
bilia tua]quæ pro redẽptione generis humani cõfeci-
ſti.Sed quia deinde futurũ eſt iudiciũ, iam ipſe dñs in-
uocatus reſpondet & loquitur per ſemetipſum,d:[cũ
accepero tẽpus] iudicãdi à me prꝯſtitutũ[ego iuſtitias
iudicabo]reddendo vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Ter-
ribile verbũ quod nõ ſolũmodo peccata iudicaturus
ſit,ſed & iuſtitias.i. bona opera examinabit. Quantũ
aũt opus ſit narrare mirabilia eius,oſtenditur cũ ſub-
infertur:[Liquefacta eſt terra].i.humana natura à ſta-
bilitate virtutis [et oẽs qui habitãt]per amorẽ [in ea]
.i.qui ſtudio et voluntate in terrenis perſeuerant,qui
ſicut cera liqueſcũt ab igne cõcupiſcentiæ in mortale
peccatũ per conſenſum.Sed [ego]dñs,mia motus[cõ-
firmaui colũnas eius],i.ſanctos hoĩes,&iuſtos,& prę-

dicatores, qui colũnæ ipſius terræ dicuntur quod eorũ meritis alij ſubleuentur,& ipſi à deo in bono cõfirmantur.Et[Dixi]per colũnas cõfirmatas,& ad pdicãdũ emiſſas[iniquis].i.generaliter oĩbus malis[nolite iniquè agere].i. nõ pſeueretis in malis:ſed recedite ab eis,& cauete à futuris[& delinquẽtibus].i.peccata defendentibus,dixi[nolite exaltare cornu].i.nolite eleuari per ſuperbiã,& nolite arroganter defendere peccata,vel gloriari ob veſtrã malitiã.[Nolite extollere in altũ].i.cõtra deũ[cornu veſtrũ].i. ſuperbiã aut potẽtiã,quod faciũt illi qui hic gloriã quærũt. Et[nolite loqui aduerſus deũ iniquitatẽ] cõtra eũ murmurãdo, vel eũ blaſphemãdo. Ideo aũt nõ faciatis hæc. [Quia neq; ab Oriente neq; ab Occidẽte] vtpote totiꝰ mũdi terminis[neq; à deſertis montibus].i. ſecretis locis & intermedijs ſubintelligitur, eſt aliqs q ſit expers iudicij dei,nullo enĩ pacto poteſt quis diuinũ iudiciũ effugere[qm̃ deus]qui vbiq; pſens eſt,& vitari non poteſt [iudex eſt]nõ ſolũ factorũ,ſed etiã verborũ,cogitationũ & intentionũ,Greg. Fugiẽdi via deeſt, quia ille iudicat qui vbiq; eſt.Et laudat deũ iudicẽ, qui talis ſit,vt [hunc].ſ.ſuperbũ[humiliat]hic & in alia vita[& hũc] .ſ.humilẽ[exaltat]reddendo eũ virtutibus cõſpicuum in pſenti,& tãdẽ in gloria coronãdo. Quod quidẽ poterit[qa calix].i. ꝓpinatio & diſpẽſatio [vini meri]& puri.i.iuſti iudicij eſt[in manu].i.in poteſtate[dñi].i. Chriſti[plenus mixto].i.mĩa in iudicio, qa alijs dabitur vita per mĩam,alijs mors per iuſtitiã. [Et inclinauit]pdictũ calicẽ[ex hoc in hoc]quia per illũ calicem, & bonis bona,& malis mala propinabit:[veruntamẽ fæx eius].ſ.calicis.i. pœna & vindicta bibentibus auſtera, malis deputata: [nõ eſt exinanita] & euacuata.i. nõ prius firmetur quã ſapor amaritudinis eius, duret in æternũ.Et ex hac fæce & miſeria[bibent oẽs peccatores terræ].i.impij qui terrenis delectãtur. Oẽs ergo peccatores bibẽt.[Ego aũt]Chriſtus cũ corpore meo interim[annũciabo]dei iuſtitiã,& mĩam in iudicio faciendam

ciendã[in ſæculũ].i.quãdiu ſęculũ durabit. Et[cãtabo deo].i.ad honorẽ dei[Iacob]hoc eſt,cũ gaudio laudabo eũ,q ſpecialiter eſt deus illorũ,qui ſpiritualiter ſunt Iacob.i. ſupplantatores vitiorum. Deinde pronũtiat quod iudiciũ intelligat,vbi prædicit malos fore abiectos,& bonos fore glorioſos:vnde ſubdit,[Et oĩa cornua peccatorũ].ſ.imperiũ, dñationẽ, ſupbias,& poteſtates,& pſumptiones impiorũ, qui hic erigũtur: & iſtis qbus cornib⁹ alios impetũt,alios feriũt,& impellũt[cofringã]finaliter in iudicio, ea ad nihilũ redigẽdo[& exaltabũtur]tũc [cornua iuſti].ſ.fides,charitas, cæterę́q; virtutes, quę ſunt munera Chriſti,& dignitas iuſti,qbus ſe ab inimicis eccleſię iuſti defendũt,ipſóſq; ardẽter impetũt & pſternũt, qui mirabilis deus cũ ad iudiciũ venerit,in gloria ſua mirificè exaltabit:vel ſic, [Et oĩa cor.pec.cõ.]Cornua peccatorũ ſunt,corpus& aĩa,quibus hic impugnãt deũ, quæ in iudicio cõfringentur: qa tunc induẽtur velut diploide ad cõfuſionẽ ſuã[& exaltabũtur cornua iuſti].ſ. corpus,& aĩa iuſti, quãdo duplici ſtola induẽtur. PSAL. LXXV.

In hoc pſalmo propheta narrat quomodo deus in eccleſia fideliũ per Iudæam & Iſrael intellecta ueraciter cognoſcatur, prædicetur,quieſcat perenniter. Itẽ agit de finali iudicio,hortaturq; fideles ut deo uota faciãt, & munera offerant. Dicit ergo *propheta:*

NOtus]eſt in Iudæa]vera & ſpirituali,puta in eccleſia[deus]Iudęa enĩ interpretatur cõfeſsio. Ergo Iudęa vera erit Chriſti eccleſia quę credat in eũ,& cõfiteatur peccata. Et[in Iſrael]vero & ſpirituali q deũ p fidẽ videt. Iſrael enĩ interpretatur vir vidẽs deũ, [magnũ] eſt[nomẽ ei⁹].i.laudaᷓ & celebraᷓ, nõ blaſphematur,vt ſolet p malos fieri. [Et] ſic [factus eſt in pace].ſ.in vera Hieruſalẽ.i.in eo corde qd quęrat trãqllitatẽ in ſolo deo [locus eius, q eſt autor & amator pacis[& habitatio eius in Syon] vera.i. in eis qui iam mẽte & corde diuina ſpeculantur: vel, [& habitatio e.in Syon]id eſt, in eccleſia,quæ ipſum contemplatur

per fidē.[Ibi].ſ.in pace & in Syon[cōfregit potētis].i. illa oīa per quæ diabolus in hoīe exercet ſuā poteſtatem.ſ.peccata.Et ſubdiuidit [arcū] qui longè ſagittas emittit.i.deceptiões & dolos[ſcutū] defenſionis peccati,& omne illud: vnde ſuperbè ſe protegūt [& gladiū].i.omne illud, quo pugnatur cōtra deū [& bellū] carnis cōtra ſpiritū & impugnationē vitiorū.Hę ſunt diabolicæ potētiæ,quas omnipotēs deus cōfringit & deſtruit,dū in pacifico corde ſibi ſedē delegit: vbi enī deus auctor pacis venit, hæc oīa fugiūt. Nec hoc ſolū feciſti dn̄e,ſed tu nō alius es [Illuminans]mundū,cognitione ſummi boni [tu] & nō alius [mirabiliter]qa ſpiritaliter,vel miraculis & ꝓdigijs[à montibus æternis].i.per montes æternos .ſ. per apoſtolos & p̄dicatores ſanctos,qui ſunt mōtes, propter excellentiā vitæ & iuſtitię,ac æterni ſunt,qa ſemper cū dn̄o māſuri. Iſtos mōtes prius illuminauit æternus ſol, vt per eos poſtea terrā ſuā.i.eccleſiā illuminaret.Qui dū p̄dicarēt [turbati ſunt oēs inſipientes corde] terrena tantū ſapientes,qui recedētes à vero lumine, tenebroſa mūdi deſideria ſunt ſecuti. Et quid fecerūt dū turbarentur? [Dormierūt ſomnū ſuū] in his rebus fluxis acquieſcētes:vel,[ſomnū]mortis[& nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū].i. qui à diuitijs irretiti fuerāt. Auari enim nō habent diuitias,ſed habentur ab eis[in manibus ſuis]. .i.in poteſtate ſua, qa nihil in manibus pauperū poſuerunt.Vt enim dicit Auguſt. Manus pauperū,gazophilaciū dei ſunt,in quibus ſi terrena mittis, largiēdo ſeruas.Et quia cū terrena diligūtur,cor à ſupernis induratur,ideo ſubditur: [Ab increpatione tua]ô[deus Iacob].i.populi iunioris & electi.ſ. chriſtiani[dormitauerūt]cordis cæcitate & obduratione.Ita multū ſopiti ſunt in terrenis,vt dei increpationęs nō audirent. Nō vigilauerūt in corde,quia dū increparentur,durū cor habuerūt.Duritia enī cordis, obdormitio eſt. Sed qui dormitauerūt? [oēs qui aſcenderūt equos] ſuperbię,& in illis quę materiā p̄bēt ſupbię ſe extulerūt.ſ.in

pompa ſeculi,in honoribus,in poteſtatibus,in dignitatibus,in diuitijs. Tales ſunt equi eorũ, quibus tãquã indomitis ferũtur ad æternũ ſuppliciũ. Incipiunt dormitare in præſenti, ſed perpetuus eorũ ſomnus erit in æterna morte. Sed quod ſentientes nõ ſentiũt modo, ſentiẽt in futuro: qa [Tu terribilis] futurus [es] in iudicio.i. terribilis apparebis malis: [&] licet hic aliquomodo reſiſtere videãtur, tunc [quis reſiſtet tibi?] dũ tu tantũ timorẽ incuties, q.d: Nullus. Quia [ex tunc].ſ. in iudicio futuro erit [ira tua] manifeſta, ac deſæuiet & durabit: qa nihil tũ per patientiã diſsimulabitur, nec per pœnitentiã diſſoluetur. [De cælo] veniens cũ angelis [auditũ].i. oĩbus notũ [feciſti].i. facies, vbi præteritũ pro futuro poſitũ eſt [iudiciũ] exercendũ. Et tũc fiet quod ſubiungitur: qa [terra tremuit & quieuit].i. terreni audito iudicio timebunt, & amiſſa qua prius pollebant poteſtate, quieſcent quidẽ à malis, ſed nõ à ſupplicijs. Iſta aũt fient, [Cum exurgeret].i. exurget [in iudicio].i. ad iudicãdum oẽs [deus].ſ. Chriſtus Ieſus. Exurgere dicitur quia potẽs apparebit, qui hic humilis apparuit. Sed ne putes iudicium ſolum propter dãnationẽ iniquorum fieri, ſubdit: [vt ſaluos faceret].i. faciat [oẽs mãſuetos terræ] qui nõ aſcẽderũt equos ſuperbiæ: ſed in hac terra propter deum fuerunt mãſueti, mites, patiẽtes, qui trãquillitatẽ mentis ſequuntur, & iugum dñi nõ detrectant. Et meritò ſaluat mãſuetos. [Qm̃ cogitatio hoĩs] manſueti, prima nẽpe.ſ. qua dãnat mala & incipit bona. [cõfitebor tibi] vt dimittas ei peccata, & ſic poſt cogitationẽ primã, ſtatim ſequitur cõfeſsio [& reliquiæ cogitationis] huius.i. reliquiæ cogitationis poſt primã.ſ. quibus recordatur, malá præterita de illis lugeat, & bona pręſtita, vt ſperet [diẽ feſtum agẽt tibi] gratias agendo pro liberatione, quod eſt ſolẽnia celebrare: vel, reliquiæ co.d.fe. a.ti.] Reliquię cogitationis ſunt verba & opera: qa ex abũdantia cordis os loquetur. Et quod cor concipit, manus operatur. Idem valet ac ſi diceret: Nõ tantum

corde cogitando, & credendo confitebitur tibi, ſed & ore confitebitur, & opere obſequetur tibi. Deinde ſequitur vtilis admonitio, cū dicitur: [Vouete] mente quodlibet bonū [& reddite] opere [dn̄o deo veſtro] vota quæ feciſtis, q̄a diſplicet deo infidelis & ſtulta promiſsio [oēs qui in circuitu eius]. ſ. dei exiſtentes per fidē [affertis munera]. i. voſmetipſos, & alia quæcunq; bona opera. Ipſe enim deus eſt in medio colētiū ſe, & ſua vota ſoluētiū, q̄a oībus in ſe credētibus, æqualiter fauet. Et ſubiūgit, cui & quare, d: vouete inq̄, & reddite [Terribili] qui timendus eſt, & at. ſi non amore vel timore hoc faciatis, cauete ne à terribili pūniamini [& ei qui aufert ſpiritū principū]. ſ. terrenorū quādo vult. Nullus enī ex illis eſt qui viuat, niſi velit deus, [terribi. apud reges terræ] imò illis qui etiā aliȷs timorē incutiūt, terribiles ſe demōſtrant: quia reges terrę, & reuera timendi ſunt.

PSALMVS LXXVI.

In hoc pſalmo propheta loquitur in perſona fidelis cōgregationis, & cuiuſlibet uiri perfecti, qui cōtemptis terrenis, deū cū gemitu et oratione in auxiliū conuocat, ac etiā de incarnatione Chriſti, & eius miraculis, de liberatione populi ſui ab imminentibus tribulationibus & periculis, dicens:

VOce mea] nō aliena, ex affectu cordis [ad dn̄m clamaui] nō aliud petēs ab eo niſi ipſum [voce mea ad deū]. ſ. clamaui [& intēdit mihi] me exaudiendo & cōſolādo: q̄a prope eſt oībus inuocātibus ipſum [& intēdit mihi] me exaudiēdo & cōſolādo: q̄a ꝓpe eſt oībus inuocātibus eū: vel, [& intē. m.]. i. vitæ meæ, nō verbis meis. [In die tribulationis meæ]. i. tēpore pſecutiōis [deū exquiſiui] vt in eo ſolā quietē inueniā: vel mīam eius exquiſiui p deuotā orationē. Nec ſolū voce, ſed etiā [manibus meis]. i. operibꝰ bonis. Et nō ſolū die, ſed etiā [nocte] q̄d denotat orādi aſsiduitatē: vel, [nocte]. i. in p̄ſenti vita, quę quāuis lucē emittere videatur, peccatorū tamē obſcuritate obfuſcatur [cōtra eū]. i. corā deo [& nō ſum deceptꝰ] q̄a inueni, & aſſecutus ſum q̄d quęrebā. Quis enī quęſiuit deū & nō inuenit?

inuenit?Et meritò nō ſum decept⁹:qa[Rēnuit cōſolari aīa mea] in alijs p̄terq̄ in deo,& reſpuit oēm humanā cōſolationē. Et ideo [memor fui dei] in q̄ eſt ſuauitas cōſolatiōis [& delectatus ſum]in meditatiōe & cōtēplatione ipſius[& exercitatus ſum]in hac memoria[& defecit ſpūs meus]qa incōprehenſibilis eſt, nec poteſt quiſq̄ ſua iudicia & potētiā comp̄hēdere.[Anticipaue rūt]:i.p̄uenerūt[vigilias oculi mei] ante tēpus ſurgēdo,ad laudādū deū[turbatus ſum]ob humanā fragilitatē & miſeriā [et nō ſū locutus] cōtra deū murmurādo.[Cogitaui dies antiquos]Adę,in q̄bus corruit homo à ſua dignitate,quādo in primis parētibus hūc defectū meruimus[& annos ęternos]in q̄bus pręmiū recipiā[in mente habui] .i. in memoria et in aīo . Quia melior eſt d.v.in.a.t.ſ.milia.[Et meditat⁹ſum]de diebus illis[nocte]in ſecreto. Nox enī ad meditationem cōgruit,tractās [cū corde meo] .i.cū ratione,ſi qua ratione poſſem p̄uenire ad annos æternos [et exercitabar]in hac meditatione[et ſcopebā ſpūm meū].i.ſcrutādo purgabā mentē meā,et mūdabā ab oībus culpis, et in deū offenſis,ne id q̄d diuino cōſpectui diſpliceret,in eo remaneret.Iſta ergo quidē volui,ſic apud me tractās.ſ.[Nūquid in æternū proijciet deus?] nos à ſua gratia et cōſolatione,relinquendo nos in afflictione? Abſit:[aut nō apponet].i.nō addet[vt cōplacitior ſit] miſerendo quā iratus fuerit puniendo [adhuc].i.vltra et in poſterum,q.d:imò apponet: quia pronior eſt ad miſerandū, quàm ad puniendum [Aut in finē] .i.omnino[mīam ſuā abſcidet] .ſ. à nobis[à generatione in generationē].i.in generationibus ſibi ſuccedētibus, q.d:Nō,qa ipſe natura eſt mitiſsimus,et eius proprietas eſt miſereri ſemp̱ et parcere.[Aut obliuiſcet̃ miſereri deus]cui naturaliter ſemp̱ ineſt mīa[aut cōtinebit in ira ſua mīas ſuas?]ſolitas ,ſic vt nō extēdat eas amplius erga nos?q.d: Nō.Sed potius in mīa irā cōtinebit,et mīa irā vincet. [Et dixi]in corde meo .i. dū eſſem cōſtitut⁹ in hac meditatiōe,reſpōdi[nūc cœpi] .i.
incœpi

incæpi ſapere & intelligere veritatē.ſ.quod homo reducetur ad annos æternos.Et[hæc mutatio] in nobis eſt[dexteræ excelſi].i.fauoris & propitiationis dei, nō noſtri meriti:qa ab ira ad mīam].i.qa ex ſeruis,filij efficimur.Et ego[Memor fui operū dn̄i].i. huius mutationis in me factæ: nunq̄ ab ea mentē meā dimouens, vt ſemper ad meliora pergerē.Sed ne de ſe tantū lætari videretur,addit:[quia] etiā[memor ero mirabiliū tuorū ab initio]mūdi.i.reducā ad memoriā quæ deus humano generi ab initio indulſerit.ſ.q, Adā ad imaginē ſuā fecerit etc.[Et meditabor in oībus operibus tuis].ſ.creationis,diſpoſitionis,ornatus,gubernationis,& in alijs oībus:[& quidē qui te oſtenderis artificē potētiſsimū [& in adinuentionibus tuis] ad noſtrā ſalutē pertinētibus.i. in operibus gratiæ, quæ pro redemptione noſtra adinueniſti: vel,[in adinuen.t.].i. in præceptis tuis quæ inueniſti ad vtilitatem hoīm,vt demū per ea hoīes te inuenirēt[exercebor]opere.His aūt eruditus,ille in laudē prorūpit,& opera mīæ dei erga nos demōſtrata,explanare incipit,d:O [Deus in ſancto].i.in Chriſto,qui eſt ſanctus ſanctorum,eſt[via tua].i. via colendi te,& ad te veniendi: qa ipſe eſt via in exēplo:veritas in ꝓmiſſo:vita in p̄mio,& per eū patet reditus ad annos æternos. Et [quis deus magnus ſicut deus noſter?]q.d:Nullus. Quia[tu es deus qui facis mirabilia]quæ totius naturæ creatæ virtutē excedant.Facis inq̄,mirabilia, qa [Notā feciſti in populis] diuerſis[virtutē tuā].i.Chriſtū,qui eſt dei virtus,& dei ſapientia[redemiſti in brachio tuo].i.in filio tuo,per quē operaris [populū tuū]:ſ.filios Iacob].i.electos ex Iudæis[&]filios[Ioſeph].i.gētiles,qui per Ioſeph intelligūtur,qui interpretatur augmentū: qa ex gētibus augmentatus eſt populus dei. Deinde exponit,quæ in mūdo deus operetur:vnde dicit,[Viderūt.i. cognouerunt[te]per fidē[aquæ].i.populi.Per aquas enim populos intelligit:ô[deus] Chriſte,qui eſt dei virtus & brachiū. Ac vt vterq; popul⁹ plenius intelligatur, repetit

petit:[viderũt te aquę].i.populi,hoc eſt,vterq; populus te verũ deũ eſſe agnouit[& timuerũt]propter peccata [& turbati ſunt abyſsi].i.infideles,qui erant ſine baſi, ſine fundamento fidei. Et quia prædicti cõuerſi nõ ſunt numero pauci,ſubiungit: [Multitudo]eſt[ſonitus aquarũ].i. populorũ ſonãtiũ in cõfeſsione peccatorũ,in gemitu culparũ, in dei laudibus,in gratiarũ actionibus.Quaſi enim mare cõfragroſum,ſonant diuerſa vota populorũ. Quia [vocẽ] p̃dicationis[dederunt nubes].i. apoſtoli,& prædicatores verbi dei,qui dicũtur nubes,quia choruſcãt miraculis, tonãt minis, cõpluũt doctrinis. Et qa vox illorũ p̃dicatorũ, valida fuit,ſubdit: [Etenim ſagittæ tuæ] ô deus.i. verba tua penetrãtia,& voces nubiũ[trãſeũt]& trãſierũt vſq; ad ipſum animũ[vox tonitrui tui].i. vox p̃dicationis apoſtolorum terribilis & aperta facta eſt [in rota].i.in circuitu totius orbis. Rota enĩ eſt orbis terrarũ quẽ circuierũt nubes tonãdo præceptis,choruſcãdo miraculis. Prædicationẽ enĩ eorũ multũ cõfirmauerũt miracula:vnde bene de miraculis adiungit: [Alluxerũt].i.apparuerunt[choruſcationes tuæ].i. miracula quæ tuo permiſſu deſignabãt apoſtoli[orbi terrę].i.per totũ mundũ.Et ſic[cõmota eſt]ad pœnitentiã & fidẽ[& cõtremuit]timore bono[terra]Iudeæ,quantũ ad eos qui cõuerſi ſunt. Nec tantũ Iudæi ſunt cõuerſi, imò & gentiles:vnde ſequitur,[In mari].i.in gẽtilibus,apud quos erãt mõſtra deorũ falſorũ,eſt[via tua]qa ſtrẽnuè p̃dicãtibus apoſtolis in corda eorũ intraſti [& ſemitæ tuæ].i. p̃cepta & inſtitutiones euãgelicæ,quæ ad portum ſalutis dirigunt,ſunt [in aquis multis].i. in multis populis & qui diuerſarũ gentiũ ſint [& veſtigia tua nõ cognoſcentur]ab illis, qui in infidelitate permãſerint: qa ſapientibus & prudentibus huius ſæculi,abſcõdita eſt humilis ſapientia Chriſti.[Deduxiſti]tãquã bonus paſtor[ſicut oues populũ tuum] chriſtianum [in manu]& quidem comitãte [Moyſi & Aaron.]Per Moyſen,lex data eſt:per Aaron ſacrificiũ factum: quæ duo

duo adumbrauerunt legē nouā,& ſacrificiū nouū. Per legem enim nouā,& ſacrificium nouū,ad paſcua vitæ æternæ pducitur popul⁹ chriſtian⁹. PSAL. LXXVII.

In hoc pſalmo pphetaagit de mirabilibus dei operibus quōdā populo Iudaico exhibitis,atq; etiā de beneficijs impēſis bonis & de poenis inflictis malis. Et primo *ppheta reddēs ipſos auditores beneuolos,dociles,& attētos,dicit in perſona dñi ſic:*

ATtendite]corde,ô [populе meus] nō tantū per naturę creationē,ſed qa etiā es populus peculiaris & elect⁹[legē meā] nēpe illā prę cæteris dedi vobis[inclinate]per humilitatē [aurē veſtrā].ſ.corporis,& cordis [in verba oris mei].ſ.vt ea intelligatis & opere impleatis.Ideo aūt attendite & inclinate, qa [Aperiā os meū]narrādo.ſ.dicta & facta veteris teſtamenti[in parabolis] quæ apertę ſunt:parabolę enim ſunt rerū ſimilitudines [loquar ,ppoſitiōes] quæ ſunt dubię quæſtiones,hoc eſt,quæ in diſputationē vocari poſſunt[ab initio]exit⁹ filiorū Iſrael ex Ægypto. Hactenus ſub pſona dñi hęc dicta ſunt : nūc pſalmiſta loqtur,[Quāta].i.quā multa dei beneficia[audiuim⁹]in veteri teſtamēto pdicta eſſe[& cognouim⁹ea]in nouo teſtamēto impleta eſſe. Quia[& patres noſtri] .ſ. Moyſes & patriarchę,ac ,pphetę [narrauerūt nobis] nēpe filijs ſuis,idq; in illorū ſcriptis,qbus & nos credim⁹.Et [Nō ſunt occultata].ſ.ea quę patres narrauerūt[à filijs eorū]ſpūalib⁹ſ.nobis.Quos intelligat poſtea exponit, d:[in generatiōe altera]i.ſpūs.Quia prima eſt generatio carnis. Secūda regeneratio ſpūs.Tertia regeneratio vtriuſq;,q̄ futura eſt in reſurrectiōe.Patres inq̄ noſtri narrauerūt nobis,[Narrātes] .ſ. [laudes dñi]qbus Moyſes & alij iuſti laudauerūt deū in exitu maris rubri:vel,[lau.] .i. laudabilia inſtituta [& virtutes eius] qbus affecit Ægyptū decē plagis [& mirabilia eius].ſ. cū eos in deſerto pauit, & hoſtes eorū deuicit [q̄ fecit] nō ſolū,pmiſit.[Et ſuſcitauit teſtimoniū].i.dedit teſtamētū[in Iacob].i.in populo iudaico. Deinde repetit, [& legē poſuit ī Iſrael].i. in illo populo ne vaga mēte

erra-

nos clemẽter exaudit. Neceſſe eſt aũt, vt exaudias [Quia repleta eſt malis aĩa mea].i.dolorib⁹ & anguſtijs: vnde dicebat, Triſtis eſt aĩa me. vſ.ad mortẽ. Et in tãtũ plena vt [& vita mea inferno appropinquauit] dũ trahor ad mortẽ. Et tã grauia paſſus ſum quàm cõtumelioſa, qa [Æſtimatus ſum] ab impijs Iudæis [cũ deſcẽdẽtibus in lacũ] inferni. Putabãt enĩ Iudæi eũ ſic eadẽ neceſsitate mori qua moriuntur hoĩes cæteri [factus ſum] vt quidẽ opinabantur [ſicut homo] ſimplex & [ſine adiutorio] diuino. Cũ tamẽ eſſem [inter mortuos liber] nõ aſtrictus inſolubili vinculo mortis, qa reſurrexi q potui animã meã deponere & reſumere. Et etiam [inter mor.] corã deo.i.inter peccatores [liber].i. ſolus ſine peccato, imò liberãs alios à morte & peccato. Itẽ ęſtimatus ſum [Sicut vulnerati].i. occiſi & mortui [dormiẽtes in ſepulchris].i.ſepulti [quorum nõ es memor amplius].i. adhuc vt inde eos reſuſcites .i. qui nõdum habent neceſſe vt reſurgant [& ipſi] à quibus tã grauia paſſus ſum [de manu tua].i. à protectione tua, ô deus [repulſi ſunt].i.adiutorio manus tuæ priuati ſunt, qui me deſtitutũ dei adiutorio putauerunt. Hoc experiuntur ipſi Iudæi à dño derelicti. [Poſuerunt me] vt quidẽ exiſtimabant [in lacu inferiori].i. in lacu inferni, & profunditate irremeabili cum peccatoribus miſeris.ſ. [in tenebroſis].i. in tenebris obliuionis, quem .ſ. nemo requirat [& in vmbra mortis].i. in morte carnis. Mors enim carnis, vmbra eſt veræ mortis, ſicut huius mortis vmbra eſt ſomnus, eo quòd breuis ſit. Chriſtus enim tertia die reſurrexit, & ſancti etiam ſi parum affligantur per mortem, ſtatim requiem intrant æternam. [Super] & cõtra [me cõfirmatus eſt furor tuus] ô deus .i. ira & indignatio tua, vt illi putauerunt, cum me vſq; ad mortem crucis nullo repugnante traxerunt. Et quare hoc? Quia [& omnes fluctus tuos,] id eſt, tribulationum & paſsionum impetus [induxiſti ſuper me] vt me tanquam ipſum mare ſubmergerẽt. Et tunc ad cumulum miſeriæ [Longè feciſti,] id eſt,

 fieri

fieri pmiſiſti [notos meos].i. diſcipulos[à me] qa me relicto fugerūt[poſuerunt me]ipſi noti[abominationē ſibi]qa & ipſi ab hac morte tā probroſa abhorrebant:vel,[poſu.me]ipſi inimici mei.ſ.Iudęi[abo.ſibi] ſic vt nomen meū recuſarent audire.[Traditus ſum]à Iuda diſcipulo[& nō egrediebar] ab eis fugiendo:vel, [nō ęgre.]vindictā oſtendendo per potentiā diuinitatis meæ.Vnde &[oculi mei].i.apoſtoli qui futuri erāt oculi & lumē totius corporis myſtici [languerūt] & à ſpe tanq̄ infirmi defecerūt cū me nō viderēt exercere meā potētiā[præ inopia]& defectu cōſtātiæ & roboris fidei & amoris. Cuius rei ſignificatio adumbratur per extinctionē luminū in eccleſia, idq́ꝫ in ſeptimana vulgò pœnoſa dicta.[Clamaui ad te dn̄e]pater,cū pēderē in cruce,Heli,Heli,etc.[tota die expādi ad te manus meas]extenſus in ipſa cruce:vel [tota die].i.iugiter & aſsiduè[expādi].i.extēdi[ad te]glorificādū[ma. me.].i.opera mea: qa oīa opera ſua ad volūtatē & gloriā patris retulit. Et qa hęc expāſio manuū atq; opera eius nō oībus profuerunt,addit: Sed [Nunquid mortuis].ſ.corde,& in aīa non corpore[facies mirabilia] vt ad vitā fidei moueātur?q.d:Nō.Quia nō mouētur ad fidē[aut medici]ſpirituales[ſuſcitabūt]tales mortuos ad gratiā[&]ſuſcitati [cōfitebūtur tibi?]confeſsione laudis,vel peccatorū? q.d: Nō poſſunt,qa ſola tua gratia tales reuiuiſcūnt. Et[Nūquid narrabit aliquis]poſitus[in ſepulchro]peccati.i.mortuus in aīa,& grauatus pondere malorū [mīam tuā].ſ.reparationē generis humani miſericorditer impenſam[et veritatē tuā] .ſ.cōpletionē promiſsionū iā exhibitā narrabit aliqs deſtinatus[in perditionē]aīæ.i. obſtinatus,q.d: Non hij narrabunt et te laudabūt: quia nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatorū,ſed viui et fideles id facient, quia rectos decet laudatio.Et[Nunquid cognoſcentur in tenebris].i.in peccatoribus et reprobis qui ſunt tenebræ,quia alios tenebris peccatorū obfuſcāt [mirabilia tua] in me et per me facta [et iuſtitia tua] qua iuſti-

ficas

ficas impiũ [in terra obliuionis] .i. in terreno corde, quod te obliuioni tradidit? q.d: Nõ. Impediente nẽpe eorum malitia. [Et ego ad te dñe clamaui] qui potes mortuos reſuſcitare [& mane oratio mea pueniet te] qa matutina reſurrectione me clarificabis. Sed [Vt qd dñe repellis] .i. repellere videris [orationẽ meã] vt trãſeat calix iſte [auertis faciem tuã à me] quaſi indignabundus exponẽdo me miſerijs & tribulationibus: qa dũ tibi ex aĩo obſequor & carnẽ aſſumo, [Pauper ſum ego] .i. in habitu pauperis [& in laboribus] ſatagẽs de hoĩm ſalute adimplẽda [à iuuẽtute mea] .i. à tẽpore incarnationis meæ [exaltatus aũt] in cruce [humiliatus ſum] in ſepulchro [& cõturbatus] in paſsione. [In me tranſierũt] .i. leuiter me cõtigerunt [iræ tuæ] .i. afflictiones, quas tua voluntate nõ meo merito patior [& terrores tui] quos te permittẽte patior [cõturbauerũt me] ſecũdũ infirmitatẽ carnis. [Circũdederũt me] inimici mei [ſicut aqua] .i. ab omni parte. Et hoc [tota die] .ſ. tẽpore paſsionis meę [circundederũt me ſimul] principes & populi. [Elongaſti à me amicũ] .i. cætum apoſtolorũ [& proximũ] nẽpe illũ qui cognatione vel ſaltem beneficijs pſtandis cõuincens eſſe debuerat [& notos meos] qui cũ ſolũ me cõſpexerint, dilexerũt me. [à miſeria] .i. propter miſeriã meã, quã patior in paſsione, ita vt nullus mihi auxiliũ ferat, vel conſoletur.

PSALMVS LXXXVIII.

In hoc pſalmo propheta agit de mĩa & ueritate dei, atq; de cõmutatione ueteris teſtamenti & confirmatione noui, & de ſpe quã in Chriſto habemus, & de alijs dei beneficijs pluribus. Propheta ergo mĩam dñi & admirãs & prædicãs, ab eadem ſumit initium inquiens:

MIſericordias dñi] .i. multitudinẽ beneficiorũ, quæ dñs pater per filiũ ſuũ eccleſiæ ſuæ cõtulit. Pluraliter dicit mĩas, pter varios effectus miæ, atq; quatuor hic notãda ſunt. ſ. quod ſumus creati, quod regenerati & renati, quod cõſeruati, & q glorificãdi [in æternũ] nõ ſolũ in pſẽti cũ iuſtis, ſed etiã

in futuro cũ angelis [cãtabo] .i.laudabo,& magna cũ alacritate annũciabo. Hic perſtringũtur illi qui laudãt deũ cũ tędio ac negligẽtia. Et mutãdo perſonã, cõuertendoq́ ſermonẽ ad deũ, dicit: Similiter [In generatione] præſenti, quæ nũc eſt [& generationẽ] ſequentem, quæ futura eſt: vel, [In gen.] Iudęorũ [& generat.] [Gẽtiũ [annũciabo veritatẽ tuã] .i. tuarũ promiſsionum & præceptorũ [in ore meo] in quo fit cõfeſsio ad ſalutẽ. Deinde oſtendit quas miſericordias tantopere laudãdas eſſe velit, & quã veritatẽ annunciet, d: [Qm̃ dixiſti] mihi ex reuelatione ſpiritus ſancti, ꝙ [in ęternũ] mãſura [mĩa] humano generi impendẽda [ædificabitur] & prius firmabitur [in cælis] .i. in apoſtolis. Et ſic [præparabitur] aliĳs [veritas tua] .i. cõpletio tuę promiſsionis [in eis] .i. per eos cęlos, vt ꝑ eos noteſcat hoĩbus. Dixiſti hoc etiã .ſ. [Diſpoſui teſtamentũ] .ſ. nouũ, quo renouamur ad nouam hæreditatem [electis meis] .ſ. fidelibus chriſtianis [iuraui] .i. immobiliter promiſi [Dauid ſeruo meo] .i. Chriſto, qui in oĩbus mihi obſecutus eſt, qui ex genere Dauid, carnẽ aſſumpſit [vſq́ inæternum præparabo] .i. ſtabiliam [ſemen tuum] .ſ. fideles in te credentes, & tui amatores. Deinde quod prius ꝓdixerat ſemẽ, vocat ſedẽ, ſubdẽs: [Et ædificabo in generatione] mortali [& generationẽ] immortalẽ .i. in omnẽ generationẽ & inæternũ [ſedẽ tuã] ô Chriſte .i. eccleſiã cui tu ꝓſidebis, & in qua tanq̃ rex ſedebis inæternũ vt nos regas, quę eccleſia oĩ tẽpore tibi ędificatur ꝑ ꝓdicationẽ, baptiſmũ, & pœnitẽtiã. Et hęc ſedes erit [in ge. & gene.] qa nũc ſedet Chriſtus in nobis vt regat, ſedebit & poſthac in ſanctis, vt ꝑmaneat. Et qa vt tu dixiſti & ꝓmiſiſti, ita & futurũ eſt: ideo [Cõfitebũtur] .i. laudabũt [cęli] .i. ꝓdicatores ſancti [mirabilia tua] ô [dñe] .ſ. ꝙ per mĩam redimas ꝙ iuſtifices: [etenĩ] cõfitebũtur [veritatẽ tuã] .i. impletionẽ ꝓmiſsionũ, & ꝓcepta tua [in eccleſia ſanctorũ] i. in cõuẽtu fideliũ, vbi fides adhibeť. Et meritò cõfitebũtur. [Qm̃ qs in nubibus] .i. inter ꝓdicatores .ſ. ꝓphetas, apoſtolos, & q̃ſuis

alios annũciatores veritatis[ęquabiť]in potētia[dño] .ſ.Chriſto.Et qs ſimilis]in eſſentia[erit deo].i.filio dei p naturā[in filijs dei?]p gratiā .ſ.in angelis & alijs ſanctis viris,q ſunt filij dei p adoptionē,q d:Nō eſt vll⁹ ex ſanctis angelis q poſsit ęquari cũ Chriſto,imò vel cõparari.Nō putetur tãtũ igitur homo. Ipſe eni eſt[De⁹ q]cũ patre & ſpũ ſ. [glorificať in cõſilio ſctõrũ] angelorũ & iuſtorũ. Qui eſt[magn⁹]in potētia,eteni dñs eſt oīm[& terribilis]in reuerētia, eteni iudex eſt oīm[ſup oēs q in circuitu ei⁹ſunt].i.ſup angelos & hoīes q ſunt ipſius ſtipatores,nõ pares q ei⁹dono eiappropīquēt & adhæreãt.Et verè ſup oēs,qa ô[Dñe deus virtutũ]tam angelicarũ q̃ humanarũ[quis ſimilis]eſt[tibi?]potētia vel virtute,q.d:Null⁹. Quia[potēs] ſingulariter[es]tu [dñe]ex teipſo,illi verò ex te ſolo:qa oīa feciſti[& veritas tua].ſ.ꝓmiſsionũ tuarũ & p̃ceptorũ[in circuitu tuo].i. vndiq;,& ex omni parte expãſa ſuper oēs.[Tu dñaris poteſtati maris]nõ tantũ ad literã , ſed etiã[Tu do.po.ma.].i.poteſtatibus ſęculi huius,& dñs es inter illos q potētia valere putãtur [motũ aũt fluctuũ eius] .i.impet⁹ perſecutionũ quas excitãt cõtra ſeruos tuos, [tu mitigas].i. tēperas,& iuxta voluntatē tuã diſponis vt nõ ſæuiant niſi tu permiſeris. Vt aũt rabies maris eneruaretur,[Tu humiliaſti] .i. de cælo deieciſti[ſicut vulneratũ ſuperbũ] .i. diabolum ,qui ſingulariter ſuperbus eſt, & princeps ſuper omnes filios ſuperbiæ. Qui vulneratus fuit quando ſplendore dignitatis qua prius ornabatur,priuatus de cælo corruit. Et [in brachio virtutis tuę].i.in fortitudine diuinitatis tuæ[diſperſiſti inimicos tuos] ſatellites ei⁹, nõ ſolũ Luciferũ, ſed & alios cũ ipſo capite,vel ipſos Iudæos.Nec mirũ ſi tale qd feceris: qa[Tui ſunt cæli,& tua eſt terra,orbē terræ & plenitudinē eius tu fundaſti,]q.d:Potes facere hæc prædicta, & qdem maiora , tuus eſt enim ambitus mundi, & oēs creaturæ quæ in eo ſunt.[Aquilonem] id eſt, plagam aquilonarem [& mare tu creaſti]vnde dñs diceris vētorum et mariũ. [Thabor et Hermon.]

Per Thabor, qui interpretatur lux veniés,infuſio gratiæ ſignificatur. Et p Hermõ, q interp̃tatur anathema, ſignificatur excluſio culpę.i.illi q culpa à ſe reiecta lumine tuę gratię fuerĩt illuſtrati [in noĩe tuo exultabũt] gaudẽtes q̧ à noĩe tuo chriſtiani nomẽ ſibi vſurpẽt, vt nõ ſibi, ſed nomini tuo dẽt gloriã. Et hęc oĩa feciſti, qa [tuũ brachiũ] quo cũcta feciſti, ſemper eſt [cũ potẽtiã] & fortitudine, & cũ magna & admodũ admirãda operaris efficacia. Et ſemper [Firmetur manus tua].i. operatio tua cõtra ſuperbos vt tandẽ humilientur [& exaltetur] in virtutibus [dextera tua].i. eccleſia ad dexterã collocanda, & numerus eorũ qui in dextera tua locãdi ſunt, clarificetur & augeatur. In fine aũt erit [iuſtitia & iudiciũ p̃paratio ſedis tuæ].i. ſedes tua erit in iudicio ad id parata, vt quod æquũ ſit, oĩbus reddas. Verũtamẽ priuſquã id facias, [Mĩa] qua deles peccata [& veritas] qua imples promiſſa [p̃cedẽt faciẽ tuã].i. iudicij diẽ, vt nõ timeãtur futura iudicia. Et [beatus] eſt [populus].ſ. fidelis [qui ſcit].i. ſentit & experitur [iubilationẽ].i. qui ſcit ineffabiliter applaudere tãtis beneficijs. Hoc aũt totũ prouenit ex mera gratia dei, nõ ab hoĩe: vnde ſequitur, [Dñe in lumine vultus tui].i. in agnitione fidei, & illuminatione ſp̃ũs ſ. [ambulabũt] hoĩes de virtute in virtutẽ, & p̃ficiẽt, [& in noĩe tuo].ſ. chriſtiano nõ in ſe [exultabunt tota die].i. aſsiduè & deuotè laudando, [& in iuſtitia tua] quã dediſti eis, nõ ſua [exaltabuntur] hic in meritis, & in futuro in præmijs. [Qm̃ gloria virtutis eorũ tu es].i. tibi nõ ſibi de bonis operibus ſuis & virtutibus, laudẽ referũt. Et mutãs perſonã ſub perſona populi ſeu eccleſiæ, ſic dicit ad deum [& in beneplacito tuo].i. in gratuita mĩa tua, nõ quia digni ſumus [exaltabitur cornu noſtrũ].i. ſubleuabitur fortitudo & poteſtas noſtra: vel ſic, [Beatus populus qui ſ. iubi.].i. qui in ſpe illius viſiõis futurę ſcit iubilationẽ & gaudiũ ſuũ collocandũ eſſe, qd tunc ibi futurũ eſt? Ecce [Dñe in lu. v. tui ambu.].i. in cognitione diuinitatis & totius trinitatis iugiter perſeuera-

ſeuerabũt,[& in no.t.exul.]quia in viſione dei,totum noſtrũ gaudiũ cõſumi debet.Et hoc[tota d.].i.ınęter-nũ,tũc enĩ erit vna ſola dies quã nox vlla nõ interpel-labit[& in iuſt.tua exal.] quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua,& qui hic ſe humilẽ præſtiterit,ibi exaltabi-tur.[Qm̃ gloria vir.eo.tu es].i. qa nõ in ſe,nec in ſuis viribus gloriãtur hic ,ſed tantũ in te ſolo [& in bene. t.].i. propter humilitatẽ quã tu redamas[exal.cor no-ſtrũ].i.immortalitas & liberũ arbitriũ etc. [Quia dñi eſt aſſumptio noſtra]ad protegendũ nos ab omni per-turbatiõe ne corruamus [& ſancti Iſrael].i.dei Iſrael, qui eſt ſanctus ſanctorũ,& ſanctificat credentes [regis noſtri]qui regnat in eccleſia,& regit nos & oĩa. Dein-de pergit oſtendere à quibus cognouerit hęc prędicta, enarrans promiſsiones quæ à patre de Chriſto p̃dictę fuerũt,d: [Tunc].ſ. quãdo dixiſti mihi,diſpoſui teſta-mentũ[locutus es]& aliĵs [ſanctis tuis].ſ.cæteris pro-phetis[in viſione].i.in occulta reuelatione, quã oſtẽ-diſti eis[& dixiſti] palã per eos[poſui adiutoriũ]libe-rationis & redẽptionis humani generis [in potente] .i.in Chriſto proprio filio, qui oĩa poteſt[& exaltaui] vſq; ad dexterã meã erigẽdo [electũ].ſ.Chriſtũ immu-nẽ à peccato[de plebe mea]Iudaica.Et dixiſti etiã[In-ueni Dauid]ſignificatũ.ſ.Chriſtũ ex ſemine Dauid na-tũ & manu fortẽ.Inuenit eũ,quia elegit vt ex eius ge-nere,carnẽ aſſumere nõ recuſaret [ſeruũ meũ] per oĩa mihi obediẽtem. Et[oleo ſancto meo]ſpũali.ſ.gratia ſpiritus ſancti[vnxi eũ]ab ipſa cõceptionis die,ſecũdũ q; homo p̃ participibus ſuis.Ideo aũt potens.[Manus enĩ mea auxiliabit̃ ei].i.diuinitas humanitati cõiũcta, cooperabitur ei,& cõſolabit̃ ſecũdũ q; homo videlicet in oĩbus actionib⁹ & tribulatiõib⁹[& brachiũ meũ].i. eadẽ diuinitas, quæ eſt fortitudo mea [cõfirmabit eũ] .i.cõfortabit in aſſumpto corpore, ne poſsit ab aduer ſariĵs ſuperari. Et eo vſq; cõfirmabit , vt [Nihil profi-ciet inimicus].ſ.diabolus [in eo]tentãdo vel ſæuiẽdo [& filius iniquitatis].ſ. Iudas,vel ille Iudaic⁹ populus

diaboli

diaboli filius [nõ apponet nocere ei.]Nã & ſi Chriſtũ occidiſſe viſi ſint, nõ tamẽ nocuerũt, imò ad noſtrã ſalutẽ quã ipſe nobis per mortem ſuã dare diſpoſuerat, ꝓfuerũt. [Et cõcidã] ac cõminuã [à facie ipſius inimicos eius].ſ. Iudæos & dæmones, q ſæpe à dño confuſi tanq̃ cõciſi gladijs, diſcedebãt à cõſpectu eius [& odiẽtes eũ in fugã conuertam] quia & ipſi corã eo ſæpe fugiebãt. [Et veritas mea] quæ ſeruat promiſſa [& mĩa mea] quę remittit peccata [cũ ipſo] erit, [& in nomine meo] quod eſt deus [exaltabitur cornu eius].i. poteſtas & dominiũ: quia in nomine dñi vicit inimicũ, & in oĩbus dominatur. [Et ponã in mari].i. in gentibus [manũ eius].i. potentiã eius, hoc eſt, dominabitur gẽtibus, quę per mare deſignantur [& in fluminibus] ponã [dexterã].i. fortitudinẽ [eius] hoc eſt, ſubdã ei cupidos, qui in huius mundi præſtigijs ſic profluunt, ac nos videmus flumina defluere in mare, cõuertendo eos ad fidẽ catholicã. Et hoc ideo: quia [Ipſe inuocabit me] dicendo mihi [pater meus es tu] ſecundũ quod deus, hoc quidem & alij dicũt per gratiã, ipſe verò per naturã. Et [deus meus] es tu ſecũdũ ꝙ ſum homo [& ſuſceptor] qa ſurſum ad te rapiens q̃d factũ eſt in aſcẽſione. Suſceptor dico [ſalutis meæ] vt.ſ. ſalues me. [Et ego primogenitũ ponã illũ].i. cõſtituã.i. prę alijs creaturis illi honorẽ deferã, ſicut primogeniti præ alijs adamari ſolent. Et ipſe eſt primogenitus in mul. fratrib⁹.ſ. [excelſum præ regibus terræ] quod iã impletũ eſt. Nã illum reges terræ adorauerũt. Et quia hæc poteſtas nõ eſt tẽporanea, ſubdit: [In æternum ſeruabo illi mĩam meã] quãtũ ad ipſum, & mẽbra eius: qa bona quæ ſunt illi ex mĩa collata.ſ. vt ſit deus & homo in vnitate perſonę, & caput eccleſię (cui perpetua data eſt poteſtas in cælo & in terra) erũt æterna. Et mĩa quã pater electis ſuis per filiũ pollicitus eſt, in æternũ nõ mutabitur [& teſtamẽtũ meũ fidele ipſi] ſeruabo.i. promiſſionẽ à me ſibi factã adimplebo. Quæcunq; enim de eo prædicta ſunt, integrè in eo cõpleta ſunt. [Et ponam in ſæculũ

ſæculi]

ſæculi].i.firmabo inæternũ [ſemen eius] ſpirituale.ſ. chriſtianos, qui ſemper durabũt, accepturi tandẽ hæreditatẽ[& thronũ eius].ſ.eccleſiã, cui præſidebit:ponam[ſicut dies cæli].i. dies æternitatis, vbi perpetua dies eſt,quæ nunq̃ tendit ad occaſum, hoc eſt,inæternũ durabit regnũ eius. [Si aũt dereliquerint filij eius] .ſ.chriſtiani[legẽ meã].ſ.præcepta decalogi, vel Euãgelij[& in iudicijs meis non ambulauerint] ſemper in melius proficientes.[Si iuſtitias meas prophanauerint].i.prophana reputauerint,malè viuendo & operando[& mandata mea non cuſtodierint] præ inertia negligendo.Si hæc inquã fecerint, non tamen ſum illos protinus deleturus, ſed [Viſitabo] vt pater filium [in virga].i. remiſsiori & leuiori diſciplina [iniquitates eorũ] minores [& in verberibus].i.in aſperiori & grauiori correctione[peccata eorum] maiora. Et hæc fiẽt ex magna mĩa:vnde addit, [Mĩam aũt meã nõ diſpergã ab eo].ſ. Chriſto.i.à corpore eius, quod vnũ eſt cũ capite.Et licet pro mẽbris hoc intelligatur p̃cipuè dictũ,nõ tamẽ dixit ab eis:q̃a quod tã clementer agat nobiſcũ de',amore Chriſti facit.Ergo pœniteãt peccatores nec deſperent[neq; nocebo in veritate mea.] Ad hoc enĩ nõ tollitur mĩa liberãtis, vt nõ noceat veritas vindicãtis.[Neq; prophanabo].i.violabo [teſtamentum meũ].i. quod promiſi Dauidi, illud nempe quod perpetuã ſucceſsionẽ illi daturus ſum,non reſcindam: [& quæ procedũt de labijs meis].ſ.à prophetis meis, per quos loquor [nõ faciam irrita].i.caſſa & vana,ſed reuera fient. Pereuntibus enim reprobis, veritas remanebit in electis, nec remanebit ſine hæreditate Chriſtus, nouit enĩ qui ſunt ipſius ſectatores. Et verè nõ faciã irrita: quia[Semel iuraui].i.ęternaliter,& firmiter ſtatui[in ſancto meo], id eſt, in me ſancto [ſi] id eſt, non [Dauid,] id eſt, Chriſto [mentiar].ſ. quin videar ſtare promiſsis. Iuraui inquam quod [ſemen eius,] id eſt, ſucceſsio.ſ. populus chriſtianus [inæternum manebit] in regno dei. [Et thronus eius] erit

ſicut

[ſicut ſol in cõſpectu meo] .i. illi apud quos ſibi ſedẽ delegiſſe viſus eſt.ſ.mẽbra quæ capiti ſuſtinendo auxiliantur, erunt ſicut ſol,qa iuſti fulgebunt ſ. ſol in reg. pa.eorũ.Et hoc de aĩabus dictũ eſt,quæ tũc de dei cõtẽplatione gloriabuntur[& ſicut luna perfecta inæternũ]quãtũ ad partẽ exteriorẽ,& ſecũdũ carnẽ quę modò mutabilis eſt ſicut luna,tũc aũt erit immutabilis & pfectą,ac tota lucida.Tũc enĩ ſancti erũt in vtroq; pfecti gemina ſtola induti & cõſpicui[&]ipſe huius tantę gloriæ,q̃ ſanctis exhibebit[teſtis].ſ.Chriſt⁹eſt[in cęlo fidelis]cui⁹ caro reſurrexit,cuius gloriæ ſplẽdore illuſtrati cõformes futuri ſunt oẽs ſancti.Et hoc aduerſus eos facit q reſurrectionẽ carnis negãt. Seqtur vox eccleſiæ vel apoſtolorũ quaſi exprobrãtiũ quod tã dira paſſus ſit dñs.[Tu verò] pater qui iuraſti ſemẽ Chriſti inæternũ mãſurũ,nũc eũ[repuliſti].i.videris repuliſſe [& deſpexiſti]ludibrio expoſuiſti, idq; vſq; ad patibulũ crucis. Et[diſtuliſti Chriſtũ tuũ] à gloria, tradendo eũ inimicis.[Auertiſti].i.videris auertiſſe[teſtamentũ ſerui tui]quo promiſeras nos vna cũ illo regnaturos, [prophanaſti in terra].i.,pphanaſſe videris[ſanctuariũ eius]& tamẽ tu promiſeras quod nõ dares ſanctũ tuũ videre corruptionẽ,& iã ſepulchro incluſum vidim⁹. [Deſtruxiſti oẽs ſepes eius].i.videris deſtruxiſſe verba legis & prophetarũ,quibus munieras eũ[poſuiſti firmamentũ eius].i.nos apoſtolos,quos confirmauerat ſua doctrina,cũ nos cũ illo ambularem⁹, idq; illo docẽte turbas[formidinẽ]ita vt cũ caperetur, fugeremus ab eo.[Diripuerũt eũ oẽs trãſeuntes viã,factus eſt opprobriũ vicinis noſtris].ſ.Iudæis & principibus ſacerdotũ,qui dicebãt,vah qui deſtr.tẽplum dei etc.[Exaltaſti dexterã].i.potentiã[diripiẽtium eum]vt ei dñarentur ad tẽpus. Et in hoc [lætificaſti oẽs inimicos].ſ. cum ſatis factum fuit voluntati eorum dum cruci affixus eſt.[Auertiſti adiutoriũ gladĳ ei⁹] quãdo coarguit Petrũ ad iniuriã propulſandã,cupientẽ vti gladio, dicẽs illi:Mitte gladium tuũ in vaginã, vel doctrinã ipſius

ſius intelligit, qua non minus feriebat aĩos hoĩm quã ſolet gladius corpus hoĩs afficere, nec tamen illa res illi tunc profuit quicquã [& nõ es auxiliatus in bello] hoc eſt, in cõflictu paſsionis, ſed tanta & tã grauia paſſus eſt, quanta humanitas tolerare potuit. [Deſtruxiſti eũ ab emũdatiõe] .i. vt nos à peccato mũdaret, ipſum morti tradiſti [& ſedẽ eius in terra colliſiſti] .i. nõ cõſtituiſti eĩ regnũ in terra. [Minoraſti dies tẽporis eius] qa paucis annis vixit [profudiſti eũ cõfuſione] dũ flagellatus eſſet, dũ ſputis Iudęorũ & ignominioſa morte, crucis affectus eſt. Cõſequẽter propheta ſub perſona eccleſiæ orat, d: O tu pater [Vſquequo dñe auertis] .ſ. oculos mĩæ tuæ à nobis relinquẽdo nos in tribulationibus varijs? Nũquid vſqꝫ [in finẽ] .i. ſemper [exardeſcet ſicut ignis ira tua?] q. d: Noli ſic nobiſcũ agere, cũ tibi ſit ꝓpriũ miſereri & parcere. Sed potius [Memorare quæ mea ſubſtãtia] .i. quã fragilis ſit humana natura, multiſqꝫ miſerijs ſubiecta, quæ tã exigua eſt vt ſi nõ redimatur per Chriſtũ, nulla oĩno videri debeat, [nunqd enĩ vanè cõſtituiſti oẽs filios hoĩm?] q.d: Nõ. Vanè aũt cõſtituti fuiſſent ſi tua mĩa eis nõ ſuccurriſſet, vt ad vltimũ finẽ ſuũ .ſ. fœlicitatẽ ſupernã ꝑuenire nõ dubitarent? Nã [Quis eſt] ex nobis [homo qui viuet & nõ videbit mortẽ?] .i. qui nõ moriatur, q.d: Nullus: qa ſtatutum eſt hoĩbus ſemel mori. Et quis eſt qui [eruet aĩam ſuã de manu inferi?] .i. de poteſtate inferni? Certè nullus ab inferno liberabitur, niſi tu noſtræ imbecillitatis memor, nobis ſubueniás. Et cũ ita res ſe habeat, [Vbi ſunt] ergo [mĩæ tuæ antiquæ] ô [dñe] & à multis tẽporibus promiſſæ [ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?] .i. ſicut veraciter & firmiter manu forti & valida Chriſto promiſiſti. Vndiqꝫ eccleſia tua afflictionibus ꝑmitur, cui tamẽ æternã mĩam antehac promittebas. [Memor eſto dñe] vt remuneres [opprobrij ſeruorũ tuorũ] & [multarũ gentiũ] .i. ne tradas obliuioni ea quæ à multis gentibus fidelibus tuis illata ſunt opprobria [quod] opprobriũ ego eccleſia diu [cõtinui]

.i. por-

.i.portaui [in ſinu meo].i.apud me diſsimulando,& patienter ſuſtinẽdo. [Quod] opprobriũ [exprobrauerunt inimici tui dñe].ſ. Iudæi & pagani, dicẽtes Chriſtũ omnino periſſe. Et repetit [quod exprobrauerũt] vt exaggeret ſcelus. Et ſubiũgit quid illud ſit quod illi obiecerint.ſ.[cõmutationẽ].i.mortẽ[Chriſti tui].i.filij tui crucifixi. Hoc enĩ obiecerũt nempe quod mortuus eſſet Chriſtus, ꝙ crucifixus, quæ cũ dicuntur, blaſphematur Chriſtus deus & homo. Sed non debet opprobriũ vocari quod obijciunt, quia hoc ſolũ eſt mutari à temporali vita ad æternã. Illi quidem exprobrant, ſed nos illũ laudantes dicimus. [Benedictus] ſit [dñs inæternũ] qui ex iſta cõmutatione nobis peperit rem tã ſalutarẽ, nẽpe remiſsionẽ culpæ, & gloriã beatitudinis æternæ. Et ad cõfirmandũ ſententiã & benedictionẽ, ne quis ſit qui addubitet, ſubdit: [fiat, fiat] fiat in tempore gratiæ, fiat in tempore gloriæ.

PSALMVS LXXXIX.

In hoc pſalmo propheta agit de reparatione generis humani, nec nõ de breuitate & miſerijs uitæ præſentis, ac de longitudine & fœlicitate illius uitæ quæ ſequetur. In perſona ergo eccleſiæ loquens propheta, & a ſpe incipiens, ait:

DOmine] ſummę miæ & clemẽtię [refugiũ factus es] per fidẽ tuæ incarnationis [nobis] ad te cõuerſis: vt ſi ad te confugere & tibi adhærere lubeat, tuti ſumus ab illis qui nos infeſtare nõ deſinũt [à generatiõe in generationẽ].i. ſemp. Et licet ex tẽpore ſanctus ſis, nobis refugiũ, tamẽ [Priuſq̃ mõtes].i. angeli [fierẽt] de nihilo. Et priuſquã [formaretur terra].i. hoĩes de limo terræ. Aduerte oẽm rationalẽ creaturã hac differẽtia diſtinctã eſſe, vt mõtiũ noĩe ſignificetur celſitudo angelorũ, & noĩe terræ, humilitas hoĩm [&] priuſquã fieret [orbis].i. vniuerſitas rerũ [à ſæculo & in ſæculum].i. ab æterno abſq; vllo initio, & inæternum ſine fine [tu es deus].ſ. immutabilis. Ac ſi diceret, Etiam ſi tu ex virgine tẽporaliter carnẽ aſſumens, humano generi factus ſis refugium, tamen ante ipſam &

omnẽ creaturã, tu es deus. Cum ergo ſis refugium noſtrũ, [Ne auertas].i. ne repellas [hominẽ] à tuis bonis æternis [in humilitatẽ].i. in temporalium & terrenorum cõcupiſcentiam [&].i. quia [dixiſti conuertimini] ab amore mundi & terrenorum, ad me & ad amorem æternorũ ô [filij hoĩm] qui poteſtis iſtud facere: vnde alibi, Filij hominũ vſquequo gra. cor. vt q.d. vanitatẽ etc. q.d: hoc à te peto quod ipſe iuſsiſti petẽdum eſſe: precem ergo petẽtis exaudi. Ideo aũt debemus ab his fluxis rebus ad te & ad tuũ refugiũ conuerti. [Quoniã mille anni].i. quantumlibet longa vita quã hic viuimus [ante oculos tuos].i. ad comparationẽ æternitatis quã tu vides, ſunt [tanquã dies heſterna quæ].ſ. [præterijt].i. ſimilis eſt diei heſternę, quæ & præterierit, & quæ iam nihil habeatur. Si aũt mille anni nullius ſunt momenti reſpectu illius, quod æternũ eſt, ſequitur vitã alicuius hoĩs, qui nondũ ad mille annos vnquã peruenit momentaneum eſſe, q.d: Res vilis eſt homo, niſi reſpiciat alterã vitã, atq; ideo neceſſe eſt iſtã vitam poſtponere, & in alterã diligenter oculos dirigere. Nec ſolum tanquã dies vna ſunt mille anni, verum etiã [Et] tanquã [cuſtodia in nocte].i. ſicut vigilia noctis, quæ triũ horarũ ſpatio cenſetur. Atq; quod magis facit ad demõſtrãdã huius vitę p̃ſentis vilitatẽ, ecce [anni] mille [erũt] ex numero eorũ.i. inter ea cõputabũtur [quę pro nihilo] & nullius p̃cij [habẽtur].i. nulla reputabuntur veluti ſomnia. Sed abſit vt ego te incuſem qui hãc inęqualitatẽ cõfeceris, imò diuinę iuſtitię acqeſcẽs dico. [Mane] primo.ſ. pueritię [trãſeat] homo.i. q̃litatẽ mutet [ſicut herba] quæ cito admittit alterã q̃litatẽ adueniẽte ſole. Et ſecũdo [mane floreat & trãſeat].i. momẽtaneè vigeat, & citò pagat q̃ faciũt ad delectationẽ. Et poſtea [veſpere] frigidæ ſenectutis [decidat].i. incidat in mortẽ [induret] in cadauere [& areſcat].i. ſicceť in puluere. Hæc autẽ pœna à p̃ctõ initiũ ſumpſit: vnde ſubdit, [Quia] ab ĩmortali ſtatu defecim⁹].i. in hãc miſerã mortalitatẽ delapſi ſum⁹ [in ira

tua]

tua] qua iratus es primis parentibus. Nec ſolũ ſecundum corpus defecimus infirmitate, ſed etiã ſecundum aĩam affligimur mortis timore: vnde ſeqtur, [& in furore tuo] .i. in effectu furoris tui [turbati ſumus] reformidãtes mori, & quod grauius eſt poſt mortẽ puniri. Infirmi facti ſumus, & tamen cũ infirmitas finẽ capit, trepidamus. Et tu [Poſuiſti iniquitates noſtras in cõſpectu tuo] .i. ſub oculis poſuiſti oĩa originalia peccata noſtra. Et etiã [ſæculũ noſtrũ] .i. curſum tẽporum noſtrorũ. ſ. vitã noſtrã prauã, & actualia peccata, quæ tãdiu quã in hoc ſæculo viximus, cõmiſimus: poſuiſti [in illuminatione vultus tui] .i. palã & corã te, ſicut illud quod expoſitũ eſt lumini, q.d: Nõ iudicaſti ea venia digna, ſed poſuiſti ante te vt punirẽtur. Hoc aũt ex effectu probatur. [Qm̃ oẽs dies noſtri] .i. vitæ noſtræ [defecerũt] .i. ꝑpter irã tuã ad paucitatẽ redacti ſum⁹, idq́ꝫ propter peccatũ [&] ita [in ira tua defecimus] ac paſsibiles & mortales facti ſumus, qa ea quę citò auolãt, amauimus. Deinde exprimit melius miſeriã & bonitatẽ vitę huius: qa [Anni noſtri ſicut arena] tã inanes & inutiles [meditabũtur] .i. reputabuntur. Nã illa quę hic agimus tã fragilia ſunt & tranſitoria, vt ſunt tela araneę; vt enim aranea cõnectit fila, & huc illucq́ꝫ diſcurrit, totaq́ꝫ die texit, laborq́ꝫ quidem grandis videatur, ſed profectus exiguus, imò penè nullus, ita & vita hoĩm huic araneæ cõparari poteſt, huc enĩ illucq́ꝫ diſcurrit ad occupationes inanes & inutiles, laboratq́ꝫ vt res corruptibiles. ſ. diuitias & honores acqrãt, nec intelligit ꝙ ita ſe cruciãdo araneæ tela texat, cum oĩa in momẽto amittit. Et ſicut anni noſtri cõſumũtur in labore vano, ſic etiã pauci ſunt numero, qa [dies annorũ noſtrorũ] ita breues ſunt, ꝙ [in ipſis] ſunt [ſeptuaginta anni] ſi curſũ cõmunẽ reſpicias. [Si aũt in potẽtatib⁹] i. in bene affectis ſunt [octogĩta anni] in ſtatu cõueniẽti [& amplius] vltra illud tẽpus eſt [eorũ labor & dolor] ac multa miſeria quæ tũc multiplicatur. Senectus enĩ ipſa quidã morbus eſt & languor. In tẽpore verò tam

breui

breui nõ poſſet homo de peccatis ſatisfacere niſi deus ſuppleret ſua benignitate q̄d deeſt:ideo ſubditur,[Qm̄ ſupuenit] in ſenectute[mãſuetudo]dei.Deus enĩ propter clemẽtiã mãſuet⁹,nos ,ppter ſenectutẽ efficit mãſuetos[&]ſic[corripiemur]&emẽdabimur ab intẽperãtibus adoleſcẽtiæ motibus.Et cũ hoc ita ſe habeat, [Quis nouit].i. noſcere & ſatagere cognoſcit[poteſtatẽ iræ tuæ]quã exerces cõtra illos quibus hic parcis [&]quis [præ timore tuo].i.te timẽs,nouit[irã tuam dinumerare?].i.cõpræhẽdere & diſtinguere:quia dum pleriſq; iraſci videris,placatũ te præbes, q̄buſdã verò tunc placabilẽ te oſtẽdis,quãdo iraſci exiſtimaris.Illis enim parcis ad pœnã,hos punis ad ſalutem,q.d:Pauci ſunt qui hęc intelligant. Si enĩ intelligerent,nõ tã imprudẽter & facilè laberẽtur in peccatũ. Et quia ſine te hęc intelligere nõ poſſum⁹,ergo ô dñe[Dexterã tuã ſic notũ fac].i. Chriſtũ,ſic fac notũ vt per eũ diſcant tuĩ, irã tuã noſcere,& irã tuã dinumerare:vel,[Dexte.tuã] .i.æternã fœlicitatẽ,qua oues ab hædis ſeparabis [ſic notã fac]vt dictũ eſt .ſ.flagellando quẽ tu recipis, nec permittendo vt proſperè cũ illo agatur in tẽporalibus,ſed emendãdo vt illũ ad dexterã tuã colloces,[&] fac[eruditos corde in ſapiẽtia]ad p̄dendũ iſta.Et[Cõuertere dñe]ab irato in benignũ, reſpiciẽdo nos mĩæ tuæ oculis[vſquequo].i.aliquantulũ,nõ ex toto:quia multum prodeſt ſi aliqua tribulatio ſuper nos cõmonefaciat[& dep̄cabilis eſto ſuper ſeruos tuos]p̄ces eorũ exaudiendo,q.d:Iuſtitiã tẽpera,taleq́; te exhibe qui nõ recuſes exorari à peccatoribus. Sed iſte homo dei iam futura bona ſpe anticipans quaſi de factis dei non addubitans,ait: [Repleti ſumus mane].i.in æternitate[mĩa tua]qua nos à malis oĩbus liberaſti,& abundãtia bonorũ ſatiaſti[&]ibi[exultauim⁹]foris:vel[exu.] in laude tua [& delectati ſumus] in te, qui es ſumma dulcedo [in oĩbus diebus noſtris] q̄bus nulla nox ſuccedet,vbi oẽs dies ex vno illo q́; ſolo cẽſentur .i.æterni ſunt. Ibi etiã[Lætati ſumus pro diebus quibus nos

humiliaſti].i.humiliari permiſiſti & affligi .ſ.[annis quibus vidimus] & experti ſumus[mala]pœnalia huius exilij,& anguſtias corporis & afflictiones.Nã mala pœnæ nũc cũ patientia tranſacta ſunt æternæ vitæ meritoria. Sed quia homo nõ poteſt hic malũ euadere,vel in bono perſeuerare,niſi ſpeciali tuo adiutorio cõfirmetur:ergo[Reſpice in ſeruos tuos]eos in bono cõſeruãdo,& etiã dirigẽdo[& in opera tua]qa ipſi ſerui tui ſunt, & opera nõ ſua,ſed tua,q.d: ꝓpter hoc debes reſpicere:qa ipſi ſerui ſunt opa tua [& dirige filios eorũ].i.imitatores, vt ſint recti corde, q ſi recti corde fuerint,habebũt deũ ꝓpitiũ:vel]filios].i.opera,ne incuruẽtur, & impellãtur ad mala.[Et]vt ad hoc ꝓualeamus[ſit ſplẽdor dñi dei noſtri].i.lumẽ vult⁹ tui,& lux ſpũalis.ſ.gratia [ſuper nos] mẽtes noſtras illuminãs, [& opa manuũ noſtrarũ dirige] vt .ſ.creſcãt & dirigãt ad æterna,hoc eſt,quod addit[ſuper nos].ſ.ad cęleſtia vt nõ ꝓ mercede terrena,ſed pro dei gloria,& æternis bonis ea faciam⁹.Deinde in ſingulari numero,ſubdit: [& opus manuũ noſtrarũ dirige]viſo ꝙ oĩa opera bona noſtra,vnũ opus eſſe debeat in charitate,& tẽdere ad vnũ finẽ,qui deus eſt,Amen.

PSALMVS XC.

In hoc pſalmo propheta ſperãti in deo, in tẽtatione & pugna ꝓmittit protectionẽ diuinã, ac demũ poſt protectionẽ,uictoriã: & poſt uictoriã,coronã.Propheta ergo de quolibet ſancto ait:

QVi habitat].i.qui more habitãtis, ſe ꝑ fiduciã ſtabiliuit[in adiutorio]nõ ſuo,ſed[altiſsimi] dei .i. qui totã ſpẽ ſuã in deo & in eius adiutorio ſemper collocauit[in ꝓtectione dei cęli cõmorabitur].i.oĩbus modis à deo ꝓtegetur, & perſeueranter habebit eũ protectorẽ in tentationibus,vt nec eleuetur proſperis, nec deijciatur aduerſis. Et talis[Dicet domino]corde & ore [ſuſceptor meus,] id eſt,mei infirmi[es tu]vtpote medicus, qa ipſe recipit nos curandum vt ſolet medicus ægrotũ[& refugium meũ] quia ad ipſum refugimus, vt ab imminẽtibus tentationibus & periculis liberemur. Et [deus

meus]

meus] quia creator noſter eſt, & reformator rationis noſtræ. Et ideo [ſperabo in eum] vt futura bona adipiſcar, nec de me pſumā, q.d: Omne malū fugiet, & ad deum conuertetur, atq; iſtud præſtare, eſt habitare & ſperare omnino in adiutorio altiſsimi. Et meritò ſperabo in eo. [Qm̄ ipſe liberauit me de laqueo venantium]. i. à tentatione tam dæmonū quàm hoīm, dum tentamur ipſis factis [& à verbo aſpero]. i. à tentatione, quę ipſis verbis exprimitur, ſiue illa ſint aſpera, vtpote cōuitia, detractio & ſimilia, ſiue blāda, vt adulatio doli & huiuſmodi. Sed ab his oībus liberať à deo, is q ſpē ſuā ponit in eo: vel, [Qm̄ ip. li. m. de la. ve.] ſecūdū Bernar. venatores, ſunt dęmones, q tuba nō perſtrepūt ne audiātur, ſed ſagittāt in occultis immaculatū. Et laqueus diaboli, diuitię ſunt quæ in hoc ſæculo cōquirūtur: vnde Apoſt. Qui volūt diuites fieri inci. in tēt. va. Ergo liberauit me de laqueo venātiū in pſenti, [& à verbo aſpero] in futuro. Qui enim hic incidit, & moriť in laqueo venātiū, in futuro audiēt verbū aſperū. Quia verbū aſperū erit illud, cū audiēt: Surgite mortui, venite ad iudiciū. Aſperius illud: Eſuriui, & nō de. m. etc. Aſperrimū verò illud: Ite maled. in ig. ęter. etc. Et vt liberet [Scapulis ſuis]. i. humeris, in qbus cōſiſtit fortitudo. i. ſua virtute ppria [obumbrabit tibi] q habitas in adiutorio altiſsimi, ne tentationis ęſtus te exurat [& ſub pēnis] vel alis [eius ſperabis] qui poſsit te à malis eripere: vel, [Scapulis ſuis ob. tibi & ſub pen. eius]. i. ſub brachijs extenſis in cruce [ſpera.] quia ſanitas in pennis eius, Malach. 4. Sic enim moriendo ſanauit nos à peccato, & à morte redemit æterna. Et tanquā [Scuto] miſericordiæ [circundabit te]. i. proteget te [veritas eius] id eſt, obſeruatio præceptorum eius, quæ cōtinentur in lege, quia lex dn̄i eſt veritas, quæ nullam habet admixtam falſitatem. Veritas eius erit tibi ſcutum, id eſt, ſi cuſtodieris mandata illius, defenderis à malignis hoſtibus. Et ita [non timebis à timore nocturno,] id eſt, à leui, & occulta

tentatione quæ plerũq; nobis ignorãtibus cõtingit, ſeu à tentatione ignorãtiæ. Nõ timebis etiã[A ſagitta volante in die].i. à leui & manifeſta tentatione, quæ fit nobis ſciẽtibus, ſeu à peccato quod ſcimus eſſe peccatũ[à negotio perambulãte in tenebris].i. à graui & occulta tentatione, quæ infertur ignorantibus. Et[ab incurſu & dæmonio].i. ab incurrente dæmonio[Meridiano].i. à graui & aperta tentatione, quæ fit nobis ſcientibus, quæ dicitur dæmoniũ Meridianũ propter vehementis tentationis æſtũ.[Cadent à latere tuo].ſ. ſiniſtro[mille] dæmones, qui te tentationibus vexauerunt, diuina tamẽ virtute victi[& decẽ milia à dextris tuis]cadent. Et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, vt per mille & decẽ milia, intelligatur dæmonũ multitudo [ad te autẽ] qui in diuino adiutorio totã ſpẽ collocas [nõ appropinquabit]dęmoniũ, vel tentatio per cõſenſum.[Veruntamẽ oculis tuis]interioribus [cõſiderabis] talẽ protectionẽ diuinã tibi gratis exhibitã [& retributionẽ peccatorũ].i. pœnã debitã de peccatis [videbis] in fine: qa retribuet abundanter facientibus ſuperbiã. Et ſic gratia dei non deſtitutus, dices: [Qm̃ tu es dñe ſpes mea] tuta & ſecura, & ĩ te ſolo cui nemo poteſt reſiſtere, cõfido. Et ſic[altiſsimũ].ſ. ipſum deũ[poſuiſti refugium tuũ]ad quẽ refugias ſi quædã mala occurrãt. Quia qui ad illũ refugit, nõ eſt quod timeat dęmones, qui inferius deiecti ſunt, nec hoĩes malos qui terrę adhærent. Et[Nõ accedet ad te]eo ꝙ tam altum refugiũ elegeris [malũ].ſ. mortalis culpę, vt noceat aĩæ: quod tũc prima ad hoĩem accedere dicitur, quãdo homo iuſtus in illud cõſentit [& flagellũ].ſ. temporalis pœnæ[nõ appropinquabit tabernaculo tuo].ſ. corporis, vt ſic te deijciat à via virtutis & firmitate fidei. Nõ ſic appropinquabit vt nõ ſit, ſed vt nõ obſit, qa habitãti in adiutorio altiſsimi, nocere nõ poterit. Cuius ratio ſubditur: [Qm̃ angelis ſuis]quos ad cuſtodiã hominũ, & quidẽ electorũ deputauit[mãdauit]tanquã ſuis miniſtris

ſtris[de te]vt tui curā habeant[vt cuſtodiant te]ab oī nocumento[in omnibus vijs tuis]tam in proſperis, q̃ in aduerſis. Vnde magnā debemus angelis reuerentiā, eò quod ſint nobis à deo ad ſeruandū nos delecti. Et ipſi angeli[In manibus].ſ. potencia & virtute[portabunt te]ad bona dirigēdo & iuuādo, & à malis eleuādo ac protegēdo, q.d: Sic te cuſtodiēt tanq̃ſi in manibus te portēt[ne fortè offendas ad lapidē]i. ad peccatū mortale, quod tā graue eſt quā eſt lapis [pedē tuū].i. affectū per cōſenſum & malū propoſitū, Bernar. Tam facilè tranſit qui illis portatur manibus, quā facile natat cui alter ſuſtinet mētū, & ita quotiens grauiſsima imminet tentatio, inuoca cuſtodē tuū. Et angelis te portātibus. [Super Aſpidē & Baſiliſcū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē].i. oēm virtutē & poteſtatē diaboli, diuino adiutorio aſpirante, ſuperabis. Qui propter varias aſtutias & diuerſos tentādi modos hic cōparatur aīalibus. Ipſe enim eſt aſpis, cū occultè veneno percutit, & hoīem p ignorātiā, mortaliter peccare facit. Baſiliſcus cum palā flatu venenat, & hoīem ſciēter mortaliter peccare cōpellit. Ipſe eſt leo dū ſæuit apertè & perſequitur violenter. Draco, dū inſidiatur occultè, & deuorat negligentes. Deinde ſequuntur verba dei cōſolantis virū iuſtū & eccleſiā in tribulationibus cui hic defenſionē atq; in futuro præmia promittit. [Qm̄ in me ſperabit]nō in ſe, vel in alio[liberabo eū] ab illis tentationibus, & à malis oībus quæ in hoc mūdo inferuntur[protegā eū]à periculis, ideo [qm̄]verè[cognouit nomē meū] credēdo, laudādo, & alijs nūciādo. Hæc aūt cognitio nō cōſiſtit ſolū in ſcientia, ſed in bona vita & operatione. Quātūcunq; enī ſcire dicatur, ſi tamē opera ſciētiæ nō appareāt, dicitur potius ignorare deū, quā cognoſcere. Et qm̄[Clamabit ad me]orādo [&]ego[exaudiā eū]finaliter. Et ſi cū primū nō videar illū audire, iā tamen [cū ipſo ſum in tribulatione]in p̄ſenti vita, ſicut fidelis adiutor, dulciſq; cōſolator ne ſcilicet deficiat[eripiā eū] à morte, à

carcere corporis,& à periculo tẽtationis[& glorificabo eũ]poſt labores trãſactos, æternis pręmijs in cælis illũ cõſtituẽs. Et tũc[Longitudine dierũ].i. vita ęterna, quæ nõ inuenit finẽ[replebo eum]quia ſufficit habenti: vnde alibi, Satiabor cũ apparuerit gloria tua [& oſtendã illi] per ſpeciẽ & apertam viſionem [ſalutare meũ].i. Chriſtum, per quem ſaluaui genus humanum. Per eũ enim, ſaluus factus eſt homo à pœna: & per ipſum ſaluus erit in gloria: vel[oſtendã illi ſalu. meũ].i. meipſum, in quo conſiſtit ſalus æterna. Hæc viſio eſt tota merces, vt dicit Auguſtinus.

PSALMVS XCI.

In hoc pſalmo propheta exhortatur fideles ad dei laudem pro diuerſis beneficijs in eoſdem exhibitis, ac de finali impiorum perditione, & iuſtorum retributione, Dicit ergo propheta:

BOnũ eſt] qa honeſtũ et vtile, iucundum et delectabile[confiteri] confeſsione laudis. Confiteri enim, eſt laudare deũ, qui eſt fons omniũ bonorum: vnde addit[dño]in cuius manu cõſiſtunt omnia bona. Et cõuertens ſermonẽ ad dñm mutata perſona, dicit:[et]bonũ eſt[pſallere nomini tuo].i. bene operari ad honorem nominis tui, nõ temporalẽ laudem ſpectantes ô[altiſsime]Pſallere, eſt tangere, et per tactum, deſignatur operatio. Laus autem noſtra debet eo ſpectare. [Ad annunciandũ].i. vt laudet[mane]id eſt, in proſperis[miſericordiã tuã]qua piè parcis: quia cum aliquid proſperè nobis euenit, id totum prouenit ex miſericordia et gratia dei,[et veritatem tuã]qua iuſtè flagellas[per noctem].i. in aduerſis: qa cũ aliquid aſperũ et aduerſum nobis contingit, iuſto dei iudicio fit, idq́ propter peccata noſtra illum hæc facere, credere debemus. Bonũ eſt etiã pſallere[In decachordo pſalterio]hoc eſt, in decẽ pręceptorũ obſeruatione[cũ cãtico in cythara].i. cũ gaudio per carnis mortificationẽ. Ideo aũt bonũ mihi eſt pſallere et cõfiteri.[Quia delectaſti me dñe].i. delectationẽ internã mihi infudiſti[in factura tua].ſ. cælo et terra et quæ

in illis cõtinentur,necnõ in decore eorũ & in obediẽtia etc.Video enĩ facturã,& benedico factorẽ[& in operib' manuũ tuarũ exultabo]dũ creaturis tuis vtor, vel admiror earũ pulchritudinẽ & vtilitatem,quæ oĩa mihi ſeruiũt.Creaturæ enim à deo productæ,materiã præbent exultationis & delectationis homini ,tũ qa creaturæ corporales factæ ſunt ad eius obſequiũ,tum qa per gradus creaturarũ,animus hoĩs eleuatur ad deũ cognoſcendũ & amandũ. Veruntamẽ quia homo rationes creaturarũ nõ poteſt perfectè aſſequi,ſubdit cũ admiratione:[Quã magnificata ſunt].i. valde magna ſunt,quia cõprehendi nõ poſſunt [opera tuã] ô [dñe] in ſubſtãtia,in forma, in vi & in cæteris. Nullus enim eſt qui poſsit ea oĩno perueſtigare. Bene ergo ſeqtur: [nimis profundę factæ ſunt cogitationes tuæ]quibus talia feciſti & regis:quia intellectu & ratione attingi non poſſunt.Sed[Vir inſipiens]cui non ſapit benficiũ propter ipſius creationis illi collatũ[non cognoſcet] beneficia diuina meditando[& ſtultus]qui malè viuit [nõ intelliget hæc]quæ dicta ſunt,& quæ ſequũtur,vt deũ ex ſuis operibus laudet,ob quã rẽ dignus eſt qui à deo puniatur,ac de talibus ſubditur:[Cum exorti fuerint peccatores] i.poſtq̃ in temporalibus excreuerint, & temporaliter ad horam floruerint, [ſicut fœnum] quod vbi ſtatim oritur,cito ſiccatur. Nam et ſi peccatores in hoc ſæculo florere videntur, poſthac tamen areſient.i.ad nihilum redigentur [& apparuerint] inſignes & famoſi [omnes qui operantur] pertinaciter [iniquitatem] præponendo terrena cæleſtibus, & illi qui amãt cũ illis ambulare:vel, [&] poſtea [apparue.] in iudicio velint nolint[oẽs qui]nũc[ope. ini.].i.ipſi peccatores vbi apparebunt,nõ quidẽ ad illorũ gloriã, ſed ad cõfuſionẽ:vnde ſeqtur, [Vt intereãt] miſerè[in ſæculũ ſęculi].i. ęternaliter & ſine fine ,ꝑpter ꝑpetratas iniqtates.Illorũ enĩ fructus erit æternus interitus, quod inſipiẽtes & ſtulti nõ intelligũt , eo ꝙ tẽporalia ſolũ cognoſcãt [tu aũt altiſsimus] & potẽtiſsimus ad.

puniẽdũ eos es,& permanes[in æternũ]ô[dñe]qui in ampla maieſtate tua deliberas apud te, quãdo trãſeat tẽpus impiorũ,& veniat tẽpus iuſtorũ,quod in effectu apparet.[Qm̃ ecce inimici tui dñe]& repetit[qm̃ ecce inimici tui perbũt]in æternũ, qui modò in voluptatibus vitã cõſumunt cũ diabolo & angelis eius [& diſpergẽtur].i.à ſocietate bonorũ ſeparabuntur[oẽs qui operãtur iniqtatẽ]impœnitẽtes,& ĩ iniqtate pſeuerãtes.Illi ita peribũt,ſed nõ ſic iuſti,vel eccleſia, de qbus ſubiungit:[Et exaltabitur].i. roborabitur [ſicut vnicornis] qui fortitudine plurimũ valet,& vnico cornu aduerſus quælibet ſe defendit[cornu meũ].i. fides & virtus mea augebitur & roborabitur, ad reſiſtendum oĩbus tentationibus [& ſenectus mea].i. nouiſsima mea,erunt in mĩa vberi].i. pingui ſeu fertili & abundanti;hoc eſt, in vbertate mĩæ dei.ſ.in lætitia & beatitudine aĩæ & corporis. [Et] ideo iam nũc [deſpexit oculus meus]interior [inimicos meos].i.oẽs operãtes iniquitatẽ [& inſurgẽtibus in me].i.cõtra me[malignantibus].i.malignè agentibus[audiet auris mea] ſupple vindictã ſeu punitionẽ,cũ dicetur eis:Diſcedite à me maled. in ig.æter.[Iuſtus]aũt[vt palma florebit] hic odorifero virtutũ, vt in futuro afferat fructũ dulciſsimũ.Vt enim palma cuius ſignũ aſperũ eſt, & dulces fructus profert in ſummitate, ſic iuſtus incipit ab aſperitate laboris & pœnitentiæ,ſed in fine,dulces & amænos fructus æternæ vitæ cõcipiet, atq; ſic demũ florebit in futuro in ſtola corporis & aĩæ.Et[ſicut cedrus libani multiplicabit̃]in operibus bonis, vel hic in gratia,vel in futuro in gloria. Cedrus enim alijs arboribus procerior eſt, nec putrefactioni obnoxia, & odore ſuo fugat ſerpentes. Similiter iuſtus altior eſt cæteris hoĩbus.ſ.impijs,& ſecũdũ opera bona,nõ eſt putrefactioni obnoxius,& exẽplo bonæ vitæ & fama fugat vitia ab alijs.Libanus aũt candor interpretatur, atq; ipſe per candorẽ & pulchritudinẽ innocentiæ & virtutũ ad hanc cõſcendit dignitatẽ,Et qa plures futuri ſunt

ri ſunt qui iuſtitiæ viã ſecuti fuerint:ideo addit pluraliter præmiſſam aperiens cõparationẽ. [Plantati] nũc .ſ.ipſi iuſti.i.radicati & fundati in fide, & ſpe, & charitate [in domo dñi].i.in eccleſia pſẽti, in qua quidẽ eſt aſpera radix palmæ [in atrijs domus dei noſtri florebunt].i. bene operabuntur in eadẽ præſenti eccleſia,quę vnica via eſt ad verã domum.i.ad supernã patriã,vel potius[in atrijs do.d.noſtri].i.in atrijs cæli.ſ. in initio reſurrectionis [florebũt].i.cõſpicui apparebũt dũ audient:Venite benedicti pa . etc. Sed interim [Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi].i. qui ita virtutes ſectantur vt ſemper in melius proficiant. Fœlix ille eſt qui creſcit quotidiè, qui ſeneſcit ætate, ſeneſcit & virtutibus [& bene patientes] .i. tranquilli [erunt]in præſentibus tribulationibus [vt annuntient]& prædicẽt hic vel in futuro,perpetua laude dñ præmia percipient, id quod ſequitur:Hic quidẽ[Qm̃ rectus] i.iuſtus eſt[dñs deus noſter] in tribulatione,& dũ premimur. Flagellans hic filios vt tãdem coronet [& nõ eſt iniquitas in eo] dñ in præſenti parcit malis vt in futuro cõdẽnet. Sed in futuro[Qm̃ rect⁹ do.deus noſter] qui ſuis promiſſa ſeruat,& eos remunerat [& nõ eſt iniqui.in eo]vt fraudet aliquẽ præmio. Nõ enĩ permittit vt hic patiatur quis propter ſe, quem nõ ibi ornet:vel,[nõ eſt iniqui.in eo]dum malos damnat.

PSALMVS XCII.

In hoc pſalmo propheta laudat Chriſtũ, ac regnũ eius.ſ.eccleſiæ fundationem.ſtabilitatem,& impugnationem. Propheta ergo ad laudandũ deum omnes inuitans,dicit:

DOminus] .ſ. Ieſus Chriſtus verus homo,& verus deus[regnauit].i.cũ rex eſſet,innotuit,& ſe verè regẽ præſtitit:qa inquãtũ homo in ſua reſurrectione dominiũ ſuper omnẽ creaturã accepit,ſed inquantũ deus ab æterno regnauit. Et[decorẽ indutus eſt]cũ corpus immortale,impaſsibile, & glorioſum in ſua reſurrectiõe aſſumpſit [indutus eſt dñs fortitudinẽ] quia impaſsibilis & immortalis factus eſt, diabo-

diabolũq; vicit & oppreſsit [& præcinxit ſe] virtute, quando cœtu & multitudine angelorũ circũdatus remeauit ad patrem: vel, [præcinxit ſe]. ſ. fortitudine, ad liberandũ patres qui in lymbo detinebãtur. [Etenĩ] & per hoc [firmauit]. i. cõfirmauit in fide [orbẽ terræ] .i. militantẽ eccleſiã, per orbem terræ diffuſam. Quæ dicitur orbis terræ, quia ſicut extra orbem terræ, nihil corporaliter viuit, ita extra eccleſiã nihil eſt quod ſpũaliter viuere poſsit [qui nõ cõmouebitur] vlla cõcuſsione à ſoliditate fidei, & veritate. Hęc eſt nauis Petri, quę quidẽ cõcutitr̃ fluctib⁹, ſed ſubmergi nõ poteſt. [Parata] eſt [ſedes tua]. i. poteſtas iudiciaria ſuper omnem creaturã [ex tũc]. ſ. à paſsione tua, qua meruiſti illã. Sed tamẽ [à ſęculo]. i. ab æterno ſine vllo principio tẽporis [tu es]. ſ. deus. Et ad pparationẽ ſedis tuæ. [Eleuauerũt flumina dñe]. i. diſcipuli & prædicatores repleti ſpũ ſ. per illorũ pdicationẽ tã eximiã arida corda gentiũ irrigãtes. Et repetit [eleuauerũt flumina vocẽ ſuã]. i. fortiter intrepido aĩo locuti ſunt de Chriſto, ac eius fidẽ feruenter prædicãdo, qui prius timuerant nondũ impleti ſpiritu ſ. Diſcipulis aũt vocẽ ſuam extollentibus, & fidẽ per totũ mundũ publicè prædicãtibus. [Eleuauerũt] aduerſus vocẽ prædicãtiũ [flumina]. i. illi qui in hoc mũdo plurimũ potentia valẽt ac fidem perſequũtur [fluctus ſuos]. i. impetus cõminationũ & perſecutionũ [à vocib⁹ aquarũ multarũ]. i. minorũ populorũ detrahentiũ ad hoc incitati. Et cũ illi tã aperta voce Chriſtũ pdicarẽt ac iſti reſiſterẽt. [Mirabiles] factæ ſunt [elationes maris]. i. perſecutiones à Tyrannis contra eccleſiã. Sed [mirabilis in altis dñs] videbatur tot & tanta miracula per ſanctos operando ac ipſos fluctus premẽdo, vt tandẽ conſtitueretur pax in eccleſia, creſceretq; numerus fidelium. [Teſtimonia tua]. i. præcepta veritatis data à te ſub teſtificatione [credibilia facta ſunt nimis]. i. valdè: quia non ſolum veritate ipſa, ſed etiam per atteſtationem miraculorum, & per bonam vitam ipſorum prædicatorum,

confir-

confirmata ſunt: vel,[Teſtimonia] quæ prophetæ de Chriſto teſtificati ſunt, facta ſunt vera, ac in Chriſto impleta. Et quia tam mirabiliter fundaſti eccleſiam tuam, idcirco[domũ tuam].ſ. eccleſiam [decet ſanctitudo dñe].i.eò quod ſcit ſancta & munda, & quia tu ſis ſanctus ſanctorum qui eam inhabites. Et hoc[in longitudinẽ dierum,] id eſt, imperpetuum: quia & ſi multi cadant, domus tamẽ eccleſiæ ſtat in ſanctitate fidei ſemper, nec commouebitur, & in eccleſia triumphante non recipietur niſi quod ſanctum eſt: vel,[do. tuam decet ſan.] deducẽs eam [in longitu. dierum].i. in æternã beatitudinem: vel ſic,[do.tu.de.].ſ. beatam virginẽ Mariam [decet ſancti.].i. decens eſt, vt ſit ſancta & impolluta. Et hoc[in longitud. dierum].i. ſemper. Atq; ſic non credatur peccato originali ſubiacuiſſe, vt quidam dixerunt. PSALMVS XCIII.

In hoc pſalmo propheta exhortatur fideles ad patientiam, & de punitione malorum negantium dei prouidentiam adducit. Et primo propheta querimoniam infirmorum, quæ eſt de gloria peccatorum aſſumit, præmittens unde illa ſanari poſſit.ſ. quod, deus uindicaturus ſit in illos, unde dicit:

DEus vltionum,] id eſt, punitionũ quæ à deo iuſtè infliguntur [dñs] quia eſt iudex cæteris omnibus ſuperior [deus vltionum]. Et dicit pluraliter vltionũ, quia deus varijs modis punit malos, videlicet, in corpore, & anima, in præſenti, & in futuro. Atq; hic deus vltionum[liberè egit].i. aget in futuro, quia perſonam hominis non reſpiciet. Conuertit propheta ſermonem ad dñm quaſi deſideret iudicium aduenire, ſubiũgens: [Exaltare] veniẽs ad iudiciũ[qui iudicas].i. iudicabis[terram].i. terrenos, & terrena ſapiẽtes[redde retributionẽ] tu qui maxima cũ patiẽtia reddis[ſuperbis] q̃ bonos opprimũt, & q̃ peccare deliberata malitia non verentur. Et cum dicit ſuperbis, quẽlibet pctõrem intelligit: q̃a omne peccatũ, originẽ ſumit à ſuperbia. Ac redde inq̃: quia[Vſquequo peccatores dñe]erũt, & in pctis ꝑſeuerabũt. Et[vſquequo pecca-

peccatores]nõ ſolũ peccabũt, ſed & [gloriabuntur]de falſa fœlicitate, vel de peccatis ſuis, qa nõ ſufficit eis ſi ſoli peccẽt,& gloriẽtur, niſi & alios ad peccãdũ alliciãt:vnde ſeqtur;[Effabũtur & loquẽtur iniquitatẽ].i. latè & manifeſtè iniqua opera ꝑdicabũt: publicè quæ mala ſunt ſuadẽtes,[loquẽtur]iſta,nõ qui boni ſunt & ſapientes,ſed[oẽs qui operãtur iniuſtitiã]mala. Et exponit quã iniuſtitiã operẽtur. Nã[Populũ tuũ]ô[dñe] .ſ.iuſtos[humiliauerũt]ꝑdicti,ipſum cõculcãdo & vilipendendo. Et determinat quẽ populũ d: [& hæreditatem tuã].ſ.fideles,qui ſunt pop.q.ele.do.in hæ. ſibi [vexauerũt]& moleſtijs affecerũt. [Viduã & aduenam interfecerũt, & pupillos occiderũt] ad literã, vel ſpoliando & auferendo eis illud quo vitã tuebantur: vel, Vidua eſt aĩa pœnitẽs quæ tũc interficitur cũ à viduitate.i. caſtitate & ſobrietate deflectit. Per aduenã,ſignificãtur hi qui nõ quærũt hic manẽtẽ ciuitatẽ. Et per pupillos, qui nõ habẽt diabolũ pro patre,& cõcupiſcentiã pro matrẽ. [Et dixerũt]quaſi baſphemãtes [nõ videbit dñs].i.nõ cognoſcet,vel attendet [nec intelliget].i.nõ cogitabit de pœna nobis infligẽda [deus Iacob].i.chriſtianorũ & fideliũ vitia ſupplãtantiũ, credentes prouidentiã dñi ſe extẽdere,etiã vſq; ad iſta inferiora. Sed ô peccatores[Intelligite].ſ. quę dicã. Qui eſtis [inſipientes in populo] vos intelligite q̃d erretis [& ſtulti aliquãdo ſapite].i.percipite .ſ. veritatẽ, vt q̃ male antehac deſipuiſtis,iã ad ſenſum & rationẽ redeatis. Diligenter inq̃ attẽdite quæ dicturus ſum: nã[Qui plãtauit].i. formauit[aurẽ] in te vt audias[nõ audiet] .i. nũquid ea quæ auditui ſunt expoſita nõ percipiet? [aut qui finxit] .i. formauit [oculũ].ſ.in te, vt videas [nõ cõſiderat?].i.nũquid ea quę oculo percipiũtur nõ cognoſcet?q.d: oĩno videbit. [Qui corripit gẽtes]pro malis quæ cõmiſerũt,puniẽdo[nõ arguet].i.iudicabit vos,& oẽs de impietatib⁹ & malitijs in iudicio futuro, q.d: maximè. Et [qui docet hoiem ſciẽtiã] ſubauditur nõ aſſequetur candẽ ipſam?q.d: Abſit enĩ vt is q̃ alios doctos

doctos reddit, vt ille idem nihil ſcire dicatur: vnde ſequitur, [Dñs] enĩ [ſcit] etiã [cogitatiões hoĩm] & atq; etiã ſcit [qm̃ vanæ ſunt]. i. inutiles & ſtultę ſeu ad malũ pronæ. Et qm̃ cogitatiões hoĩm vanæ ſunt & pronæ ad malũ, ideo cito declinant ad errores, niſi ſtatim aſsit diuina correctio, ideo ſequitur: [Beatus] & fœlix eſt [homo quem tu erudieris dñe] vt puerum per flagella caſtigãdo, & mentẽ illius illuſtrando [& de lege tua]. i. ſcripturis tuis & cęleſti doctrina, nõ de vanitate [docueris eũ] vt adultũ, vt mandata tua intelligat, & opere perficiat, ac ſic te docente, mala patienter ferre ſciat. Docueris inq̃ ad hoc [Vt mitiges ei] tribulationem. i. vt patiẽter oĩa ferre diſcat [à diebus malis] quibus exultãt mali, & flent boni. Mitiges inq̃ [donec fodiatur peccatori] ſuperbo [fouea]. i. caſus & interitus. Fœlicitas malorũ, fouea eſt: qa cũ deus peccatũ impunitũ relinquit, tũc homo criſtas erigit aduerſus illũ, & cũ reputat ſe magnificũ, cadit: atq; ex hac fouea, tendit ad mortẽ, per quã corpus demittitur in foſſam terrę, & aĩa in foſſam vel foueã gehennę vſq; ad diẽ iudicij, in quo ſimul corpus & aĩa detrudẽtur in gehennã ignis. Hæc quidẽ malis eueniẽt, ſed boni varijs donis ornabũtur. [Quia nõ repellet dñs plebem ſuã] mãdatis ſuis obediẽtẽ, etiamſi exerceat, vt det ei hęreditatẽ æternã: qa quẽ diligit dñs, corripit: [& hęreditatẽ ſuã nõ derelinquet] quę in fidelibus ſibi adhęrẽtibus cõſiſtit, quos in p̃ſenti fouet per gratiã, & in futuro per gloriã. Non derelinquet dico [Quoaduſq; iuſtitia] diuina [cõuertatur in iudiciũ]. i. ſortiatur effectũ in extremo iudicio, cum oĩa reuocabũtur ad verã normã iuſtitiæ [& q iuxta illã]. i. qui tãdẽ illi ſunt qui poterunt expectare timorẽ diuinę iuſtitiæ. Et reſpondet [oẽs qui recto ſunt corde]. i. qui diuinæ volũtati quæ ſumma iuſtitia eſt, voluntatẽ ſuã cõformãt. Sed qa iuſtus qui inter peccatores verſatur, timet ne fluctuet & vincatur, clamat, d: [Quis cõſurget mihi]. i. pro me [aduerſus malignãtes?] i. maligna loquẽtes, & mala mihi ſuggerẽtes [aut quis

ſtabit

ſtabit mecū] adiutor ad ſuſtinendū patienter [aduerſus operantes iniquitatē?] ad ſubuertendū me,& opprimendum iuſtitiā? q.d: Nullus eſt qui hoc poſsit, niſi deus. Quod & re ipſa oſtendit, d: [Niſi] enim hoc ita ſe haberet [quia dn̄s adiuuit me] .i. niſi adiutoriū dn̄i affuiſſet mihi, cōtra tales [paulominus] .i. ferè [habitaſſet in inferno] .i. in profundo vitiorū, & in fouea quę deſtinata eſt peccatoribus [aīa mea] quę acqeſcebat malis conſilijs male ſuaſa, q.d: Si conſenſiſſem iniquitati improborū, meritò debuiſſem pœnis gehennalibus tradi. Et ſi petas quomodo adiutus ſim, reſpōdeo. [Si dicebā] deo p cōfeſsionem, accuſando me de peccatis, [motus eſt pes me⁹] .i. affectio à via recta [mīa tua dn̄e adiuuabat me] retrahēdo me à peccato, & me in bono opere cōfirmādo, qa cōfeſsionē & humilitatē requirit, & amat deus. Et in tēpore mīa dn̄i adiuuit me: qm̄ [Secūdū multitudinē dolorū meorū in corde meo] .ſ. exiſtentiū quas patior, tā p peccatis qu̇ā ppter preſſuras & tētationes huius ſęculi [cōſolationes tuę lætificauerūt aīam meā]. Nam quo labores ſunt grauiores, tāto ſunt ſuauiores cōſolationes. Et verè de lapſu dolendū erat. Nā [Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis?] .i. An aliquis ex ijs qui magni ſunt, ſedebit tecū? q.d: Non, quia non habitabit iuxta te malignus [qui fingis] .i. facis [laborem] & dolorem [in præcepto] .i. qui præcipis illis laborādū eſſe in bonis operibus, qui ſemel tibi adhærebūt. Et hoc totū ea de cauſa facis, vt requiē alibi quā hic, quęrāt. Et quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei, hinc colligo quod nō erūt tecum, ſed peribunt impij & iniqui, quibus modò parcis. Si enim flagellantur filij, quid ſperare audeant ſerui nequiſsimi? Et quamuis cum malis non habet quod agat deus, tamē ad aliquid reſeruantur. Nam per illos exercētur boni, & erudiantur ad vitam, & demum ipſi mali, deſcendant in ignē gehennæ: vnde ſequitur, [Captabūt] .i. frequenter & auidè inſidias parabūt. ſ. iniqui [in] .i. cōtra [aīam iuſti]

vt eum

vt eũ decipiãt, & ad peccatũ inducãt, [&]cum animæ non poſſunt nocere[ſanguinem innocentẽ]quaſi ſceleratus eſſet[cõdemnabunt] per iudiciũ iniquũ morte vt legim⁹ multis factũ. Et quare totũ hoc fiat, & deus fieri permittat, ſubiũgẽdo declarat, d:[Et].i.qa, ſic[factus eſt mihi] afflictionẽ ſuſtinenti[dñs in refugiũ]cõtra peccata, cõtra pericula, cõtra tormẽta, vt demũ ſim ſecurus. Nã vbi periculũ intẽditur, quęrẽdum eſt refugiũ. Nã qui ſemper fœlix eſt, & ſpe gaudet pſenti, non facilè recordatur dñi. Recedit ſpes ſæculi, & venit ſpes dei[& deus meus]factus eſt [in adiutoriũ ſpei meæ]·i. nimirũ dum ſperaui in ipſo. Speraui, & adiutus ſum, & adhæc in ſpe futurorũ adiuuat me, ne in ea deficiã, ſed ſperata.ſ. æterna conſequar. Et quid tandẽ fiet de iniquis. [Et]econtrario[reddet illis].ſ.iniquis & impijs [iniquitatẽ ipſorũ].i.pœnã pro iniquitate perpetrata [& in malitia eorũ].i.nõ ſecũdũ bonũ, quod ab illis q mali ſunt, puenit, honorat eos, q etiã malis nouit bene vti, ſed ſecũdũ malũ quod ſectati ſunt[diſpdet eos] .i.à ſuo regno & gloria ſeparabit, in qua ſeparatione incomphẽſibilis miſeria apparebit. Atq; id poterit, qa [diſperdet eos] i.diuerſis pœnis pdet, qa in aĩa & corpore perdet. Qui eſt[dñs deus noſter]quẽ nõ putãt curare res humanas, ac vbi relucet diuina iuſtitia, quam exercebit tẽpore oportuno.

PSAL. XCIIII.

In hoc pſalmo propheta agit de aduentu Chriſti, & inuitat populũ ad dei laudẽ & uenerationem, ne indurati eius incurrant indignationẽ. Propheta ergo quaſi ad magnas epulas illos inuitaret, dicit: O uos oẽs q pfitemini uos eſſe populũ dei p fidẽ,

VEnite]per gradum fidei appropinquando: vel, [venite] cum magna affectione mentis & deuotione cordis[exultemus] interius mente [dño]·i.in dño, non in ſæculo [iubilemus deo ſalutari noſtro,]id eſt, gaudeamus ſupra modũ in dño noſtro Ieſu Chriſto vero ſaluatore noſtro, nõ in mundo deceptore noſtro. Exultatio, eſt lętitia in mẽte quę appareat in corpore. Iubilare verò, eſt gaudiũ conceptũ

voce

voce teſtari,& quod verbis explicari nō poſsit. [Præoccupemus].i.pręueniamus [faciē eius].i.cōſpectum venturi iudicis[in cōfeſsione] peccatorū noſtrorū,ne inimicus accuſando nos præueniat, atq; in cōfeſsione laudis inq̃, & gratiarū actionis de ſuis beneficijs ne in iudicio nos dānet tanq̃ ingratos [& in pſalmis] .i. in cāticis ſpiritualibus,vel in bonis operibus[iubilemus ei]& illi ſeruiamus. Et meritò debemus hæc exhibere Chriſto, [Qm̄] ipſe eſt[deus]& per cōſequēs [magnus dn̄s]dn̄orū,cū tanta potentia prædītus eſt.Nullus enī eſt qui poſsit ęquari magnitudini.i.potētię eius,cuius magnitudinis,nullus eſt finis[&]ipſe eſt[rex magnus. Ipſe enī oīa regit & gubernat[ſuper oēs deos]participatiōe,nō natura, [qm̄ nō repellit dn̄s plebē ſuā] chriſtianā ,quā proprio ſanguine redemit , ob eā cauſam, [Quia in manu eius] .i. poteſtate, ordinatione, [ſunt oēs fines terræ]nā pugillo.i.poteſtate quadā cōcludit oēm latitudinē terræ,[& altitudines mōtiū] .i. excelſi mōtes[ipſius ſunt].i.in poteſtate eius , quas secūdum aliā intelligentiā[ipſe cōſpicit] vtpote dn̄s qui cōſpiciat opus ſuū,vel intelligit hic vocationē gentium,d: [Quia in ma.e.ſunt o.fines terrę].i.gentes:qa vocauit ad ſe oēs gentes,vt ex oībus nationibus totius orbis fieret vnus populus qui ſanctus foret[& altit.mō.].i. terrenæ & ſublimes huius ſæculi poteſtates,qui prius auerſæ à deo erant[ipſ.ſunt].i. eas fidei ſubiectas poſſidet.Idq; ideo[Qm̄ ipſius] .i.in poteſtate eius [eſt mare]& merito:qa [& ipſe fecit illud] cōgregās aquas in vnū locū[& ſiccā].i.aridā.ſ. terrā [manus eius].i. poteſtas eius operatiua, quæ nūc manus, nūc verbū eius dicitur[formauerūt]& diſpoſuerūt, quā fluctibus obrui nō permittit:vel[Qm̄ ipſi.]& ſub eius dominio[eſt ma.].i.mūdus [& ip.fe.il.] vt quando velit ſurgat,et quando velit quieſcat[et ſiccā].ſ.eccleſiam,quę imbrē gratie ſitit,nimirū vt fructificet[ma.eius for.]quā non ſinit fluctibus tentationū opprimi , nec nos vltra quā poſſumus tentari.Cū ergo talis et tanta faciat,nolite

longè

longè ſtare vita & moribus,ſed[Venite]propius affe-
ctibus & paſsibus mẽtis appropinquãdo, & de virtute
in virtutẽ proficiendo [adoremus] per deuotiõnẽ ſin-
gularẽ venerãdo[& procidamus]corpora & cõſciẽtias
ei humiliando ante dñm [& ploremus] de voluptati-
bus admiſsis ipſum implorãdo[ante dñm]per purita-
tem mentis[qui fecit nos]ad imaginẽ & ſimilitudinẽ
ſuam[quia ipſe eſt dñs deus noſter]& cõditor,dans ſe
nobis per ſuam benedictã incarnationẽ, qui ſolus eſt
adorandus.[Et nos]ſumus[populus paſcuæ eius]quẽ
fecit,& paſcit corporaliter & ſpiritualiter[& oues ma-
nus eius]nõ tantũ ſanguinis ſui precio redẽptæ, ſed &
poteſtate ſuæ manus factæ. Sumus quippe populus &
oues,ſed hac cõditione, vt videlicet[Hodie].i.nũc,tẽ-
pore gratiæ ſemper,quod p̃ſens fuit Dauid in ſpũ, [ſi
vocẽ eius audieritis].i.Si obedieritis voci ei⁹.ſ. Chri-
ſti p ſe nũc loquẽtis,qui p̃cones ante ſolebat mittere.
Quæ aũt ſit vox Chriſti cui obediẽdũ ſit, ſubdit dicẽs
in perſona eius:[nolite obdurare corda veſtra] .i. ne
ita ſitis lapidei,vt nõ credatis,vel nõ obediatis mãda-
tis meis.Monet ne obdurẽtur,ne illis contingat quod
patribus illorũ euenit:vnde ſubditur, [Sicut] factũ eſt
[in irritatione].i.in prouocatione facta [ſecundũ diẽ]
.i.in diebus & tẽpore [tentationis]factæ [in deſerto]
tũc enĩ eadẽ vobis eueniet ſi rebelles fueritis. [Vbi tẽ-
tauerũt me patres veſtri]putauerũt me nõ poſſe p̃ſtare
quæ illis promiſerã[probauerũt me].ſ.qd facere poſ-
ſem[& viderũt].ſ.oculis ſuis, & nõ crediderũt mente
[opera mea]quæ magnæ virtutis fuerũt, dũ tãta & tã
ſtupenda miracula feci.Iã ergo ne poſthac illos imite-
mini,[Quadraginta annis].ſ.qbus duxi eos per deſer-
tũ[offenſus].i. implacabiliter iratus [fui generationi
illi].ſ. p̃pter incredulitatẽ & murmurationes eorũ.Et
tamẽ ſecũdũ aliã literã [proximus fui] in virtutibus &
ſignis,ac beneficijs multis[& dixi ſemper]tũc arguẽdo
per miniſtros,& nũc per me & apoſtolos [hi errãt cor-
de].i.ex deliberata malitia & volũtate cordis.[Et iſti
X non co-

non cognouerũt].i.cognoſcere noluerũt[vias meas] .i.precepta & mãdata quæ cuſtodire & ſeruare debuerant [vt].i. ſicut, vel ſecundũ aliã literã[qbus iuraui] .i. firmiter & immobiliter ſtatui [in ira mea ſi introibũt].i.nõ introibunt.ſ.illi qui in malis faciẽdũ induruerũt:alij enĩ intrant[in requiẽ meã] .ſ. in terrã promiſſam,quã elegi in quietã mãſionẽ tã populi quã cultus mei:vel,[in requiẽ meã] æternã. Sic qui obturati ſunt tẽpore gratiæ,nõ introibũt in requiẽ beatorũ per terrã ꝓmiſsiõis deſignatã & adũbratã. PSAL. XCV.

In hoc pſalmo propheta agit de aduentu Chriſti in carnẽ, & de illo aduentu cum ueniet ad finale iudiciũ. Monens ergo propheta *fideles ad laudandum deum, dicit:*

CAntate dño]patri[cãticũ nouũ] pro nouo beneficio liberationis.ſ. propter aduentũ Chriſti in carnem [cãtate dño]filio.ſ. Ieſu Chriſto[oĩs terra].i.oẽs hoĩes habitantes in terra: vnde ædificatur dom⁹ dei.ſ.eccleſia. [Cãtate dño] ſpiritui ſ. Ter repetit dño ad diſtinguẽdũ ꝑſonarũ trinitatẽ:qa laus Chriſti,honor toti⁹ trinitatis eſt[& benedicite] corde,ore, & opere[nomini eius]quod eſt Ieſus .i.ſaluator, gratias agẽdo de tãto beneficio, vt & corde credatis, ore cõfiteamini,opere profiteamini,qm̃ non eſt aliud nomen in quo opor.n.ſal.fieri. Et vt hoc in omni terra fiat,[annũciate].i.ꝑdicate ò vos prelati[de die in diẽ] .i.aſsiduè & ſemper [ſalutare eius] .ſ. dei.i.Chriſtũ filium dei,qui eſt ſalutare & ſaluator noſter,& qui propter noſtrã ſalutẽ aduenerit, vt totũ genus humanũ à morte redimeret. Deinde vbi ſit annunciandũ, exponit,d:[Annunciate].i.prædicate[inter gentes]nõ ſolum Iudæis[gloriã eius] videlicet, natiuitatẽ,reſurrectionem,aſcenſionem,& alia ad fidem pertinentia.Et [in oĩbus populis]annũciate[mirabilia eius].i.opera eius quæ maxima cum admiratione oĩm fecit.Et hoc ideo,[Qm̃ magnus]eſt ipſe Chriſtus potẽtia & virtute [dñs]oĩm[& laudabilis]bonitate. Et hoc [nimis]qa nullus eſt qui poſsit explicare quã magna ſit eius bonitas,

nitas,mĩa,& potentia[terribilis eſt ſuper oẽs deos]qa terrorẽ incuſsit dæmonibus qui pro dijs colebãtur in idolis à gentilibus,ideo ſequitur: [Qm̃ oẽs dij gentiũ dæmonia]ſunt. Et qa parũ poſſunt dæmonia, addit: [dñs aũt].ſ.quẽ dicim⁹ deũ noſtrũ [cælos fecit]tã materiales ꝙ ſpũales.ſ.ſanctos & angelos, q Chriſtũ qui in eis ſedet,portãt,& dęmonibus imperãt.Hoc etiam annũciate.ſ.ꝙ[Cõfeſsio]laudis [& pulchritudo]interior mẽtis[in cõſpectu eius]decẽs eſt [ſanctimonia].i. exterior cõuerſatio ſancta & honeſta[& magnificẽtia] .i. in magnis operib⁹ & exercitijs bonis [in ſanctificatione].i. in ſancto cultu [eius]decẽs eſt.Et qa talis eſt dñs[Afferte]& date[dño]ô vos[patriæ gentiũ].i.gẽtes ex quacũq; patria ad fidẽ cõuerſæ.Et ſubiungit qd [afferte dño gloriã]intus in corde per fidẽ[& honorẽ] exterius p operationẽ. Et repetit [afferte dño gloriã] & hoc[noĩe eius]nõ veſtro,vt.ſ.eius gratiæ attribuatis fidem quã ipſe infudit, & opera quæ ipſe operatur in vobis,vobis cooperãtib⁹. Et ne vacui intretis,[Tollite hoſtias].ſ.dona,& munera,& bonas opatiões,[& introite in atria eius].i.in eccleſiã militãtẽ, vt ſitis cõformes populo eius. Atria dñi appellat eccleſiã militantẽ,qua introimus ad tẽplũ eccleſię triũphãtis.Plures ſunt eccleſię,oẽs tamẽ in vnã cõueniũt:vnde ſubiũgit ſingulariter[adorate dñm] deuotè[in atrio ſancto eius].i.in catholica eccleſia:vel[in atrio] q̃d eſt in cęlo & eccleſia triũphãte.Illuc cor & intentionẽ dirigendo.Et vtinã[Cõmoueatur] motu timoris & reuerentiæ, & à vitijs ad virtutes[à facie,]id eſt, à cognitione [eius]vel à præſentia gratiæ eius[vniuerſa terra,]id eſt,omnes habitatores terræ. Et vt hoc ſit[dicite]ô vos qui boni eſtis diuulgando [in gentibus]hoc.ſ. [quia dñs].i. Chriſtus,victo diabolo [regnauit] à ligno.i.per lignũ crucis,per quod fortem illum qui armaturus erat expugnauit: vel, [reg.].i.regnum ſuper omnem creaturã accepit per ſuã reſurrectionẽ.[Etenim]poſt reſurrectionem[correxit]ab errore à vitijs,

ac iuſtificauit[orbẽ terræ].i. eccleſiã toto orbe diffuſam [qui nõ cõmouebitur] à veritate fidei, qui nullũ finẽ inueniet, etiãſi varijs tribulationibus cõcutiatur. Et poſt[iudicabit populos in æquitate].i.iuſtè,reddẽs vnicuiq; ſecũdum opera ſua. Ergo[Lætentur cæli].i. ꝓdicatores,qui enarrant gloriã dei, cõpluẽtes terram, [& exultet terra].i.auditores qui imbrẽ doctrinæ ſuſcipiũt[cõmoueatur mare].i. ſæculũ, vt cõmutetur in melius[& plenitudo ei⁹].i.oẽs à maximo vſq; ad minimũ.Et inde[gaudebunt cãpi].i.leues,mites, æqui, qui ſunt cãpi dei, diuerſis virtutum donis pollẽtes, & qui terrenã ambitionẽ à ſe depellũt[& oĩa quæ in eis ſunt].i.oẽs vires,ſenſus,ratio.Et[Tũc].ſ.quãdo corriget,& ſic ędificabitur domus,[exultabũt oĩa ligna ſyluarũ].i.gẽtes quæ erãt olim ligna ſyluarũ infructuoſa,nũc aũt poſt cõuerſionẽ, factę ſunt ligna domus dei [à facie dñi].i.à cognitione & ꝑſentia eius [qa venit] primo aduentu redimere, & iudiciũ diſcretionis facere,aliquos vocãdo ad fidẽ & gratiã,alios non. Et[qm̃ venit].i.poſtea venturus eſt[iudicare terrã].i.hoĩes.ſ. viuos & mortuos iudicio retributionis. [Iudicabit] enim[orbẽ terræ].i.oẽs hoĩes inhabitantes orbẽ terrę [in æquitate] ſingulis reddẽs ſecũdũ merita[& populos in veritate ſua] quę nulli parcet: vel, [& po.].ſ.iudicabit[in verita.ſua].i. ſecũdũ quod veritate ſibi cõmiſſa bene vſi fuerint.

PSALMVS XCVI.

In hoc pſalmo propheta agit de aduentu Chriſti in carnem, deq; uictorioſa & glorioſa reſurrectione, ac idẽ propheta regnũ ipſius Chriſti prædicat, et poſtremo agit de liberatione ipſius ex hoc mundo, ſic dicens:

DOminus].ſ.Ieſus Chriſtus qui ſpretus & occiſus fuit[regnauit].i.deuicta morte,regnũ ſibi acqſiuit,& regẽ ſe eſſe declarauit,quãdo à mortuis reſurrexit.Et inde[exũltet terra].i. hoĩes habitãtes in terra.Ac ob eãdẽ cauſam[lætentur inſulæ multæ] ad fidẽ cõuerſæ.i.fideles in inſulis habitantes. Deinde oſtendit qualis ſit dñs in primo aduentu, d.[Nubes]

bes]ſacrã doctrinã pluẽtes .ſ. apoſtoli[& caligo]profundorũ myſteriorũ ſunt [in circuitu eius]& militanc ei[iuſtitia].i.quę quod bonũ eſt,approbat[& iudiciũ] .i.quæ malos condemnat [correctio ſedis eius] id eſt, corrigunt eos qui ſunt ſedes eius. [Ignis] ſpiritus ſ. quem demiſit in terrã [ante ipſum] .i. ante aduentum eius [præcedet] antequam in eis ſedeat [&]hic ignis inflãmabit in circuitu]per totũ orbẽ[inimicos eius].ſ. dei.Iſto enĩ igne inflãmati apoſtoli perluſtrauerũt totũ orbẽ, & inflãmarũt inimicos eius, q deo derelicto, idola adorabãt. Inſuper [Alluxerunt fulgura eius] .i. miracula[orbi terrę].i.toti mũdo[vidit]hęc miracula [& cõmota eſt terra].i.terrena corda, vel habitãtes in terra,alij ad fidẽ,alij ad indignationẽ.Et inde[Mõtes] .i.ſuperbi[ſicut cera]quę fluit à facie ignis[fluxerũt]liquefacti,& cõplãtata eſt oĩs altitudo,quę deũ volebat opprimere.Et hoc[à facie dñi] q ignis fuit vehemẽs. Et[à facie dñi].i.à præſentia dñi,nõ ſolũ mõtes,ſed & [oĩs terra].i.duritia gẽtiũ infideliũ fluxit:quia nõ ſolũ Iudæorũ deus eſt,ſed & gẽtiũ. Dñs ergo omni terræ.i. cũctis gẽtibus eſt cognitus:qa [Annũciauerũt cæli].i. ꝓdicatores,quorũ cor ſurſum tẽdit,& de qbus dicitur: Cæli enarrãt glo.dei etc.[iuſtitiã eius].i.iuſtitiã fidei: vel,[iuſtitiã eius].ſ. Chriſtũ,qui factus eſt nobis à deo, ſapiẽtia,iuſtitia,ſanctificatio, & redẽptio. Sapientia in prędicatione. Iuſtitia in cõuerſatione. Sanctificatio,in peccatorũ ablutione. Redẽptio,in paſsiõe [&] ſic[viderunt]corde[oẽs populi gloriã eius] .i. cognouerũt diuinitatẽ Chriſti,qa etiã ſi quibuſdã nũciatũ nõ ſit de eo,intellexerũt tamẽ deũ in carne veniſſe. Ergo quia dñs regnauit,& qa viderũt oẽs populi gloriã ei⁹.[Cõfundãtur] & erubeſcãt exẽplo cõuerſorũ[oẽs]q eo relicto,adorãt ſculptilia]manu artificũ facta[& q gloriãtur in ſimulachris ſuis]falſis,quę ſpiritũ carẽt, & vana ſunt,vt iã gloriẽtur in deo vero. Noſter aũt deus eſt ille,quẽ & angeli adorãt:vnde ſequitur,[Adorate eũ] ſ. verũ deũ[oẽs angeli eius] laudãdo & glorificãdo eũ ad

cõfuſionẽ idolatrarũ[audiuit] de cõuerſione gentium [Syon].i.eccleſia primitiua,quæ prius erat in Iudæa [&]inde[lętata eſt]benedicẽs deũ.[Et exultauerũt]& deũ magnificauerũt[filiæ Iudæ].i.aĩæ fideliũ & electorũ.Et hoc[ꝓpter iudicia tua dñe]quæ magna ſunt: qa nõ perſonã reſpicit deus, qa nõ Iudæorũ tãtũ deus eſt,ſed & gentiũ. Bene ergo ſequitur: [Qm̃ tu dñs]es [altiſsimus] & ſupmus ac potẽtiſsimus[ſup oẽm terrã]nõ ſuper ſolã Iudęã.Et ô Chriſte[nimis]& plus quã dici poſsit[exaltatꝰ es]vſq; ad ipſius patris ęqualitatẽ [ſuper oẽs deos].i.angelos & hoĩes ſanctos,q à te per gratiã tuã deificãtur,vel per terrã & deos ſignificat eũ imperare terrenis & cæleſtibus.Et cũ tãtus ſit & talis, quæſo ad eum veniatis,[Qui diligitis dñm]qui ſolus bonus eſt[odite malũ].ſ.culpæ,quod opponitur bonitati diuinæ. Et ſi ſubſequãtur perſecutiões hoĩm,& tẽtatiões vitiorũ, audi cõſolationẽ:[cuſtodit dñs aĩas ſanctorũ ſuorũ]ne eis aliqd ſit quod noceat:vnde ſeqtur,[de manu peccatoris].i.de poteſtate dęmonis,vel iniq hoĩs[liberabit eos].ſ.ſanctos ſuos , ſaltẽ in aĩa,& quãdoq; etiã in corpore,ergo fortẽ te oſtẽdas,nõ ſolũ in diligẽdo deũ,ſed etiã in odiẽdo malũ . Nã[Lux]diuinę gratię[orta eſt iuſto].i.tanq̃ nouiter orta apparet & refulget in corde eius[& rectis corde] .i. illis q deũ ex aĩo diligũt,orta eſt per ſpẽ[lætitia] vera & gaudiũ. Non ergo verè in miſeria cõſtituti ſunt ſancti ,ſed ſpe ſunt iã ſalui:vel[Lux]perpetua & lętitia ſine fine, atq; ideo nõ triſtẽtur ſi hac luce priuentur: qa vera lux aĩæ tũc demũ lucebit.Ergo[Lętamini iuſti in dño]cõgratulando de beneficijs ab illo exhibitis,& de veſtris meritis,quæ lętitia deuotionis eſt,& nõ in ſęculo, quę lętitia vanitatis eſt [&] dũ gaudio ſic affecti eſtis [cõfitemini]cõfeſsione laudis[memorię ſanctificatiõis eius] .i laudate eũ,gratias illi agendo ,quod memor fuerit ſanctificare vos donis & gratijs ſuis in ſanguine ſuo.

PSALMVS XCVII.

In hoc pſalmo propheta agit de aduẽtu Chriſti in carnẽ, & de reſur-

reſurrectione eiuſdẽ, & de aduẽtu eius ad iudiciũ, & de cõuerſione gentium. Inuitans ergo propheta fideles ad laudẽ dei, dicit: O uos qui noui eſtis in Chriſto olim ueteres in Adam,

CAntate dño] patri & toti trinitati, vita & ligua [cãticũ] de Chriſti incarnatione, & hoĩs redemptione [nouũ] qa nihil tale qd mundus audiuit: vnde [qa mirabilia fecit] nẽpe dũ liberauit genus humanũ à Tyrãnide diaboli, dũ ex Maria virgine natus eſt, dũ multa miracula quæ legũtur in Euãgelio fecit, poſtremo dũ à mortuis reſurrexit. Adde quod & hoc fuerit inſigne. ſ. ꝙ [Saluauit ſibi dextera eius] .i. Chriſtus qui eſt dextera dei patris, qa per ipſum operatur. Non dicit, quid ſaluauit, ſed intelligendũ reliquit, qa venit filius hoĩs ſaluare quod perierat. ſ. genus humanum [& brachiũ ſanctũ eius] .ſ. ipſe idem Chriſtus qui dicitur brachiũ à fortitudine. De qua dextera & brachio adhuc ſubiũgit: [Notũ fecit dñs] ſ. deus pater [ſalutare ſuũ] .i. Ieſum Chriſtũ filiũ ſuũ pro ſalute mundi incarnatũ, & ſic viſibilẽ factũ. Notũ inq̃ fecit: qa [in cõſpectu gẽtiũ] oĩm. i. in vniuerſo orbe [reuelauit] .i. manifeſtauit iuſtitiã ſuã] .i. Chriſtũ q dicitur iuſtitia, quia iuſtificat & ſanctificat nos, qa factus eſt nobis à deo, ſapiẽtia, iuſtitia, ſan. & redẽptio. Hoc autẽ faciẽdo, [Recordatus eſt mĩę ſuę] quã ꝓmiſit ſe facturũ patribus [& veritatis ſuæ domui Iſrael] .i. promiſsionis factæ patribus, promiſſum enim fuit Abrahæ. In ſemine tuo benedicentur oẽs gentes. Quæ promiſsio, miſericorditer & veraciter impleta eſt in Chriſto nato de ſemine Abrahę, per Iacob qui alio noĩe dictus eſt Iſrael. Et qa effectus huius ꝓmiſsionis extẽſus eſt ad oẽs gẽtes, ideo ſubditur, [Viderũt] .i. per fidẽ apertè cognouerũt [oẽs termini terrę] .i. à termino vſq; ad terminũ, nõ tãtũ in Iudæa [ſalutare dei noſtri] .i. dñm Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ oĩm à patre miſſum. Ideo [iubilate dño] i. ex huius beneficĳ gratia recordationẽ ita in laudes prorumpite, vt nõ poſsit verbis dici, [omnis terra,] id eſt, omnes habitatores terræ [cantate,] id eſt, laudate

in cordibus veſtris, interius [& exultate] in ſignis deuotionis exterius [& pſallite] ore pſalmos recitando à ꝓphetis ad laudē dei factos. [Pſallite dño in cythara, in cythara & voce pſalmi, in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ] hoc eſt, in mortificatione carnis, in dulcedine charitatis, in obſeruatione diuinæ legis, & in opere virtutis, quę deſignātur per inſtrumēta hęc [Iubilate] quoquo modo grati animi ſignificationē foris datę [in cōſpectu regis dñi] .ſ. Ieſu Chriſti, q eſt rex regū, & dñs dñantiū, ita vt veſtro exēplo [moueaꝛ] ad dei reuerētiā & fidē [mare]. i. ſęculū [& plenitudo eius]. i. oēs eius habitatores: vel [mo. ma. & pl. ei⁹]. i. peccatores, q multi ſunt, & hoīes mūdani, multis negociorū vndis agitati & diſtracti, moueanꝛ ad fidē & pœnitētiā. Vnde exponēs ſubdit: [orbis terrarū & qui habitāt in eo] ſupple moueanꝛ ad fidē & pœnitētiā. Et [Flumina] .i. ſancti pleni aqua. i. ſpū dei [plaudēt manu ſimul]. i. ingēti lætitia pfuſi toti geſtiēt, & cōcorditer bonis operib⁹ inſudabūt [mōtes]. i. boni, alti, celſitudine ſpirituali [exultabūt à cōſpectu dñi]. i. exiliēt, ꝑpter aduētū & cōtēplationē eius [qm̄ venit iudicare terrā] primo iudicio diſcretiōis, & pri⁹ iudicio retributiōis: vel [qm̄ ve.] i. vēturus eſt [iu. terrā]. i. habitātes in terra, reddēdo vnicuiq; ſecūdū opera ſua [Iudicabit] eni [orbē terrarū]. i. habitatores orbis [in iuſtitia] alios vocādo ad fidē & gratiā, alios deſerēdo, quod iudiciū diſcretionis valde eſt iuſtū, licet ſit nobis occultū [&] ſecūdo [populos in ęqtate] reddēs ſingulis ſecūdū merita ſua. Vel in futuro iudicio [Iudicabit orbē ter. in iu. & popul. in ęquitate] iuſtos remunerando, & malos condēnando.

PSALMVS XCVIII.

In hoc pſalmo ꝓpheta agit de Chriſti regia poteſtate, & magnificētia eius in eccleſia. Oſtēdēs ergo ꝓpheta Chriſtū regē, d:

DOminus]. ſ. Ieſus Chriſt⁹ [regnauit, qa in ſua reſurrectiōe regnū ſuper oēs creaturas accepit, ad patris dexterā exaltat⁹ [iraſcātur populi] de Iudæis, vel de gētibus. Et eſt irriſio amara admodū quæ

ſarcaſ-

ſarcaſmos dicitur.ſ.hoſtilis irriſio,q.d:Iraſcātur quā-tūcūq; voluerint:qa ita cōfirmatū eſt regnū eius,quod velint nolint,regnabit in ęternū[qui ſedes ſuper cherubin].i.ſuper oēs ordines angelorū, nō ſolū inquātū deus,ſed etiā inquātū homo[moueatur terra].i.habitātes in ea,ad obediēdū tibi,& fideliter ſeruiēdū. Et [Dñs]iſte Ieſus Chriſtus,eſt[in Syon magnus].i.in eccleſia militāte & triūphāte [&]eſt[excelſus ſuper oēs populos]quia oībus dñatur. Et qa eſt magnus & excelſus,ideo[Cōfiteātur]cōfeſsione debitæ laudis[nomini tuo magno].i.laudēt tuā mīam, & benignitatē, per quæ famæ ac gloriæ tuæ maieſtas,toto orbe illuſtrior facta eſt[qm̄]eſt[terribile] potētia qua punit vt timeatur[& ſanctū eſt]bonitate qua parcit vt ametur [& honor regis].i.Chriſti [iudiciū diligit].i. executionē iuſtitiæ qua punit, nō tantū mīam qua parcit. Et [Tu]ô Chriſte [paraſti directiones] .i.vias rectas,per quas ad te dirigamur.ſ p̄cepta iuſtitię,quas & ipſe ambulauit,fecit enī quod docuit:vel[Tu paraſti di.].i.tuę gratiæ eſt viā hoīs dirigere[iudiciū] vt diſcernam⁹ inter bonū & malū[& iuſtitiā]vt bonū faciamus,& malū vitemus[in Iacob]ſpūali.i.in populo luctāte cōtra vitia,& ſuperāte ea [tu feciſti]quę alius facere nō poſſet.Ipſe enī iuſtificat impiū. Ipſe operat̃ velle & poſſe pro bona volūtate.Quapropter[Exaltate].i.laudibus extollite[dñm deū noſtrū].ſ. Chriſtū dei filiū [& adorate].i.reuerētia ſingulari honorate [ſcabellū pedum eius].i.venerabile corpus eius,ſed p̄pter diuinitatem quæ in eo tanq̄ ſup ſcabellū ſtetit,q.d: Sic exaltate diuinā potentiā vt ſimul adoretis humanā naturā,nō in diuiſiōe,ſed in vnitate perſonæ [qm̄ ſanctū eſt]ipſum ſcabellū.i.corpus,qa nulla peccati macula inquinatū. Iā verò ne dilatiō p̄mij teporē ac frig⁹ quoddā pareat in ſeruitio dei , ideo proponit nobis exēpla ſanctorū patrū,qui licet remotiores eſſent à p̄mio quā nos tamen feruentes erāt in ſeruitio dñi:vnde ait,[Moyſes] legiſlator[& Aaron]ſummus ſacerdos,fuerunt[in ſacerdoti-

cerdotibus eius].ſ.Chriſti.i. ſeruierũt ei in officio ſacerdotali. Ad literã enim Aaron ſacerdos fuit. Moyſes aũt,licet ſacerdos nõ fuit,dicitur tamẽ ſacerdos:qa vota populi obtulit,licet nõ hoſtias,& etiã ſacerdotes cõſecrauit,[& Samuel inter eos q inuocãt nomẽ eius] ac ſi diceret:Hos imitamini,qa hi magni fuerũt qui eũ adorauerũt. Iſti enĩ iã tũc[Inuocabãt dñm]Chriſtũ,cuius aduẽtũ expectabãt, [& ipſe].ſ. deus q poſt in hoĩe locut⁹ eſt[exaudiebat eos],ꝓpter merita eorũ. Nã per ꝓces eorũ,ſępe dimittebat deus populi peccata. Et[in colũna nubis]& de nube obſcura[loquebatur ad eos] q̃d patet de Moyſe & Aarõ,Exod.33. Et iſti q tãti erãt [Cuſtodiebãt teſtimonia eius].i.ꝓcepta ei⁹ oĩa[& ꝓceptũ ſingulare[quod dedit illis].ſ.ſeruãdæ charitatis,& ideo merebãtur exaudiri. Et qa cuſtodiebant,ideo ô [Dñe deus noſter tu exaudiebas eos] in iuſtis petitionibus,& neceſsitatib⁹ eorũ. Et[deus tu ꝓpicius fuiſti eis]cõdonãdo eis peccata [&]tamẽ]vlciſcẽs].i.vindicans[in oẽs adinuẽtiones eorũ].ſ.peccata quę ſunt ab inuẽtione humana,& nõ relinquẽs ea impunita:qa ea citò punire,ſignũ eſt miſerationis diuinæ. Et qa propicius eſt,ergo[Exaltate].i.magnificè prędicate[dñm deũ noſtrũ].ſ. Chriſtũ,qui clementer caſtigat vt pater [& adorate].i.ſingulariter honorate.ſ. eundẽ dñm[in mõte ſancto eius].i.in ſancta eccleſia eius,in cuius fide,ſolidi & immoti eſſe debemus, ſi deũ vtiliter laudare volumus[qm̃ ſanctus] qui nos ſanctificat, eſt [dñs]qui nos regit[deus] qui nos creauit[noſter] qui ſeipſum nobis tradidit: vnde ipſum adorem⁹, & adorando purè ei ſeruiamus, cuius poſſeſsio & hæreditas ſumus.

PSALMVS XCIX.

In hoc pſalmo propheta inuitat oẽs fideles ad gratiarũ actionem, & ad deũ cũ exultatione & alacritate laudandum.

IVbilate].i.exultate,& ex ineffabili lætitia,laudem dicite[dño]redẽptori noſtro[oĩs terra].i.oẽs habitantes in terra:vel,[Iub.dño]pro bonis quæ vobis fecit,pro regno æterno quod vobis parauit. [Seruite domino

dño]quia per Chriſtum eſtis liberati [in lætitia]& hilaritate animi & mentis.[Introite in conſpectu eius] .i.obliti pauliſper rerum terrenarum,ſpiritũ præſentem deo reddite. Id'q[in exultatione.] Benignitatis enim diuinæ,ſeria meditatio exultantes, & alacres reddit. Et quicunq domino ſeruitutem exhibetis. [Scitote]ſine dubio[quoniam dñs]Ieſus Chriſtus natus in carne,ad cuius laudẽ vos inuito]ipſe eſt deus,] id eſt,creator omniũ,non homo tantum. Et patet ex effectu quod ipſe ſit deus, quia [ipſe fecit nos] creando.Omnia per ipſum facta ſunt[& non ipſi] fecimus [nos]quia omne bonum noſtrũ ex eo, non ex nobis. [Populus eius] chriſtanus quem ipſe rex ſua bonitate regit & dirigit,[& oues paſcuæ eius] quas paſcit verbo ſuo & pabulo corporis & ſanguinis ſui ad paſcua æterna perducendæ[introite portas eius] & initium bonæ conuerſationis. In confeſsione .i. cum gratiarum actione. Idem enim eſt cum eo quod ſequitur,vel [in confeſsione] .ſ. peccatorum, id eſt, à confeſsione peccatorum,incipite intrare portas eius, quas nemo poteſt ingredi, niſi ſe peccata confitendo purgauerit. Portæ quippe illorũ paſcuorum.i. vitæ æternæ, ſunt opera iuſtitiæ,ad quas portas per cõfeſsionem intratur:quia initium bonorum,cõfeſsio eſt peccatorũ.Et adite & introite ſpe & deſiderio [atria eius].i. amplitudinem cæleſtis beatitudinis. Cum'q ita intraueritis gratiæ plenitudine percepta, tunc [in hymnis] id eſt, in canticis[confitemini illi] gratias agentes liberatori. Et honorificè [Laudate,] id eſt, prædicate [nomen eius].ſ. domini. Et merito quia dum laudatur,dulceſsit nobis: vnde ſubdit,[quoniam ſuauis eſt dñs]dulcis laudanti.Et laus dei eſt vita animæ: quia [in æternum]eſt [miſericordia eius] quantum ad ſaluandos, qui immobiliter in æternitate perdurant, quos hic mĩa à peccato liberauit. Sed ne quis de hac miſericordia nimis confidat,addit & de iuſtitia, d:[& vſq in generationẽ & generationẽ]eſt[veritas eius]ad damnan-

dānādū reprobos ſecūdū opera ſua. PSALMVS C.

In hoc pſalmo propheta agit de forma recte uiuēdi, et ad perfectionem contēdendi, docens & monens bona appetere, & mala reſpuere. Dicit eogo *in perſona cuiuſlibet fidelis:*

MIſericordiā] quæ modò eſt [& iudicium] quod erit in futuro [cantabo tibi dn̄e].i. laudabo te de vtroq;, quia vtroq; laudabiliter vteris, Et propter hæc duo [pſallam].i. cantabo, & cum alacritate bene operabor, ſperans miſericordiam, & timens iudiciū [& intelligā].i. diligēter attendā [in via immaculata [ambulādo, & iuſtè agēdo [quādo venies ad me] modò per gratiā, vel in obitu ſeu in ſecūdo aduētu: vel [intel. in v. imma. quā. v. ad me].i. immaculatū me cuſtodiēdo, & ſolicitè cōſidebrabo aduētū tuū ſiue ad iudiciū ſiue in morte mea. Deinde exponit quę ſit via immaculata. [Perambulabā] i. cōſtāter, & nullo tædio ambulabā [in innocētia cordis mei].i. in puritate cōſciētię, vitādo oīa facinora. Et hoc exponendo ſubdit: ſ. [in medio domus meę].i. cordis mei. Domus enim noſtra, eſt cor, ſiue cōſciētia, vbi quietè habitat & ambulat, q bene ſibi cōſci9 eſt, & purā cōſciētiā habet. Deinde innocētiā per partes exponit, d: [Nō ꝓponebā ante oculos meos rē iniuſtā].i. nō diligebā rē malā. Res enī quæ diligitur, ante oculos freqūēter habetur [faciētes p̄uaricationes].i. diuinę legis tranſgreſſores [odiui]. ſ. eorū malitiā, vel culpā, nō naturā. [Non adhæſit mihi] per amorē & amicitiā [cor prauū].i. homo prauæ volūtatis qui p̄uaricaur corde diſcrepās à deo ſicut rectū cor habēs, cōformat ſe deo [declinātē à me].i. diſsimilē mihi, nō me imitātē [malignū].i. malitioſum [non cognoſcebā].i. nō approbabā. Et [Detrahentē ſecreto proximo ſuo] in eius abſentia, famā eius lędēdo [hūc perſequebar] arguēdo, increpādo, ne hoc ageret. [Superbo oculo].i. cū hoīe ſupbo. Et hoc ita dicitur, q a ſuperbia magis apparet in oculis, quā in alijs partibus corporis [& inſatiabili corde].i. cū notabiliter cupido & auaro, cui9 auaritia expleri nō poterat

terat[cũ hoc nõ edebãt]vt dñi ſe vitari cernerent, erubeſcerent & ſe corrigerẽt. Econtrario. [Oculi mei].ſ. cordis erant[ad fideles terræ].i. qui fidẽ & veritatẽ tenẽt in terra, hoc eſt, tales placuerũt mihi [vt ſedeãt] & habitẽt mecũ]in mea ſocietate[ambulãs in via immaculata]innocenter & irreprehẽſibiliter viuẽs[hic mihi miniſtrabat. Hoc oĩbus bonis cõuenit, & maximè ſacerdotibus, vt prauis nõ cohabitẽt.[Nõ habitabit in medio domus meæ].i. in meo contubernio [qui facit ſuperbiã].i. quilibet ſuperbus [qui loquitur iniqua] malitiosè quęcũq; ꝓferẽdo, & qlibet maledicus[nõ direxit].i. nõ rectè inceſsit, nec directionẽ gratã habuit [in cõſpectu oculorũ meorũ] qa etſi ſibi & multis, nõ tamẽ mihi placet. Et nõ tãtũ prauorũ cõſortia vitaui, ſed etiã vitia declinaui: quia [In matutino].i. in initio ſuggeſtionis[interficiebã].i. vincebã oratiõe, (qua debẽt eijci ne creſcãt)[oẽs peccatores terræ].i. dæmões qbus impulſoribus fiũt peccata in terra, vel peccatores dicũtur primi motus. Et ita interficiebã[vt diſperderẽ de ciuitate dñi].i. de aĩa mea[oẽs operantes iniqtatẽ].i. oẽs ſuggeſtiones diaboli. Ciuitas enim dei, eſt anima iuſti.

PSALMVS CI.

In hoc pſalmo propheta in perſona uere poenitẽtis & deuote ueniã de peccatis implorantis, ac liberationẽ a miſerijs, clamat ad dominum, dicens:

DOmine exaudi].i. ad effectum audi[orationem meã] quã ad te fundo ꝓ mea miſeria, fretus tua mĩa[& clamor meus]cordis & oris.i. ingẽs affectus orandi, q ſolet clamore exprimi[ad te veniat]& acceptus ſit corã te.[Nõ auertas] quaſi offenſus ꝓpter peccatorũ meorũ enormitatẽ[faciem tuã].ſ. gratiæ[à me]pœnitẽte, cõtẽnẽdo ꝑces meas, ſed auerte à peccatis meis. Et[in quacũq; die tribulor]per verã cõtritionẽ[inclina ad me] pœnitentẽ[aurẽ tuã].i. effectũ mĩæ tuæ.[In quacũq; die]conuerſionis [inuocauero te].i. opẽ tuã inclamauero [velociter exaudi me] ne morer in culpa, ne impatiẽs ſim in pœna. Ideo aũt clamo, & neceſſe

neceſſe eſt vt me exaudias. [Quia defecerũt].i. celeriter euanuerũt[ſicut fumus] qui aſcendendo citò deficit,[dies mei].i.tẽpora vitæ meę, q.d: ſine multa fruge bonã ætatis partẽ trãſmiſi[& oſſa mea].i. vires aĩæ meæ,cuius potẽtia ad bene operandum debilitatur,& præpeditur per multiplicationẽ culpæ [ſicut cremiũ] in frixorio ſiccatũ[aruerũt]& defecerũt.i.aĩæ fortitudo cõtrahitur, & infirmatur recordatione peccatorũ, vel timore iudicij,dũ timet ſe arſurã. [Percuſſus ſum] tentatione[vt fœnum]quod viret, ſed percuſſum ardore citò areſcit[& aruit cor meum]ſterilitate peccati,& quia deerat ſuccus deuotionis, & animæ pabulum contẽplatio cæleſtiũ rerum[quia oblitus ſum comedere panem meũ,]id eſt,cuſtodire dei præceptum, quod eſt ſpirituale nutrimentũ.Verbũ enim dei,panis eſt aĩæ. Quapropter nũc [A voce gemitus mei].i.præ nimio dolore peccati,quẽ voce gemitus expreſsi [adhæſit os meum carni].i. pelli[meæ,] q.d:Ita exſiccaui meipſum & cõtabui. Diſcãt hic peccatores quomodo agere debeãt pœnitentiã.[Similis factus ſum pellicano ſolitudinis]quia ſolitudinẽ cauſa mœroris & pœnitentiæ expetij,[factus ſum ſicut nycticorax]habitãs [in domicilio]vel in parietinis.i. nõ ſum auſus cõparere corã alijs prę erubeſcẽtia & cõfuſione peccatorũ. Sed q̃a pœnitẽs peccatũ ſuũ cognoſcit, ſubditur:[Vigilaui]per cognitionẽ peccati[& factus ſum ſicut paſſer ſolitarius]habitans [in tecto] quia tecta amat. Nã vt fugerẽ peccãdi occaſiones,ſeiunxi me ab omni hominũ cõmercio : quia[Tota die].i.aſsiduè[exprobrabãt].i.inſultabãt[mihi inimici mei] deteſtãtes pœnitentiũ ſtatũ[& qui laudabãt me] qui me colebãt dum mihi ſecũdæ res eſſent, [aduerſum me iurabant].i. in meã perniciẽ cõſpirabãt.Et hoc ideo,[Quia cinerẽ].i. reliquias peccatorũ [tanq̃ panẽ mãducabã].i.pœnitẽdo cõſumebã[& poculũ meũ].i. tẽporalẽ iucunditatẽ [cũ fletu miſcebã].i.lachrymis miſcui. Nihil tẽporaliũ mihi erat ſuaue, ſed cæleſtẽ patriã tãtũ deſiderabã.

Hæc

Hæc autē oīa faciebā[A facie iræ indignationis tuæ] .i.per recordationē faciei tuæ,quæ in iudicio apparebit irata & indignatione plena, q.d: Talem auſteritatē ſuſtinebā,cōſiderans aduentū tuū & futurū iudiciū, ne .ſ.grauiorem incurrerē in purgatorio, vel in inferno pœnā, ꝓpter peccatorū meorū grauitatē: [qa eleuās] me faciendo ad imaginē tuā,qua oīa animalia ſuperamus[alliſiſti me]peccātem. Nullū enī aīalis,hanc pœnā miſeriæ & gehennæ ſentit niſi homo.[Dies mei ſicut vmbra declinauerūt] .i. velociſsimè euanuerunt, & ad modū vmbræ obſcuri & vani inutiles & infructuosè in peccatis cōſumpti ſunt,[& ego ſicut fœnum arui].i.ſine rore gratiæ cōtabeſcendo defeci. Deinde poſt afflictionē pœnitentis ponitur cōſolatio ſaluandorum.[Tu aūt dñe in æternū permanes].i. ſtabiliter ſine defectu et mutatione, & ſine poteſtatis diminutione,& ideo propiciari potes cū volueris,[& memoriale tuū].i.memorabilis mīa tua,quę dicitur memoriale dei,quia nunquā finit nos obliuiſci dei: vel, [& memo.tuū].i.promiſſum memorabile de venia ingemiſcentis,eſt[in generatione & generationem].i. in oēs generationes, & ideo quodāmodo propiciari debes. Nā[Tu exurgēs] potentiā tuā manifeſtādo,& auxiliū prębendo,[miſereberis Syon].i.eccleſiæ vniuerſali, ex peccatoribus vt plurimū collectæ,[quia tempus miſerendi eius]eſt. Indiget enim nunc mīa[quia venit tempus].ſ. gratiæ,quod durat vſqꝫ ad diē iudicij.Et verè miſereberis. [Qm̄ placuerūt ſeruis tuis].i. angelis & ꝑdicatoribus[lapides eius]Syon .i.eccleſię vniuerſalis,ſancti q ſunt firmi & fortes in fide,& ꝑfecti in virtutibꝰ[& terrę]ſeu pulueris[eiꝰ]eccleſię.ſ.pc̄tōrū q ſunt infirmi,& mīa indigētes[miſerebunť],ꝓcurātes eorū ſalutē.[Et]ꝑ hoc [timebūt gētes nomē tuū dñe] & cōuertētur, ſicut iā videmꝰ impletū per eorū cōuerſionē ad deū, quę nomē dñi venerātur & timent. Nec plebei modo,ſed [& oēs reges terræ]timebūt[gloriā tuā].i.glorioſam potētiā tuā,tanq̄ maiorē ſua. Et hoc ideo,

ideo,[Quia ędificauit dñs Syon].i. eccleſiā ſuā per mũdum[&]ędificata Syon[videbitur in gloria ſua]longè florentiſsima:vel in ſecũdo aduẽtu videbitur ipſe dñs in gloria ſua cũ venerit in poteſtate magna, iudicare viuos & mortuos. Sed quare hæc oīa? qa [Reſpexit] miſericorditer[in orationẽ humiliũ] chriſtianorũ, q in eius fide orabāt,vt hæc ſuæ eccleſiæ euenirẽt[& nõ ſpreuit pcẽ eorũ]ſed adimpleuit.[Scribãtur hæc]quæ dicũtur de miſeratione Syon, & eius ædificatione [in generatione altera].i. trãſmittatur eius beneficij memoria ad poſteros,vt de tãtis beneficijs laudent deum [&] ita[populus]acquiſitiõis[qui creabitur,laudabit dñm]de ſua reparatione. Cõſequenter propheta quomodo dñs ædificauit,& quid ſit ſcribendũ declarat,d: [Quia proſpexit]oculo ſuæ mīæ [de excelſo ſctõ ſuo] .i.de cælo vel de ſinu patris. Gloſa,vt inde ad humiles veniret humilis. Et aperit euidẽtius quod dixit [dñs] excelſus[de cælo]cælorũ[in terrã aſpexit]ad humiles & afflictos. Reſpexit aũt [Vt audiret gemitus cõpeditorũ].i.pœnitentiũ, prius cõſtrictorũ retibus & vinculis peccatorũ[&]vt[ſolueret]à nodis peccatorũ[filios]viuẽtes in mũdo[interẽptorũ]fraude diaboli, ne dãnarẽtur ſicut patres eorũ. Ad hoc aũt audiuit & ſoluit.[Vt annũciẽt]ſoluti & pctõrũ vinculis erepti prędicẽt [in Syõ].i. in eccleſia militãte [nomẽ dñi & laudẽ eius in Hieruſalem]cæleſti,quæ viſio pacis dicitur, cuius habitatores,deũ facie ad faciẽ vidẽtes, laudãt eũ inæternũ. Annũcient inq̃,[In cõueniendo populos in vnũ].i. vt cõſpirẽt & cõueniãt populi in vnitatẽ fidei & morũ[& reges vt ſeruiãt dño] vniuerſi q eis miſericorditer dignatus eſt ſubuenire. Deinde deſcribit̃ profectus peccatoris per pœnitẽtiã reuerſi. [Reſpõdit ei] .ſ.peccator dño[in via virtutis ſuæ].i.reuerſus ad viã virtutis & gratiæ per pœnitentiã. Et reſpõdẽdo orauit,ô deus[paucitatẽ dierum meorũ].i. q̃uã cito moriturus ſum, vel breue tẽpus vitæ meæ fac me attendere ne trãſitorijs inhæreã. [Ne reuoces me in dimidio die-

dio dierũ meorũ] hoc eſt, ne ſinas me reuocari à deſiderio æternorũ amore temporalium[in dimidio dierum meorũ].ſ.dierũ præſentiũ, qui medij ſunt prçteritorũ & futurorũ, qui oẽs ſunt dimidij & imperfecti, niſi addantur æterni. Dies enim mei exigui ſunt, ſed [in generationẽ & generationẽ].i. in çternũ ſunt[anni tui] qui nõ tranſeũt nec mutantur.[Initio] tẽporis [tu dñe terrã fundaſti]qui æternitate tua præcedis oĩa abs te facta[& opera manuũ tuarũ].i.verbi & virtutis [ſunt cæli]qa tu eos feciſti virtute tua. Et per iſta duo .ſ.cælũ & terrã, intelligũtur oẽs creaturæ à deo factæ. Et ſicut ante oĩa creata fuiſti, ita poſt mutata, permanebis: vnde ſubdit,[Ipſi]cçli & terra[peribũt]nõ quãtũ ad ſubſtantiã, ſed tantũ quãtũ ad aliquã diſpoſitionẽ, vel qualitatẽ,[tu aũt pmanes]oĩo immutabilis,[& oẽs ſicut veſtimẽtũ veteraſcẽt] à ſtatu in quo ſunt.[Et ſicut opertoriũ mutabis eos] .ſ.cælos[& mutabũtur] à ſtatu ſuo in meliorẽ, qa iã corruptioni ſicut ante nõ ſubiacebũt,[tu aũt idẽ ipſe es].i. idem permanes ſine mutatione[& anni tui nõ deficiẽt] & nullo fine claudentur: quia æternitas tua immutabilis permanet. In qua æternitate[Filij ſeruorũ tuorũ].i. apoſtolorũ, qui p pdicationẽ eorũ in fide ſunt geniti[habitabũt]æternaliter tecũ in patria, vbi eſt vera habitatio. Hic enim ſumus hoſpites & aduenç[& ſemen eorũ] .i.imitatores,& tota poſteritas electorũ[in ſæculum dirigetur] .i.in æternũ, qa ſemper actu & cõtinuè in deũ feretur: vel,[Filij].i.imitatores [ſeruo.tu.].i.ſanctorũ[habi.] in ipſo deo: vel[habi.]in cælo empyrio. Idq; merito operũ ipſorũ: vnde ſequitur [& ſemen eorũ].i.opera, ſine quibus nullus intrat,& vnde fructus æternus metitur[in ſæculũ] .i.in æternũ [dirig.]ad accipiendum præmium.

PSALMVS CII.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet fidelis excitat ſpiritum humanũ.ſ.propriũ, ſpiritũ angelicũ, uniuerſitatẽ creaturarũ ad laudãdũ deũ, enarrans & enumerans multitudinem beneficiorum collatorum & conferendorum, ſic incipiens:

BEnedic].i.laudē dic,& gratias redde ꝑ beneficijs ô[aīa mea dño]& lauda eū. Nō enī habemus qđ ei pro tātis beneficijs retribuamus, niſi vt eū inceſſanter laudemus. Idq́; nō fictè & oretenus, ſed ſedulo ex intimo affectu: vnde ſubditur,[& oīa quæ intra me ſunt].ſ.interiora mea.ſ. oēs cogitationes, oēs vires, bona naturalia & gratuita, benedicite[nomini ſctō eius]vt ſi aliquādo foris ceſſet lingua à laude dei, nūq̄ tamen affectus interioris hominis. Et non dicit quæ extra ſunt, ſed quæ intra: qa cor euagās ad exteriora, non poteſt laudare dñm.[Benedic]inq̄ ô[aīa mea dño &]vt ſemper benedicas[noli obliuiſci] tanq̄ ingrata [oēs retributiones eius]q̄ ipſe tibi retribuit, bona pro malis reddēdo. Quod, quātæ ſit pietatis, tū demū intelliges. Si cogites cui hæc bona cōtulerit, nimirū hoſti ſuo, & inimicitias exercēti, & mortis reo, vitā reddidit, pluribúſq; beneficijs onerauit. Bis dixit, benedic, quia nō ſufficit tantū ſemel laudare. Ipſe eſt enim[Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis]originali & actualibus eas remittendo ſi verè pœnitueris[qui] poſt remiſsionē etiā[ſanat omnes infirmitates tuas] quæ relinquūtur ex peccato, vt eſt pronitas ad malū quā ſanat ſuggerendo vires ne ſuccūbas, & difficultas ad bonū, quæ ſenſim minuitur pro incremēto charitatis.[Qui redimit] precio ſui ſanguinis [de interitu] æterno.i.de morte quā incurriſti propter peccatū[vitā tuā]quā perdidiſti, deū offendendo.[Qui] ſi viceris, etiā[coronat te] poſt certamen coronare diſponit in cæleſtibus. Nō tuis meritis, ſed[in mīa]ſua[& miſerationibus].i.mīæ effectibus.[Qui]etiā[replet].i.replebit & ſatiabit[in bonis]cæleſtibus & æternis [deſiderīū tuū]quo hic ad ea ſuſpirabas. Replebit aūt manifeſtatione gloriæ ſuæ. Satiabor inquit cū apparuerit gloria tua. Quia ipſe ſolus qui eſt fons oīm bonorum replere poteſt, q̄d tūc facit cū ſanctos ſuos trāſire facit de hoc ſeculo ad domū beatitudinis ęternę. Et tūc[renouabit iuuētus tua].ſ.in futura reſurrectiōe, quando

ſancti,

ſancti in ætate iuuenili reſurgēt [vt aquilę] quę vbi ſenuerit, qbuſdā modis iuueneſcit: qa eſt [Faciēs] nūc & in futuro [mīas dn̄s] ſed miſericordibus, qm̄ ipſi mīam cōſequētur [&] eſt etiā faciens [iudiciū] & hoc [iniuriā patientibus] quia vindicat inferētes iniuriā. Iſte inq̄ dn̄s faciens hęc, [Notas fecit vias ſuas Moyſi] per quas ritè eſt incedendū pīs. ſ. præcepta & mādata legis. Et per Moyſen notas fecit [filȷ̄s Iſrael voluntates ſuas] .i. mādata ſua, ſuæ volūtatis indicia. Per Moyſen & filios Iſrael, omnes iuſtos intellige: quia Moyſi .i. ei qui legē ſpiritaliter intelligit, & filȷ̄s Iſrael veris per fidem deū cernentibus & in quibus non eſt dolus, notas facit ſuas vias & volūtates. Et ipſe eſt [Miſerator] in actu & exhibitione [& miſericors dn̄s] in natura & voluntate, & hoc culpas remittendo, & pœnas relaxando, [longanimis] diu expectās peccatores ad pœnitentiā, [& multum miſericors] multos peccatores ſceleribus coopertos, frequēter, & multis modis ſuauiſsimè reuocādo, & redeūtes benigniſsimè recipiendo. [Nō in perpetuū iraſcetur] pœnitētib⁹ & electis ſuis, nec ęternā exercebit in eos vindictā [neq; in æternū cōminabitur] pœnā æternā, ſed tandē placatiore vtemur eo, licet quādoq; ſęuire videatur ad noſtri emendationē. [Non ſecundū peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis] qa cū extrema ſupplicia cōmeruiſſemus, ſua amicitia nos etiā eſt dignatus. Et cū digni eſſem⁹ morte, etiā, p nobis mortē ſubȷ̄t. [Qm̄ ſecūdū altitudinē cæli à terra, corroborauit mīam ſuā ſuper timētes ſe,] q. d: Sicut impoſsibile eſt vt cælū nō ſit altius terra, & vt nō tegat eam, ſic impoſsibile eſt, vt mīa dei non protegat maximè eos qui timent eum. Mīam autē ſuā euidenter declarat, & hoc quod [Quantum diſtat ortus] plaga orientali, [ab occidente] plaga occidentali tam [longè fecit] .i. elongauit [à nobis iniquitates noſtras] illas remittēdo. Quanta enim differentia eſt inter oriētem & occidentem, tāta eſt inter ſtatū gratiæ & ſtatum peccati. Et

ſicut cũ ſol eſt in ortu, illuminat mundũ: cũ aũt eſt in occidente, fiunt tenebræ ſuper terrã: ita per gratiã illuminatur aĩa, & per peccatũ obtenebrať. [Quomodo miſeretur pater filiorũ] quos aliquãdo blãdè cõſolatur, aliquãdo piè flagellat vt emẽdet, ita [miſertus eſt dñs timẽtibus ſe] & pœnitẽtibus de peccatis ſuis, quos aliquãdo corrigit vt ſaluos faciat, nõ tamen derelinqt vt perdat [qm̃ ipſe cognouit figmentũ noſtrũ]. i. agnoſcit fragile plaſma ſuũ, & infirmitatẽ noſtrã. ſ. pronitatẽ ad peccandũ, & fragilitatem ad ſtãdũ. [Recordatus eſt] miſericorditer [qm̃ puluis ſumus] & origine, & reſolutione quantũ ad corpus: vnde niſi aquis mĩæ ſuæ nos irrigaſſet à quolibet ventorũ flatu, & oborta tẽtatione, proijceremur [homo] etiã eſt [ſicut fœnum]. i. herba nũc virẽs & citò areſcẽs, & [dies eius]. i. fœlicitas, vel vita eius, eſt [tanq̃ flos agri] qui citò trãſit [ſic efflorebit]. i. deflorebit, & florere deſinet quantum ad corpus: qa citò in puluerẽ reuertemur. ſ. per mortem. Quid ſuperbis terra & puluis. [Qm̃ ſpiritus]. i. aĩa in homine exiſtẽs [pertrãſibit in illo] in morte egredietur ab eo [et] illo egreſſo [nõ ſubſiſtet]. ſ. homo. Homo enim mortuus, nõ eſt homo, & tũc oĩs iucũditas viriditatis eius traditur obliuioni [& nõ cognoſcet] ſpiritus [amplius locũ ſuũ]. ſ. corpus in quo habitauit, vt rurſus inhabitet illud in hoc mundo, ſed in generali reſurrectione. Cõſidera ergo homo in teipſo corruptionẽ tuã & mortalitatem quã habes à peccato, noli extolli ꝙ eni meliorís cõditionis ſis futurus, gratia illius eſt, et mĩa: vnde ſequitur, [Mĩa aũt dñi ab æterno] promiſſa et ꝑfinita, qa ab æterno fuit in eo propoſitũ miſerendi [et vſq; in æternũ] permanſura [ſuper timẽtes eũ] timore caſto, et filialis reuerẽtię, quę etiã in patria remanebit. Et iuſtitia illius]. ſ. dei, retribuẽs cõdignã mercedẽ pro operibus bonis, erit [in filios filiorũ] qui ſunt imitatores paternorũ bonorũ. Hoc eſt quod ſequitur [his qui ſeruant teſtamentũ eius]. i. præcepta dñi cuſtodiũt. [Et] qui [memores ſunt mãdatorũ ipſius]

ſius]nõ tãtũ ad ſciendũ in mẽte, vel ad loquendũ ore, ſed[ad faciẽdũ ea]opere. Et certè debemus eſſe memo res ad faciendũ,quia[Dñs].ſ. Chriſtus qui aſcendit[in cęlo]empyrio tanq̃ in loco digniori[parauit ſedẽ ſuã] vt oĩbus ſctĩs & electis inde magis eluceret virt⁹ gloriæ ſuę:vel,[Dñs]Chriſtus[in cę.]exiſtens[pa.ſe.ſuã] iudiciariã[et regnũ ipſius]cuius etiã ciues, erũt reges: [oĩbus dñabitur] qa oĩa ei ſubijcientur, et de oĩbus.ſ. bonis et malis iudicabit.Deinde omnes creaturas inuitat ad laudem dei. [Benedicite dño oẽs angeli eius] nũcij veritatis,quod gratulando dicit,non monendo, q.d:Quod facitis amo: qa quotidie benedicũt et laudãt cãtando:Sanctus,Sanctus,Sanct⁹ etc.Qui eſtis[potentes virtute]et poteſtate data vobis à veſtro creatore.[Facientes verbũ illius].i.mandata illius ad hoĩes, ilico explentes. Et hoc [ad audiendã] .i.ad hoc vt per vos hoĩes audiãt[vocem ſermonũ eius].i. intelligant quæ p̃cepit. Deus enim per angelos manifeſtat volũtatẽ ſuã hoĩbus.[Benedicite dño oẽs virtutes eius]qui virtute illius roborati, mira ac quæq; magnalia operamini,diuina virtute[miniſtri eius]qui in alijs gratiarũ diſtributionis deo miniſtratis[qui facitis volũtatẽ eius]quam intuentes agnoſcitis et pro implenda volũtate eius,facitis oĩa quæ facitis. [Benedicite]etiã [dño oĩa opera eius] .i. cæleſtia et terreſtria .ſ.angeli et hoĩes per ſe,alia verò inquantũ ſunt creaturis intellectualibus materia laudis diuinę, vt in eis et de eis benedicatur deus [In omni loco dñationis]et poteſta tis[eius].i.vbiq;,vt qui vbiq; eſt,et vbiq; dñatur,vbiq; benedicatur.[Benedic] inquit,[aĩa mea dño] iterũ ne vnq̃ ceſſes à laude ipſius.Et dic:[Gloria]ſit]patri]qui me per ſuã potentiã creauit[et filio] qui me ſuo precioſo ſanguine redemit[et ſpiritui ſancto]qui me ſua bonitate ſanctificauit.[Sicut erat in principio].ſ.quãdo ſolus erat[et nũc,et ſemper,et in ſæcula ſęculorum Amen.

PSALMVS CIII.

In hoc pſalmo propheta iterũ ex alijs cauſis hortatur & inuitat

vltat ſeipſum, et exēplo ſui oēs hoīes et creaturas ad glorificādū deū.ſ. propter magnificētiā ipſius, quā euidēter oſtēdit in multis eius mirabilibus et magnalibus. Et primo incipiēs a ſeipſo dicit:

BEnedic]ô[aīa mea]nō tātū lingua [dn̄o].i. lauda eū pro tantis beneficijs quæ hic narrātur. Et cōuertens ſermonē ad ipſum, oſtēdit cauſam quare ſit benedicendus. Quia ô [dn̄e deus meus] qui ſemper es magnus in te & in tua natura [magnificat' es vehementer].i. tātæ excellētię es, vt ꝓ tua maieſtate, nulla creatura dignè te poſsit laudare. [Maior es eni omni laude: vnde aūt magnificatus ſit demōſtrat, cū ſubdit: [Cōfeſsionē].i. laudē angelorū & hoīm, oīmq́ꝫ creaturarū[& decorē].i. pulchritudinē[induiſti]in creaturarū productione & ordinatione.i. apparuiſti in eis laudabilis & decorus, qa vndiqꝫ habes creaturas quæ te cōfitētur.i. laudāt, ac decorū & glorioſum oſtendunt. Qui in te es[amictus].i. coopertus[lumine]ineffabili [ſicut veſtimēto]qa lux vndiqꝫ tibi eſt, q habitas lucē inacceſsibilē, qa oīa cōfitentur, de ſingulis cōſequēter agit. Et primo de cælo, d: Tu es[Extendēs cælum ſicut pellē.]Videtur eni cælū ſydereū extendi ſuper hemiſphærīū noſtrū, quaſi tētoriū [q tegis aquis ſuperiora eius].i. cælum criſtallinum, quod eſt ſupra ſidereum, quod dicitur aqueū, eo ꝙ conuenit cū aquis in tranſparentia ſeu limpiditate, ſicut cælum empyrium dicitur igneum, non quod ſit igneum, ſed ſplendidum, & ſic aliquo modo cōuenit cū igne in ſplendore.[Qui ponis nubē aſcēſum tuū]ad literā. Dn̄s viſibiliter aſcēdit in cælū, & ſcriptū eſt quod nubes ſuſcepit eū, ab o. e. & ferebatur in cælū [qui ambulas ſuper pēnas ventorū]ad literā, velocitatem vēti (per pēnas ſignificatā) dn̄s ſuperat agilitate operationis qui vbiqꝫ p̄ſens eſt, qa velocius quā vēti currāt, operatur. [Qui facis ſpūs] .i. ſpirituales ſubſtātias tibi aſsiſtētes, eſſe[angelos].i. nūcios tuę volūtatis, cū eos mittis. Spiritus enim nomen naturæ eſt, angelus nomen officij [& ignē vrētē] .i. ſpiritus ſupremi ordinis .i. Seraphin (qui interpre-

tantur

tantur ardentes) facis[miniſtros tuos] cũ vis: Vel,[& miniſtros tuos]facis[ignem vren.].i.ardentem, quia angeli legũtur frequenter apparuiſſe in ſpecie ignis, vt Moyſi in rubo, & in tranſlatione Heliæ, & in auxilio Heliſæi. Et dicit ignẽ vrentẽ, quia angeli ardent charitate,& ſunt efficaces ad executionẽ volũtatis diuinę. [Qui fundaſti terrã ſuper ſtabilitatẽ] & Baſim [ſuã].i. immobilitatẽ centri ſui,dando ei virtutẽ & firmitatẽ, per quã ſtat, tanq̃ ab illa ſuſtentata,& in illa fundata: vnde[nõ inclinabitur]vel cõmouebitur[in ſæculũ ſęculi].i.in æternũ à loco ſuo totali,& à centro mundi, in quo eius virtus ſuſtentiua conſiſtit. Quamuis enim tranſeat ſecundũ qualitatem, nõ tamen ſecundũ ſubſtantiã.[Abyſſus].i.Oceanus,qui dicitur abyſſus propter ſui ꝓfunditatẽ[ſicut veſtimentũ]ſit[amictus eius] .ſ.terræ ex oĩ parte,q͂a Oceanus circũdat terrã vndiq;, excepta vna parte,quæ remanſit arida,propter vitam hoĩm & aĩaliũ terreſtriũ[ſup mõtes ſtabũt aquæ]pluuiales,quę generãtur ex nubibus:vel,[ſuper mon.ſta. aquæ]tẽpore diluuij,vbi ponitur futurũ pro præterito,vel hoc futurũ erat,referẽdo ad tẽpus q̃ terra fundata fuerat.Sed hoc nõ diu:q͂a[Ab ĩcrepatiõe tua]ô[dñe] .i.ſecũdũ ordinẽ volũtatis tuę[fugient]& recedẽt.ſ.aquę diluuij ad locũ deſtinatũ.Et[à voce tonitrui tui]i. vẽti terribilis & ſicci[formidabũt].i.quaſi formidãtes ceſſabũt vt appareat terra, q͂a per tales vẽtos ceſſauerũt.Quibus aquis ceſſantibus. [Aſcẽdũt mõtes & deſcendũt cãpi].i.per hunc receſſum aquarũ, apparuit in terra aſcẽſus mõtiũ & deſcẽſus,ſeu planicies cãporũ,q̃ prius latebãt ſub aquis [in loco quẽ fundaſti eis].i.ſecundũ loca,in q̃bus eos à principio fundaſti. Ideo aũt aquę nõ conant̃ magna vi erũpere,q͂a[Terminũ poſuiſti]ſ.aquis oceani & alijs,cõcludẽdo eas littorib⁹[quẽ nõ trãſgrediẽtur]trãſeũdo à loco ſuo,& vltra ꝓcedẽdo [neq; cõuertẽtur operire].i.nõ reuertẽtur amplius ab alueis ſuis vt operiãt[terrã]ſicut in diluuio fecerunt. Sed q̃d fit in terra mũdata,ſeq̃tur:[Qui emittis]& ma-

nare facis[fontes in cōuallib⁹].i.in locis terræ humilibus[inter medij̄ mōtiū].ſ.in cōuallibus[pertranſibūt aquæ]ortę ex illis fontib⁹.Sępe enī fontes primo fluunt,et deinde flumina faciunt.Et de his fontibus et aquis[Potabūt oēs beſtię agri].i.aīalia regionū[expectabūt onagri].i. aſini ſylueſtres in deſertis exiſtentes [in ſiti ſua]vt reficiant per huiuſmodi fontes et flumina.[Sup].i.iuxta[ea]quę dicta ſunt.ſ. cōualles ac mōtes et flumina[volucres cæli]aerei [habitabūt]et morabūtur [de medio petrarū [et nemorū [dabūt voces] .i.cantabunt congaudentes vicinitati vbi ſunt nutriti.[Rigās] etiam ô deus[mōtes de ſuperioribus ſuis] .i.de aquis in ſuperioribus partibus cæli generatis: qa cōualles et campi,rigantur fontibus et fluminibus,ſed mōtes indigent rigari pluuijs, vt ibi etiā creſcat herba aīalibus[de fructu operū tuorū].i. de effectu pluuiæ, quæ eſt opus tuū[ſatiabitur terra].i.fœcundabitur. Terra inq̄ ſic irrigata,[Producens fœnū iumētis].i.ad pabulū et nutrimentū iumentorū[et herbam ſeruituti hoīm].i. iumentis quæ in cultura terræ ſeruiunt hominibus, hoc aūt eſt neceſſariū ,[Vt]per eorū laborē [educas panem de terra].i. frumentū,vnde fit panis,q̄ eſt hoīm nutrimentū[et]ſimiliter[vinū]educas vt[lętificet cor hoīs]nō inebriet, ſed ſobrios reddat,& ſpiritualem lætitiam inducat. Vt educas etiam de terra oleū,[Vt]homo[exhilaret].i. lætificet[faciē in oleo] hoc dicit,qa oleū eſt cōdimentū ciborū, et tunc gaudet homo in menſa quando habet cōdimentū.Et hęc cōdimēta,faciūt panem comedi, qui roborat hoīem: vnde ſubdit,[&] vt [panis cor hoīs cōfirmet] corpus reficiēdo.[Saturabūtur] etiā [ligna cāpi].i.ad ſatietatem nutrientur ex terra ſic irrigata [& cedri libani]ſimiliter ſaturabuntur[quas plātauit]ſ.dn̄s:qa oīa ligna & arbores ſunt creaturæ eius[illic]in cedris[paſſeres]minuta aīalia, volatilia cæli [nidificabūt] & qeſcent[Herodij domus].i. nidus.ſ.petra quæ eſt domus eius[dux]& refugiū eſt [eorū].ſ.paſſerū, ſi fortè cedri

mouen-

mouentur[mõtes excelſi ceruis]ſunt refugiũ & firmamentum [petra]in via ſubterranea, eſt [refugium herinatijs]in qua ſe abſcondit, quia herinatius ſiue heritius eſt animal infirmum & pauidum. Herodius dicitur gallicè grifant, & dicitur dux paſſerum vel auium eo modo loquendi quo leo dicitur rex animalium. [Fecit lunã in tẽpora].i. vt per eã diſtinguãtur tẽpora [ſol cognouit occaſum ſuũ] qa ita ſtatis tẽporibus, & ordinatè vadit ad occaſum ac ſi haberet intellectum. [Poſuiſti tenebras]per occaſum ſolis[& facta eſt nox] in hemiſphærio noſtro[in ipſa].ſ.nocte [pertrãſibũt oẽs beſtiæ ſyluę]ad quęrendũ alimentũ. Quos aũt generaliter dixerat beſtias, deinde in catulos diuidit & leones. [Catuli leonũ]nõ ſolũ leones pertrãſibũt[rugientes].i.feruẽtes & cũ rugitu anhelãtes[vt rapiant] prædã aliquã[& quærãt à deo] cuius eſt oĩbus prouidere[eſcã ſibi neceſſariã. Iſta ergo faciũt in tenebris & in nocte. Nã[Ortus eſt ſol]ſuper terrã[&]oriẽte ſole, ſtatim[cõgregati ſunt] ceſſantes & deſinẽtes quærere prædã[& in cubilibus ſuis collocabũtur].ſ. vt qeſcãt impet⁹ nõ faciẽdo. Et tũc in ortu ſolis[Exibit homo] de quiete & ocio [ad op⁹ ſuũ]faciẽdũ[& ad operationẽ ſuã]cõtinuãdã [vſq; ad veſperã]& tenebras, quãdo iterũ ceſſabit. His oĩbus inſpectis, ꝓpheta & oĩs homo credẽs exultat,& admirãdo exclamat: Quia hęc ꝓdicta feciſti. [Quã magnificata ſunt]& magna & multa, quia explicari nõ poſſunt, humanũ ſenſum excedũt [opera tua]ô [dñe]ad literã, oĩs creatura à te facta] oĩa in ſapientia feciſti].i.in Chriſto. Ipſe enim eſt dei virtus & dei ſapiẽtia, per quẽ ad literã deus pater, quicqd in terra, in mari,& in cælo eſt, creauit: vel [oĩa in ſap.].i. ſapienter. Sic eñi loquũtur Hebræi[feciſti] i.diſpoſuiſti, [impleta eſt terra poſſeſsione tua] .i. hoĩbus & aĩalibus quæ ſunt dei creaturæ [hoc mare] .ſ. Oceanus in quod fluũt oẽs aquæ, ſimiliter impletũ eſt tua poſſeſsione & creaturis [magnũ & ſpatioſum] ꝓfunditate & latitudine[manibus].i. locis. Et dicit manibus, eo ꝙ

quaſi expãſas manus habeat,& in ſe cuncta ſuſcipiat. Et[illic].ſ. in mari ſunt[reptilia] & piſces diuerſorũ generũ[quorũ nõ eſt numerus]notitia humana.Et in hoc mari ſunt[Aĩalia puſilla cũ magnis].ſ.piſces parui & magni.Sunt enim in mari cœte grandia,quorum magnitudo eſt quatuoriugerũ terræ, vt dicit Plinius: Et[illic].ſ.in mari[naues pertranſibũt]ad traijciendũ hoĩes & bona eorũ. Et p̃ter hæc aĩalia,eſt etiã in mari quod ſuperat oĩa.ſ.[Draco iſte].i. cœtus,cuius magnitudo excedit magnitudinẽ aliorũ aĩaliũ terreſtriũ & marinorũ[quẽ formaſti]ô deus[ad illudendum ei.] Cũ enim cœtus vult tranſglutire piſces, illi inſtinctu naturali,fugiũt verſus ripã,vbi natare nõ poteſt propter aquæ paruitatẽ:& ideo cœtus eos inſequens, impingit in terrã,& ibi à piſcatoribus occiditur, & ſic illuſus ſua ſpe fruſtratur. ¶ Myſticè verò per illuſionẽ cœti dictã, intelligitur illuſio dæmonis, quia credens Chriſtũ in ſe deuorare in ſua paſsione, & mẽbra eius temporali perſecutione perdere, fraudatur, & remanebit poſt iudiciũ religatus in inferno, quia non erit amplius ad exercitiũ beatorũ in aere caliginoſo[oĩa] .ſ.viuentia ſuper terrã & in aquis [à te expectant]naturaliter[vt des illis eſcam] pro naturæ ſuſtentatione [in tempore].ſ. oportuno.Sicut enim animalia creata ſunt à deo, ita ex creaturis dei reficiũtur. [Dante te] .i.cum dederis[illis].ſ.eſcam[colligent] eam [aperiẽte te manum tuam].i. largiter te tribuente, ſicut homo largus,dicitur manum apertã habere[omnia implebuntur bonitate].i.reficientur benignitate tua. Et econtrario:[Auertente aũt te faciẽ] denegando prædictam diffuſionẽ bonitatis tuæ [turbabuntur] .ſ. fame,imò per iſtum modũ [auferes ſpiritum eorũ] quo viuificantur[& deficient]ruendo in mortẽ] & in puluerẽ ſuum].i.in materiam ſuæ primæ originis[reuertentur]per putrefactionẽ.[Emittes ſpiritũ tuũ].i. dabis tuæ volũtatis imperiũ, & effectũ[&]quæ mortua ſunt[creabuntur] .i. de nouo formabũtur,ſ. in eadem

ſpecie,

ſpecie,ſecundũ curſum naturę[& renouabis faciẽ terræ].i.ſtatũ terrenorũ & mortaliũ in aĩalibus volatilibus & alĳs per ſubtractionẽ aliméti perditis. Et qa à deo ſunt omnia bona,ergo[Sit]& duret[gloria dñi].i. glorificetur dñs pro tã multis & magnis beneficĳs.Et nõ ad tẽpus,ſed[in ſæculũ].i.abſq; termino & inæternũ.Et[lætabitur dñs in operibus ſuis].i. in creaturis ad ſuã gloriã ordinatis. [Qui reſpicit terrã,& facit eã tremere] vt patet in terræ motu procedente ex ordinatione diuina[qui tangit mõtes]altos,tactu fulguris [& fumigant].i.fumũ emittunt ex illo igne fulguris, hoc factũ eſt,cũ deſcẽderet dñs in mõte Synai ad dãdũ legẽ,& adhuc ſæpe fit ad incutiendũ nobis timorem. Oĩa aũt p̃dicta de ordine creaturarũ & prouiſiõe viuẽtiũ,ad hoc ĩducta ſunt,vt ex eis rationalis creatura aſſurgat ad laudẽ & honorẽ conditoris.His ergo p̃dictis quę fecit dñs,inſpectis[Cãtabo dño].i.laudabo dñm, nõ in lingua tantũ,ſed[in vita mea].i. ex iuſtitia & operibus vitæ meę[pſallã deo meo].i. ad honorem dei mei[quãdiu ſum]in p̃ſenti.Nõ enim in futuro operari licebit.Vnde rogo,vt[Iucundũ ſit ei].i.corã eo ſuaue & placitũ [eloquiũ meũ]in cõfeſsione laudis,[ego verò delectabor in dño] tanq̃ in ſummo bono,& in nullo alio delectabor,& exẽplo meo ꝓuocati.[Deficiãt peccatores]qui.ſ.in ſe peccãt[à terra].i.à terrenis operibus & peccatis deficiãt,ne iã ſint q̃d prius erãt[& iniqui]q peccãt in proximũ.ſ. deficiãt [ita vt nõ ſint] iniqui,ſed iuſti,iuxta illud: Verte impios & nõ erũt.ſ. impĳ.Et,ꝓ his oĩbus beneficĳs[Benedic aĩa mea dño] & ſic terminat canticũ ſicut incepit ipſum,qa laus dei ſemper durare debet. PSALMVS CIIII.

In hoc pſalmo ꝓpheta inuitat fideles ad dei laudẽ pro diuerſis beneficĳs populo Iſraeli diuerſis temporibus exhibitis.

COnfitemini dño] confeſsione laudis .i. laudate dñm ꝓ beneficĳs ab eo obtẽtis[& inuocate nomẽ eius]pro alĳs obtinendis,quia gratitudo de pręteritis beneficĳs prouocat deũ ad largiendũ plura: [annun-

[annũciate inter gẽtes opera eius]potẽtiæ & bonitatis diuinæ declaratiua.ſ.creationis,recreationis,vltionis,remuneratiõis[Cãtate ei]voce & corde,[& pſallite ei]in operatiõe bona. Ore quippe cãtat̃,pſalterio aũt manib⁹ pſallitur. Et ſic[narrate oĩa mirabilia ei⁹] vobis cognita & manifeſta.Et[laudamini in noĩe ſancto eius].i.bene operemini ex intẽtione glorię diuinę nõ,ꝓprię,ſic vt ex illis operib⁹ laudemini in noĩe dñi, ad quẽ opa illa ſunt directa.[Lętet̃ cor quęrẽtiũ dñm] .i.iucundè quæratur, & magis amore q̃ timore ei ſeruiatur[quærite] deſiderãdo & bene operãdo [dñm]in p̃miũ,nõ aliqd p̃ter ipſum[& cõfirmamini]in inqſitione,nec ceſſetis propter tẽtationẽ:qa oĩs q quęrit,inuenit.Forti eni & firmo aĩo opus eſt in ſeruitio dei,qa vt dicit Hiero. maxima pars chriſtianæ religionis cõſtat in aĩo[quærite faciẽ].i.p̃ſentiã eius [ſemp]& ſine intermiſsione in hac vita, vt eã videre poſsitis in alia. [Memẽtote mirabiliũ eius quæ fecit]filiȷs Iſrael, educẽdo eos de Ægypto.Et[ꝓdigia ei⁹]memẽtote maiora.ſ.miracula, qbus aliqd futurũ ſignificabat̃, ſicut de manna, & de aqua quã eduxit de petra [& iudicia oris eius]quę ipſe p̃cepit per Moyſen fieri,& ſecũdũ ea iudicari.[Semẽ Abrahã].i.vos q eſtis ſemẽ Abrahę ſecũdũ fidẽ, debetis iſta memorari. Abrahæ inq̃ ſpecialis [ſerui eius].ſ.dñi. Et q eſtis [filiȷ Iacob].i. imitatores luctãdo cõtra vitia,& ſuperãdo ea,ſimiliter debetis iſta memorari Iacob dico [electi eius].ſ. dñi, quẽ elegit in figura,reprobato Eſau primogenito. Et debetis memorari:qa[Ipſe dñs deus noſter].ſ.eſt per fidẽ & cultũ qui fecit hæc mirabilia. Et etiã, qa[in vniuerſa terra] nõ tantũ in Iudæa ſunt[iudicia eius] & p̃cepta iuſta & recta,& vbiq; p̃dicantur iudicia eius.Ideo etiã debetis eſſe memores,qa[Memor fuit teſtamẽti ſui]noui.ſ.[in ſæculũ].i.in æternũ duraturi,implẽdo promiſſa in eo [verbi q̃d mãdauit in mille generationes]mãſurũ.i.in oẽs qbus ex fide eſt viuendũ. Et ponitur numerus finitus pro infinito,qa numeri trãſcẽdẽtes millenariũ,

non

nõ ſunt niſi replicationes eius vel partiũ eius. Quãdiu enim generatio generationi ſuccedit, tãdiu mãdatũ eſt viuere ex fide, hoc eſt, verbũ dei quod pdicamus, vt iuſtus ex fide viuat, & huic fidei hęreditas æterna in nouo teſtamẽto promittitur. [Quod diſpoſuit ad Abrahã] & pepigit ei pmittẽdo, d: In ſemine tuo b. oẽs gẽtes. Nõ quod Abrahã teſtamẽtũ nouũ legerit, ſed ipſe fidẽ, nouũ teſtamentũ diſponente dño habuit [&] memor fuit [iuramenti ſui] q̃d diſpoſuit ad Iſaac [de quo dixit Abrahæ: In Iſaac vocabitur tibi ſemẽ. [Et ſtatuit illud]. ſ. teſtamẽtũ et verbũ fidei ipſi [Iacob] adhuc luctanti [in pceptũ] pcipiendo ei, vt firmiter crederet illud implendũ [& Iſrael]. i. Iacob, iã Iſrael facto [in teſtamentũ]. i. pmiſſum [æternũ]. i. æternaliter mãſurũ: [Dicẽs tibi] ò Abrahã, Iſaac, & Iacob [dabo terrã Chanaan]. ſ. promiſsionis. i. ꝗ per eã ſignificatur. ſ. æternã hæreditatẽ. Et hoc ſic. ſ. [funiculũ]. i. mẽſurã diuiſionis cuilibet cõpetentẽ [hęreditatis veſtræ]. i. iure hęreditario poſsidendã. Hoc aliquid æternũ ſignificat. ſ. terrã viuentiũ, quæ electis ſecũdũ exigentiã diuerſorũ meritorũ, per diuerſas mãſiões in hęreditatẽ diſtribuitur. Dedit enĩ eis terrã pmiſsionis in figurã ęternę hæreditatis. Et ſicut funiculo diſtributa eſt terra promiſsiõis in diuerſas partes, ita in domo cęleſti, diuerſę ſunt mãſiones. Deinde exequitur hiſtoriã veritate notiſsimã, q̃d: Hoc pmiſit de⁹ [Cũ] adhuc [eſſent] Abrahã, Iſaac, et Iacob [numero breui] et paruo [paucisſimi] ad inhabitãdũ terrã illã [et incolę]. i. aduenę et peregrini [eius]. ſ. terrę Chanaan, nõ dñi et indigenę. Et pertranſierũt] inde, diſpoſitione dei [de gẽte]. ſ. Chanaan [in gentẽ] alterã. ſ. Ægyptiã [et de regno] vno. ſ. terræ promiſsiõis [ad populũ alterũ]. ſ. alterius regni. ſ. Ægyptiorũ. Et deus [Nõ reliquit]. i. nõ pmiſit [hominẽ nocere eis]. ſ. patriarchis notabili nocumẽto [et corripuit pro eis reges] vt regem Ægypti, ne noceret Abrahæ, et regẽ Gerare, ne noceret Iſaac, et alios ne nocerent Iacob, dicens eis: per talẽ correptionẽ mo-

nendo

nēdo:[Nolite tāgere]exteriori iniuria[chriſtos meos] .i. vnctos meos, vnctione ſpūali .ſ. gratia ſpeciali. Et bene dicit chriſtos, quia iā tūc chriſtiani erant etſi latenter: vnde in euāgelio Abrahā exultauit vt vide.di. m.vidit,& gauiſus eſt. Nullus enim citra hanc fidē,vel ante incarnationē, vel poſt,deo recōciliatus eſt. Vnus enim mediator dei & hoīm, homo Chriſtus Ieſus[& in prophetis meis].i.contra prophetas meos[nolite malignari] i.interiori affectu iniuriari & maledicētia. Deīde narrat quomodo factū ſit vt trāſirēt, d:[Et vocauit]de⁹[famē ſup terrā].i.fecit vt fames eſſet.ſ.ſeptē annis,de qua habetur in Geneſ.Et quomodo vocauerit famē,exponit,d:[&].i.qa[oē firmamentū panis]q̄ cōfirmat cor hoīs[cōtriuit].i.cōſumpſit, propter hoc tranſierunt.[Miſit].i.mitti præordinauit[ante eos].ſ. Iacob & filios eius[virū].ſ.Ioſeph.Verè virū,qa maſculo pectore & robore,fortiter cōtēpſit blāditias mulieris[in ſeruū vænundatus eſt Ioſeph]Iſmaelitis,primo à fratribus,& ab Iſmaelitis principi Ægypti.[Humiliauerūt]Ægyptij[in cōpedibus].i. vinculis[pedes eius]qa ob falſam accuſationē dñæ ſuæ,fuit in carcere cōiectus. Et præter hāc afflictionē corporis[ferrū].i. tribulatio duræ neceſsitatis[pertranſijt aīam eius]vt de Maria dicitur, quia cōpedibus ferreis,non ſolū fuit afflictus in corpore, ſed etiā in mente timore mortis, quāuis nō exciderit à virtute patiētię. Et in hac tribulatione fuit[donec veniret verbum eius].i. cōpleretur interpretatio ſomniorū,quæ fuit verbū eius, ſicut dicentis,& dñi ſicut inſpirantis: vnde ſequitur,[Eloquiū dñi].i. verbū dei inſpiratū ei per ſpiritū ſ.[inflāmauit]accendit & afflauit[eū]interius mentē eius illuminando de occultis.i. viuaciter incitauit eū vt futura diceret.[miſit rex]Pharao,hoc cognito ad prīcipem carceris[& ſoluit]à vinculis[eum princeps populorū].ſ.idem ipſe rex[& dimiſit] abire à carcere liberū[eum]prius inclusum,Et poſt[Cōſtituit]rex[eū] .ſ.Ioſeph[dñm domus ſuæ].i.oīm rerū domeſticarū

&fa-

& familiarum[& principē oīs poſſeſsionis ſuæ] quia præfecit eum toti terræ Ægypti. Non tantū autem, vt haberet curā temporaliū, ſed & [Vt erudiret principes eius] .ſ. Pharaonis [ſicut ſemetipſum] de diuinis, quorū notitiā illi non habebant. Non eſt enim credendū vt ait Auguſt. tantū prophetā intendiſſe operi temporaliū, ita quod nō intēderet operi ſpiritualium[& ſenes eius prudentiā doceret] quia nō ſolū docuit eos de diuinis, ſed etiā de rebus familiaribus, & de futura fame, ac de frumentis cuſtodiendis. [Et] eo ſic euecto, [intrauit Iſrael] .ſ. Iacob cum filijs ſuis & familia [in Ægyptum] ad mandatū Ioſeph vt poſſet viuere tempore famis [& Iacob] qui eſt & Iſrael [accola] .i. colonus & aduena [fuit in terra Cham] .i. in Ægypto, eo quod Mitſraim, quod Hebræis ſignificat Ægyptum, fuit filius Cham, Geneſ.10. [Et] ibi [auxit populum ſuum vehementer] .i. filios Iſrael, quia nō intrauerunt niſi 70. aīę, & paruo tēporis ſpacio interiecto, exceptis paruulis & mulieribus [& firmauit eū ſuper inimicos eius] per magnalia, quādo in manu potēti per ſigna & portenta dei ſui educti, ſuſpiciēdi, & honorabiles facti ſunt. [Cōuertit] deus .i. cōuerti permiſit. Nō enī deus cuiuſquā peccati vel mali eſt auctor [cor eorū] ſ. Ægyptiorū ſuapte ſpōtè peruerſum, nō malū immittēdo, ſed gratiā infundendo [vt odirēt populū eius] .ſ. filios Iſrael cum augerentur [&] vt dolū facerent in ſeruos eius] vt opere & labore minuerētur & obruerēt, & vt laborē eorū nō remunerarent. Sed ad eorū liberationē, [Miſit] dn̄s [Moyſen ſeruū ſuū] ad leuādū labores grauiſsimos populi ſui, & ad liberādū eū de Ægypto, [& ipſum Aaron] etiam [quem elegit] vt eſſet ei coadiutor. [Poſuit in eis] .ſ. Moyſe & Aaron legatis ſuis [verba ſignorum ſuorum,] id eſt, mirabilium minorum [&] etiam [prodigiorum] id eſt, mirabilium maiorum, quæ aliquid portendant futurorum [in terra Chā] .i. in terra Ægypti, hoc eſt, mādata ad Pharaonē quę fuerūt ſignorū & prodigiorū cauſa. Quę aūt ſigna

fecerit,

fecerit,ſubiũgit,d:[Miſit tenebras] dẽſiſsimas,tribus diebus ſuper Ægyptios[& obſcurauit] .ſ. totã terram Ægypti,ita quod nullus aliũ videre poterat [& nõ exacerbauit ſermones ſuos] qa cũ Pharao promittebat pœnitẽtiã,deus remouebat plagã,mitigabat ſæuitiem plagarũ.[Cõuertit aquas eorũ].ſ. Ægyptiorũ[in ſanguinẽ,& occidit piſces eorũ]qui ibi naturaliter nutriuntur.[Ædidit terra eorũ ranas]& hoc nõ tantũ extra domos,ſed etiã[in penetralibus]& cubiculis[regũ ipſorũ].i.principũ Ægypti.[Dixit].i.pͨepit deus[& venit cynomyia].ſ.maior muſca.ſ.canina[& ſciniphes] .i.muſcæ minutiſsimę, aculeis permoleſtæ vt culices. Idq́ꝫ[in oĩbus finibus eorũ].ſ.Ægyptiorũ[Poſuit pluuias eorũ in grandinẽ].i. pro pluuia quæ fœcũdabat, facta eſt grãdo quæ fruges arefecit[ignẽ cõburẽtẽ]per choruſcationẽ.i. flumina ſua poſuit [in terra ipſorũ] qa in illa plaga,grãdo & ignis pariter ferebantur.[Et percuſsit]grãdine & fulminibus [vineas eorũ,& ficulneas eorũ]ex vi grãdinis & fulminũ[& cõtriuit].i.cõfregit[lignũ].i. multitudinẽ lignorũ [finium eorũ].ſ. in terra Ægypti.[Dixit].i.pͨepit deus,[& venit locuſta]quę eſt paruũ animal,habẽs crura retro lõgiora,nõ ſatis in altũ volãs[& brucus] fœtus eius[cuius].ſ. locuſtæ & bruci[nõ erat numerus] prę multitudine.[Et comedit]locuſta & brucus[omne fœnum].i.herbã[in terra eorũ] vt cibus iumentis deeſſet [& comedit oẽm fructũ]ſegetũ[terræ eorũ]vt etiã hoĩes cibũ nõ haberent.[Et percuſsit].ſ.occidendo [omne primogenitũ in terra eorũ] tam hoĩm q̃ aĩaliũ [primitias oĩs laboris eorũ].i.ad oẽm laborẽ valẽtes.[Et eduxit eos]dñs de Ægypto.ſ.filios Iſrael[cũ argento & auro]qa vaſa aurea & argentea quę ab Ægyptijs mutati erãt,pͨepto dñi aſportauerãt[& nõ erat in tribubꝰ eorũ infirmus] & hoc fuit ingens dei beneficiũ,vt oẽs ſimul abſq́ꝫ impedimẽto,poſſent egredi de Ægypto.[Lætata eſt Ægyptus].i. Ægyptij lætati ſunt[in profectione eorũ] de Ægypto ,propter plagas quas patiebantur in Hebræorum

bræorũ præſentia [quia incubuit timor eorũ] .ſ. Hebræorũ [ſuper eos] .ſ. Ægyptios. Ex hoc enim ꝙ oēs primogeniti ſubitò erāt mortui, timebāt oēs alij mori ſi filij Iſrael diutius detinerentur in terrra Ægypti. Et [Expādit nubē in protectionē] & in refrigeriũ [eorũ] .ſ. Hebræorũ cõtra æſtũ & ardorē ſolis ꝑ diē [& ignē] .i. colũnā ignis. ſ. expādit [vt luceret eis] contra tenebras [per noctē] ne per tenebras aberrarēt, & aīos abijcerēt. [Petierũt] .ſ. à deo remediũ famis [& venit coturnix] .i. multitudo coturnicũ [& pane cæli] .i. māna de cælo deſcendente, & cæleſtē panē. ſ. ſanctā euchariſtiam ſignificante [ſaturauit eos] in abundātia. [Dirupit petrā] quia diuiſa eſt ad percuſsionē virgæ Moyſi [& fluxerũt aquæ] in tanta abũdantia, quod [abierũt] & fluxerũt [in ſicco] .i. in locis prius aridis [flumina] ita vt biberent hoīes & iumēta. His aũt oībus beneficijs deus cõmēdat in Abrahā meritũ fidei. Seqtur enī, [Qm̄ memor fuit] & recordatus eſt [verbi ſancti ſui] .i. ꝓmiſsi ſui firmi [q̃d habuit] & fecit [ad Abrahā puerũ ſuũ] .i. ſeruũ ſuũ fidelē, q. d: Iſta beneficia nõ fuerũt illi populo impēſa ꝓpter ſua merita, ſed potius ꝓpter merita fidei Abrahæ, & ad implendũ promiſsionē ei factā. [Et eduxit] dñs [populũ ſuũ] filios. ſ. Abrahę duce Ioſue in terrā promiſsiõis [in exultatione] qa multũ fuit gauiſus populus, quādo Iordanis in eorũ tranſitu fuit deſiccatus [& electos ſuos] eduxit [in lætitia.] Dicit electos, qa murmuratores percuſsi ſunt. Exultatio eſt gaudiũ exterius. Lætitia gaudiũ interius, vnde differunt ſicut timor & tremor. Timor eſt paſsio cordis. Tremor eſt effectus timoris. ſ. in corpore. [Et dedit illis regiones gētiũ] .ſ. terrā Chanaā vbi prius habitabāt gētiles, [& labores populorũ poſſederũt] occupādo ciuitates & vineas & alias poſſeſsiones quas illi cũ labore ſibi ꝑparauerāt. Et hęc beneficia fecit eis deus [Vt cuſtodiāt iuſtificatiões eius] .i. mādata eius in lege tradita, quæ iuſtitiā cõtinēt, & obſeruātes eā iuſtos faciunt [& legē eius requirāt] & intelligāt. Sciēdũ

tamē quod hoc nō erat principale p̄miū,ſed poſſeſsio terræ viuentium,per illā principaliter intellecta. Præmiū enī principale,eſt quid melius meritorio opere. Opus aūt virtutis melius eſt ſimpliciter quā quæcūq; poſſeſsio tēporalis,ꝓpter quod nō poteſt eſſe virtutis p̄miū principale. Et ſic quādo in veteri teſtamēto de⁹ promittebāt bona temporalia vt poſſeſsionem terræ Chanaan,ſuperintelligebatur poſſeſsio terræ viuentium per illam intellecta.

PSALMVS CV.

In hoc pſalmo ꝓpheta monet nos laudare deū. Itē agit de ingratitudine populi Iſrael pro beneficijs a deo illis exhibitis. Hortās ergo ad laudem dei dicit:

COnfitemini dn̄o]cōfeſsiōe pc̄tī & laudis,corde, ore,& opere.Ideo[qm̄ bon⁹]eſt natura, & ipſis cōfitētibus.Ideo etiā[qm̄ in ſęculū].i.vſq; in finē ſæculi,eſt[mīa eius] quā vſq; in finē ſæculi miſeris exhibet,cōſolādo in miſeria, vel liberando ab ea:vel, [qm̄ in ſę.].i.in ęternū eſt[mīa eius]qa nemo ſine deo poteſt eſſe beat⁹:vel[qm̄ in ſę.].i.in ęternū eſt[mīa ei⁹] .i.beatitudo,quā dat eius mīa.Et[Quis loquetur].i.qs ſufficiet loqui,dignè laudādo,[potētias dn̄i].i.ea quæ ex ſua potētia & fortitudine operat̄.Et dicit pluraliter potentias ꝓpter plures effectus.Et intellige ſaltē duo genera operū.ſ.creatiōis magna, & recreatiōis maxima.Et qs[auditas faciet]alijs annūciādo vt audiāt[oēs laudes eius].i.oīa quæ laudabiliter facit?q.d: Nullus. Cū ſit potētię infinitę, & maior oī laude.Quod ſi nullus ſufficiat enarrare laudes eius,ſaltē hoc agat.ſ.iudiciū & iuſtitiā,qa [Beati] ſunt in ſpe[q cuſtodiūt iudiciū].i.qui rectè & diſcretè iudicāt inter bona & mala opera[&]ita habita diſcretiōe[faciūt iuſtitiā]exequēdo in opere & rectè agēdo:vel[qui cuſto.iudi.].i.iudicāt ſeipſos accuſando [& faci.iuſti.] deū de bonis ſuis laudādo. Et vtrūq; [in oī tēpore] ex quo incipiunt vt perſeuerēt. Qui enim perſeuerauerit v.in f.hic ſa.erit. Et vt hęc faciamus, [Memēto noſtri dn̄e]vt ſimus[in beneplacito populi tui]i.in populo tibi bene placēte: vel,

vel,[in benepla.po.tui].i.in merito ſanctorũ,qui tibi placẽt. Et[viſita nos] per gratiã [in ſalutari tuo].i.in virtute tua ſaluatrice,& ad ſaluationẽ noſtrã,nõ ad dã nationẽ, ſicut viſitas reprobos: vel[viſi. nos] p gratiã recõciliando tibi[in ſa.tuo].i.in filio tuo Ieſu. Ipſe eſt enĩ ſaluator in quo peccata dimittũtur,& aĩę ſanãtur vt ab eo ſanati, poſsimus & iudiciũ cuſtodire, & iuſtitiã facere: vnde ſim⁹ beati. Viſita inq̃ ad hoc.ſ.[Ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ]i.vt nos videamus in ea gratia virtutũ, in qua ſunt electi tui: vel[Ad vi.] in futuro.i.vt videamus per experientiã te facie ad faciẽ, vel noſmetipſos[in bonita.el.tuo.].i.quã præſtas electis tuis: vel[in bo.ele.tuo.].i.cũ electis tuis bonis, quia ad viſionẽ ſolũ perducentur electi, decedentes in bonitate finali [ad lætãdum].i.vt lætemur de te,& in te[in lætitia gentis tuæ].i.in conſortio gentis beatæ lætantis de te, quia illã viſionem inſeparabiliter comitatur delectatio ſumma & lætitia. Et[vt lauderis]à nobis [cum hæreditate tua].i.cum angelis & ſanctis, q.d: Ibi nos eſſe facias, vbi te videamus, & de te, & in te lætemur,& te laudemus. Memento inq̃,& viſita & neceſſe eſt,quia[Peccauimus cũ patribus noſtris].i.ſicut & patres noſtri, eorum.ſ.imitando peccata[iniuſtè egimus]in proximũ[iniquitatem fecimus]contra deũ. Deinde per enumerationẽ ſubiũgit peccata quæ patres fecerũt, à qbus filij nõ receſſerũt, d: [Patres noſtri in Ægypto nõ intellexerũt mirabilia tua] quę pro eis feceras in Ægypto: quia ſi bene intellexiſſent, deo firmiter de cætero adhęſiſſent. Et[nõ fuerũt memores multitudinis mĩæ tuæ]factæ eis in liberatione eorũ à ſeruitute Pharaonis.[Et] ideo [irritauerũt in Moyſe, deũ dicẽtes: Forſitã nõ erãt ſepulchra in Ægypto etc. [aſcendentes] de Ægypto [in mare, mare rubrũ] deſperantes poſt tot mirabilia in Ægypto viſa. [Et] tamen dñs[ſaluauit eos] à periculis, non propter merita ſua, ſed tantum[propter nomen ſuum] manifeſtandum & glorificandũ.ſ. [vt notam faceret] & oſtende-

ret[potentiã ſuã].ſ. Ægyptios inſequẽtes ſubmergẽdo,& filios Iſrael timentes ſaluando. Deinde oſtendit quomodo eos ſaluauit, d: [Et increpuit mare rubrũ] nõ voce exteriori, ſed occulta vi imperando,& ſua diuina potentia diuidendo[& exſiccatũ eſt].i. aruit [&] tũc [deduxit eos in abyſsis] ſicco veſtigio [ſicut in deſerto] q̃a vbi fuerãt abyſsi aquarũ, factũ eſt ſiccitate vt deſertũ, vbi nõ ſunt aquę. [Et] per iſtũ modũ [ſaluauit eos de manu] & poteſtate [odientiũ] .ſ. Ægyptiorum perſequẽtiũ eos ad occidendũ [&] ſic [redemit eos].i. liberauit, ac ſi prẽmio redemiſſet [de manu inimici].ſ. Pharaonis. [Et operuit aqua tribulãtes eos].ſ. Pharaonẽ & Ægyptios inſequẽtes, ſubmergẽdo eos, [vnus ex eis nõ remanſit] ſed oẽs mortui ſunt & deleti. [Et] tunc patres noſtri [crediderunt verbis eius] .ſ. dei & Moyſi, q̃bus dixerat quod liberaret eos de Ægyptijs, [& laudauerũt laudẽ eius] dicentes illud cãticũ: Cãtemus dño glorioſè etc. Et licet deũ laudauerũt ꝓ mirabilibus operibus ſuis, tamẽ [Cito] mutati à credulitate ſua & laude [fecerũt] hæc quæ ſequũtur.ſ. [obliti ſunt operũ ei⁹] & beneficiorũ, murmurãtes. Debuerũt enĩ cogitare tãta erga ſe dei opera [nõ ſuſtinuerũt] nec expectauerunt [cõſiliũ eius].ſ. dei de ordinatiõe viatici per deſertum, ſed inordinato deſiderio ꝑuenerunt eius cõſiliũ. Deniq; [Et cõcupierunt cõcupiſcentiã].i. cibum iuxta cõcupiſcẽtiã, & deſideriũ ſuũ.ſ. carnes [in deſerto] vel eremo [& tẽtauerunt deũ] .i. potentiã diuinã [in inaquoſo] .i. in deſerto vbi erat aquæ penuria, dubitãtes de dei potẽtia. [Et] vt ſcirẽt eũ potẽtẽ [dedit eis petitionẽ ipſorum] .ſ. carnes & aquas [& miſit ſaturitatẽ] carnium vſq; ad nauſeã [in aĩas eorũ.] Saturitatẽ verò ſequitur diſſentio, vel ſeditio: vnde ſubiũgitur, [Et irritauerunt] .i. ꝓuocauerunt ad irã [Moyſen in caſtris] vbi erant honorẽ ambiendo. Et hęc irritatio fuit pro ſacerdotio Aaron & filiorũ eius: vnde ſequitur, [Aarõ ſanctum dñi].i. dño cõſecratũ ad fungẽdum ſacerdotio. Et ideo [Aperta eſt terra & deglutiuit]

tiuit].i.abſorbuit[Dathan].ſ. cũ tabernaculis ſuis[& operuit]ſe[ſuper cõgregationẽ Abirõ]q etiã cum ſuis perijt. Ambobus enim vna erat cauſa, ſuperbiſsimi & ſacrilegi ſchiſmatis. [Et exarſit ignis in ſynagoga eorũ].i.in multitudine eis ſubiecta.ſ. in ducẽtis quinquaginta, qui thuribula tenẽtes, offerebãt incẽſum, ideoq; diuino igne cõſumpti ſunt: vnde ſubdit, [flãma]ex illis thuribulis exiliẽs[cõbuſsit peccatores]qui illicitè ſacerdotiũ vſurpauerãt. Et ſic q in incenſo peccauerũt, igne perierũt. [Et fecerũt]ſ. filij Iſrael[vitulũ in Oreb] cuius vertex appellatur Synai in abſentia Moyſi, q aſcenderat in mõtẽ vt legem acciperet [&] poſt [adorauerũt ſculptile].ſ.eundẽ vitulũ cõflatilem tanq̃ deũ. [Et mutauerũt gloriã ſuã].ſ. deum verũ & cultũ eius, qui erat gloria eorũ, & in quo debebant gloriari, quia glorioſè eos eduxerat de terra Ægypti[in ſimilitudinem vituli comedẽtis fœnũ] exhibẽtes eundẽ cultum imagini habẽti ſimilitudinẽ vituli comedẽtis fœnũ, q eſt animal irrationale, & per cõſequens, diuinitate vacuus. Et ita idololatriã cõmittẽtes, [Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos]de multis periculis & morte[qui fecit magnalia].i.magnas virtutes[in Ægypto]varijs plagarũ generibus, ijs immiſsis[mirabilia]ſigna.ſ.& plagas[in terra Cham].i.in Ægypto, cuius populus deſcendit de Cham[terribilia in mari rubro]Pharaonem & exercitũ eius ſubmergẽdo & mare diuidendo. [Et] ꝑpter eorũ ingratitudinẽ & ſcelera [dixit].ſ. dñs Moyſi cõminãdo[vt diſperderet eos].ſ.occidẽdo, qa digni erãt oẽs perire. Et diſperdidiſſet [ſi nõ Moyſes electus eius ſtetiſſet in cõfractiõe].i. in plaga qua erat feriendi[in cõſpectu eius]vt ſe obijceret pro illis & mediatorẽ ageret inceſſanter pro eis orando. Stetit ergo [Vt auerteret]& placaret[irã eius ne diſperderet eos] vindicaturus ſe de tãta ingratitudine & impietate[&] ipſi iterũ peccãdo etiã [pro nihilo habuerũt].i.deſpexerũt[terrã deſiderabilẽ].i.terrã promiſsionis, lacte & melle fluentẽ.[Nõ crediderũt verbo eius]quo promiſerat

ſerat eos introducere in terrã illã[& murmurauerũt in tabernaculis ſuis]dicẽtes, faciamus nobis ducẽ & reuertamur in Ægyptũ. Et dum murmurarent [nõ exaudierũt vocem dñi] vehementer eos à murmure per Moyſen prohibẽtis.i. noluerũt audire vt ei obedirẽt. [Et eleuauit manũ ſuã ſuper eos].i. parauit vt ita dicã potentiã ſuã.ſ. cõminãdo eis pœnã & mortẽ. Ad hoc [vt proſterneret eos in deſerto]occidẽdo oẽs murmuratores à viginti annis & ſupra, ꝑter Caleph & Ioſue. [Et]etiã[vt deijceretur] ſuperari faceret captiuitatibꝰ et alijs modis [ſemẽ eorũ].ſ. filios ac poſteros[in nationibus]et gentibus diuerſis per circuitũ eorum [et diſperderet eos in regionibus].i. per diuerſas regiones.[Et initiati ſunt].i.cõſecrati ſunt[Beelphegor].i. idolo gentiũ, quod colebatur in monte Phegor, puta cultui illius ſe applicãtes[et comederũt ſacrificia mortuorũ].i.immolata hoĩbus mortuis quaſi dijs. [Et irritauerũt eũ].ſ.deũ[in adinuẽtionibus ſuis].i. in malitia & prævaricationibus multis ſtudioſè ab eis inuẽtis[et multiplicata eſt in eis ruina].i. plaga mortis, qa fornicati ſunt cum Madianitis.[Et ſtetit Phinees]cõſtantia mentis, et audacia corporis cõtra idololatras, et occidendo mœchãtes[et placauit].ſ. deũ per ſuum bonum zelum [et ceſſauit quaſſatio].i. plaga à populo.[Et reputatũ eſt ei] hoc factũ[in iuſtitiã]à deo, qui nouit quãta id fecit populi charitate[in generatione] præſenti[in generationẽ]ſubſequentẽ, et[vſq; in ſempiternũ]quia merito huius iuſtitiæ, cõfirmauit ei dñs pactũ ſacerdotij æterni. Et adhuc factum iſtud recolitur in memoriã iuſtitiæ ipſius. [Et] iterũ[irritauerũt] .i.ad irã prouocauerũt [eũ].ſ. deũ [ad aquas cõtradictionis]cõtentioſè loquẽdo cõtra Moyſen, ꝑpter aquæ defectũ, et per cõſequẽs cõtra deũ,[et vexatus eſt Moyſes].i. mẽte turbatus ꝑpter eos, ſicut irritãtes [qa exacerbauerũt].i.ad diffidẽtiã ꝓuocauerũt[ſpm̃ eius]vt dubitãter diceret, Nunqd de petra hac poterimꝰ vobis aquã educere? Hæſitãs de promiſsione dei ꝑpter malitiam

litiā populi,ideo ſubdit: [Et diſtinxit in labijs ſuis].i. manifeſtè oſtēdit ſuo loquēdi modo hæſitationē cordis ſui,& ſic ſeparauit hoc miraculū ab alijs miraculis, in qbus nullo modo dubitauit. Illi aūt pdicti cū in terrā pmiſsiōis intraſſent,[nō diſperdiderūt gētes]habitantes in terra illa [quas dixit dn̄s illis].ſ.vt eas exterminarēt ne eos ad idololatriā traherēt,& peccare facerēt.[Et cōmixti ſunt inter gētes]per cohabitationē & mutua cōnubia [& didicerūt opera eorū]mala p cōformationē in ritu & moribus[& ſeruierūt ſculptilib' eorū]idololatriā cōmittēdo,[& factū eſt illis in ſcādalū]ppriū & aliorū, hoc eſt,in offendiculū quo deū offenderūt,ac ſeipſos & alios grauiter læſerūt. [Et īmolauerūt filios ſuos & filias ſuas]eos occidēdo[dæmonijs]quę in idolis colebātur. Et effuderūt ſanguinē innocētē]cōtra regulā iuſtitiæ & legē naturæ [ſanguinē filiorū ſuorū & filiarū ſuarū].i. paruulorū ad cōſenſū illius ſceleris alienorū[q̄s ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan].i.Chananeorū inter eos habitātiū.[Et interfecta eſt terra in ſanguinibus].i.hoīes terreni habitātes in terra. Et ponitur cōtinens p cōtēto,q ferè oēs hoc pctō in aīa mortui ſunt. Ipſi enī ſic faciēdo,interficiebāt aīas ſuas [& cōtaminata eſt in operib' eorū].i. ipſi cōtaminati ſunt in operib' ſuis[& fornicati ſunt]à vero ſpōſo aīarū recedēdo,& idolis ſęruiēdo,ac polluti[in adinuētionib' ſuis].i.in adulterinis ſuperſtitionib' ſuis.[Et iratus eſt furore dn̄s,in].i.cōtra[populū ſuū] hoc eſt,ad modū irati & furentis excitauit potentiam ſuā ad vindicādum[& abominatus eſt].i.tanquā abominabilem deteſtatus eſt propter peccata ſua[hęreditatem ſuā].ſ.populū Iſrael,quē elegit in hæreditatem ſibi.[Et tradidit eos in manus].i. in poteſtatē[gētiū] vt eis ſeruirent[& dn̄ati ſunt eorū qui oderūt eos] & ſic ex odio pcedēti,grauius afflixerūt eos.[Et tribulauerūt eos inimici eorū]pœna inflicta dāte eis intellectū[ſæpe liberauit eos] dn̄s,ſicut patet ex decurſu libri Iudicū.[Ipſi aūt]hanc miām liberationis nō atten-

dentes [exacerbauerũt eũ in cõſilio ſuo] malo q̃d habuerũt vt eo relicto idola ſequerẽtur,& nõ mãdata legis:[& humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis].i.propter iniquitates ſuas.[Et vidit]dñs oculo miæ[cũ tribularentur]flagello miſeriæ[et audiuit orationẽ eorũ]pro ſua liberatione,ſubueniẽdo eis tanq̃ pœnitẽtibus.[Et memor fuit teſtamẽti ſui] vtiq; ęterni,nõ veteris quod aboletur,ſed noui quod cũ Abrahã in initio fidei noſtræ pepigit. Cauſa ergo ne Iſrael pro debito peccati periret,eſt teſtamẽtũ nouũ,vbi eſt dñi aduẽtus, qui eſt Abrahę ꝓmiſſus,[& pœnituit eũ].i.ad modũ pœnitẽtis ſe habuit quãdo mutauit miſeriã eorũ. Et hoc [ſecũdũ multitudinem miæ ſuæ] magis quàm ſecũdum merita eorũ.[Et dedit eos].ſ.prędeſtinatos de illo populo[in mĩas].i.in beneuolẽtiã & reuerẽtiã[in cõſpectu oĩm q cæperãt eos].i.gẽtiũ, vt q̃s prius deſpectui habebãt, haberẽt in reuerentia & honore.Si enim oẽs ꝓpter peccata ſua occidi ꝑmiſiſſet, nõ fuiſſet natus de eis Chriſtus,& ita vana fuiſſet ꝓmiſsio. Deinde p̃catur id quod futurũ vidit.ſ.vt eccleſia de oĩbus gẽtibus cõgregetur,& laudes æternas cãtet: vnde propheta in perſona electorũ dicit:[Saluos fac nos]ô[dñe deꝰ noſter]ab oĩbus periculis & miſerŋs,ne inimici vel vitia dñentur nobis [&]vt ſalues [cõgrega nos] ꝑ gratiã in p̃ſenti,& per gloriã in futuro iudicio: vel[cõg. nos]& alias oues in vnitatẽ fidei[de nationibꝰ].i.de gẽtibus, vt fiat vnũ ouile& vnus paſtor. Ad hoc inq̃ congrega [Vt cõfiteamur] cõfeſsiõe tuæ laudis[nomini ſancto tuo].i.ad honorẽ noĩs tui in pręſenti [& gloriemur in laude tua]in futuro.Vt cõfiteamur inq̃ dicẽtes:[Benedictus]eſt[dñs deꝰ Iſrael].i.fideliũ, vidẽtiũ deũ in pręſenti per fidẽ,& in patria per ſpeciẽ ſicuti eſt,nõ quidẽ ad tẽpus,ſed[à ſæculo].i.ab æterno[& vſq; in ſęculũ] .i.in æternũ,hoc nũc canit eccleſia de tanto bono ſibi gratulãs,hoc & ſine fine canẽt illi,de q̃bus dicit᷑: Beati q habitãt in domo tua dñe,in ſæ.ſæ.lau.te.Seq̃tur cõfirmatio & finis,[& dicet oĩs populus]p̃deſtinatus,tã de Iu-

de Iudæis,q̃ de gẽtibus,cõfitẽdo & cõfirmãdo q̃d dixi in laudẽ dei[fiat,fiat] i.amẽ,amẽ,q.d:hãc laudẽ cõſentiẽt,& cõſpirabunt oẽs p̃deſtinati. PSAL. CVI.

In hoc pſalmo propheta agit de liberatis a diuerſis periculis, Et ſpecialiter de uniuerſali eccleſia,quæ cõſtat ex gentibus & Iudæis in angulari lapide collectis. Et primo propheta *cõmendaturus miſericordiam dñi,de quatuor ſpecialiter tentationibus liberantis,prius omnes fideles monet ad confeſsionem, dicens:*

COnfitemini dño]vos fideles ei gratias agentes [q̃m bonus]eſt dñs& ſuauis guſtãtibus,q̃ creauit nos ſibi ſimiles,qui recreauit diſsimiles,qui regit indignos,qui coronabit immeritos.Cõfitemini etiã[q̃m in ſæculũ].i.in æternũ eſt[mĩa eius] quę ideo eſt ſuper hoĩes tẽporaliter vt ea ſint beati in ęternũ.Et quod ego dico de bonitate & mĩa eius,[Dicãt].i.hoc dicere debẽt proximis[q redẽpti ſunt]ſanguine Chriſti,vel libertati à malis tanq̃ p̃cio redẽpti[à dño].i.per dñm [quos redemit de manu].i. poteſtate [inimici] .i.diaboli,vel cuiuſcũq;.Et[de regiõibus]diuerſis[cõgregauit eos]in vnitatẽ fidei,& in vnã eccleſiã.Cõgregauit aũt[A ſolis ortu]i.ab oriẽte[& occaſu].i.ab occidẽte[ab aquilone].ſ.ſeptẽtriõe & mari].i.ab auſtro, hoc eſt,ab oĩbus plagis terræ,ſiue partibus mũdi. Deinde exponitur prima tẽtatio quæ fuit in gẽtibus ante cõuerſionẽ.ſ.deuiatio & error,vbi eſt et fames,q.d: Redemit,cõgregauit quod neceſſe erat:quia[Errauerunt] nõ habẽtes viã virtutis ipſi exiſtetes[in ſolitudine].i.ſine deo, et deſerti ab eo[et in inaquoſo].i.in mentis ariditate ſine rore gratię,et ſine vera doctrina: q̃a[viã]quę eſt fides[ciuitatis habitaculi].i.eccleſię militãtis in qua habitãdũ eſt[nõ inuenerũt]q̃a fidẽ nõ habuerũt quæ ducit ad eã.Ciuitas habitaculi,dicit̃ militãs eccleſia,q̃a eſt trãſitoria et trãſiens,et nõ habet niſi habitaculũ,q̃a eſt via.Ciuitas verò habitationis eſt eccleſia triũphans. Et ipſi erãt[Eſurientes et ſitiẽtes] q̃a erant ſine cibo verbi dei et potu gratiæ [et] ideo [aĩa eorũ in ipſis defecit] à bono interiori, carẽtes cibo et

potu

potu ſpirituali,de quo dicitur: Beati qui eſuriũt & ſi-
tiunt iuſti.q.ipſi ſaturabũtur. A quo vtiq; cibo & po-
tu quiſquis ieiunus remanet,de vita eius deſperatur.
[Et]ideo iã ſuperna bonitate excitati[clamauerũt ad
dñm]ductorem& paſtorẽ ac doctorem verũ[cũ tribu-
larẽtur]errore,fame,& ſiti, vt liberarẽtur ab eis[& de
neceſsitatibus eorũ]& ꝑdictis malis[eripuit eos]ad ſe
deuotè in tribulatiõe clamãtes. Et ſubdit qd eis fecit.
[Et deduxit eos] ab errore [in viã rectã].i.in viã fidei
[vt]ꝑ hãc viã[irent]bene operãdo[in ciuitatẽ habita-
tionis].ſ.in cęleſtẽ Hieruſalẽ,in qua ſanctorũ aĩæ,nũc
mẽte,& poſtea ipſa veritate habitãtes qeſcũt,quã de-
ſiderare iã mente, ire eſt.Et qa ad hoc ſequitur merito
gratiarũ actio,ideo ſubditur:[Cõfiteatur dño]i.pariãt
cõfeſsionem laudis,ac ſint materia laudis diuinę[mĩæ
eius]factæ hoĩbus,nõ merita noſtra[& mirabilia eius
filijs hoĩm]exhibita].i. eædem mĩæ quæ mirabiliter
ſunt factæ,[Quia ſatiauit aĩam inanem]bonorũ, quæ
erat vacua & ſine deo[& aĩam eſurientẽ].i.ſcire appe-
tentẽ,quãdo à deo viſitata medicũ deſiderabat [ſatia-
uit bonis]ſpiritualibus.ſ.in vincendis cõcupiſcentijs,
q.d:Satiauit etiam bonis deſideratis et expectatis.[Se-
dentes].i.morãtes ex praua cõſuetudine [in tenebris]
vitiorũ[& vmbra mortis].i.in vitioſa vita, quæ ima-
go eſt futuræ mortis[vinctos].i. ligatos [in mendici-
tate]quia ipſi erant mendici per indigentiam boni [&
ferro].i.dura difficultate prauã cõſuetudinem abrum-
pendi,quia vincula peccatorũ ferrea ſunt, et quaſi in-
uincibilia. Et cauſa horũ malorum ſubiũgitur,[Quia
exacerbauerũt].i.acerba & importabilia reputãtes,cõ
tẽpſerũt[eloquia dei]eis nõ obediẽdo,et quæ manda-
uerat nõ cuſtodiendo[et cõſiliũ altiſsimi].i.admoni-
tiones quibus cõſulit generi humano [irritauerunt]ei
nõ acquieſcẽdo, ſed tanq̃ inutile ſpernẽdo, ſciẽtes vo-
luntatẽ dñi ,ſed tamẽ negligẽtes.[Et]ideo[humiliatũ
eſt]tandem[in laboribus cor eorũ].i. à ſuperbia deie-
ctum,propter moleſtiã cõſuetudinis ſuæ prauę in qua
labo-

laborabãt[infirmati ſunt].i.debilitati virtute, vel facti impotentes per ſe reſiſtere vitijs[nec fuit]aliqs[qui adiuuaret] deo deſiſtente ab auxilio. Quos enĩ diuina virtus nõ adiuuat, eos ꝑculdubio infirmitas ꝓpria grauat. Laborare cõtra vitia poſſunt, ſed nõ vincere, hinc dñs ait:Sine me nih.po.fa. [Et] ſic humiliati & afflicti [clamauerũt ad dñm]adiutorẽ verũ, pœnitẽtes & petẽtes eius auxiliũ[cũ tribularent̃]& tãta difficultate vexarẽtur:qa vexatio dabat eis intellectũ,[& de neceſsitatibꝰ eorũ liberauit eos]ad ſe clamãtes. Poſt clamorẽ ſeqtur liberatio, ſubiũgit̃ aũt de qbus neceſsitatibꝰ liberauit.[Et eduxit eos de tenebris]vitiorũ[& vmbra mortis].i.cęcitatis & iniqtatis, in qbus ſedebãt[et vĩcula]difficultatis[eorꝝ dirupit]vt liberi & expediti incederẽt, q.d:Liberauit eos à vitijs, cæpitq̧ iã eis facile eſſe q̃d erat difficile.ſ.à malis abſtinere. Deinde pro liberatione ſequit̃ laudatio. Et ob id[Cõfiteantur dño] .i.pariãt cõfeſsionẽ laudis, & ſint materia laudis diuinę[mĩę eius]qbus à malis liberat, & bona dat,[& mirabilia eius].i.ipſę mĩę mirabiles[filijs hoĩm]exhibitę miſericorditer, & mirabiliter eis ſubueniẽdo. Et repetit cauſas quare debent cõfiteri.[Quia cõtriuit portas æreas].i. cõſuetudines vitioſas, quæ hoĩem ꝓpenſum tenẽt ad anteacta p̃cia, vt ſint veluti portæ æreæ, quæ mẽtẽ captiuã tenẽt vt nequeãt ambulare viã mãdatorũ[& vectes ferreos]i.difficultates vel diabolicas ſuggeſtiones, quę portas obſerãt[cõfregit]ſua virtute. Et[Suſcepit eos]ad ſe[de via iniqtatis eorũ] in q̃ ambulabãt.i.de ipſa iniqtate, q̃ erat illis via [ꝓpter iniuſtitias enĩ ſuas].i.qa ſuperbiẽdo ſibi tribuebãt, nõ deo ſuã iuſtitiã cõſtituentes[humiliati ſunt] vt exaltarẽtur in eo. Et ſi ſuſcepit de via iniqtatis, tamẽ[Oẽm eſcã] ſpiritualẽ, vnde aĩa viuit.ſ.verbi dei corporis Chriſti, operis boni [abominata eſt aĩa eorum].i.faſtidiuit, & ipſo faſtidio, lãguebãt & periclitabãtur:vnde ſubiũgit, [& appropinquauerunt vſq̧ ad portas mortis].i.vſq̧ ad interitũ animæ. [Et] ita periclitati [clamauerunt ad dñm]

ad dn̄m]medicū ſuū[cū tribularētur]faſtidio & tædio [& de neceſsitatib⁹ eorū] .ſ. huiuſmodi tribulatiōib⁹ [liberauit eos]vt tędio affectos ſpūalis eſca delectaret. Deinde ſubdit quomodo liberauit, [Miſit verbū ſuū] .i.deſideriū verbi & cibi ſpūalis, cuius faſtidio lāguor erat[& ſanauit eos] ab hui⁹ tędio,& ab acedia,quæ eſt faſtidiū boni ſpiritualis[& eripuit eos de interitionibus eorū]in qbus ſe dimerſerāt.i. de corruptela mētis quæ faſtidit quod dulce eſt. Ergo & de hoc beneficio ſicut de cæteris ſuperiorib⁹ [Cōfiteātur dn̄o mīæ eius & mirabilia eius filijs hoīm] .i. laudet̄ deus in copia mīarū ſuarū & mirabiliū quæ fecit & oſtēdit filijs hominū.[Et ſacrificēt]liberati ꝓ gratiarū actiōe[ſacrificiū laudis]ex corde & deuotione. Sacrificiū eni laudis ſacrificare, eſt ipſam diuinā laudē cū oī deuotiōe cordis offerre, vt homo intus igne diuino accendatur, & oratio ſurſum ferat̄ vt thus[& annūcient]alijs[opera eius]in ſeipſis experta ad vtilitatē proximi[in exultatione]& hilaritate cordis & mētis,nō cū tędio & mœrore, cūctis annūcient qualiter eos dn̄s ſua miſeratiōe ſaluauit: vnde ſeqtūr, [Qui deſcēdūt]à ſublimitate cōtēplationis[mare].i.ſęculū,vt pro Chriſto fluctus tribulationū patiātur. Ipſi exiſtētes[in nauibus].i. in eccleſijs quas gubernāt quę multæ ſunt [faciētes operationē]in verbo,exēplo, ſubſidio ,& huiuſmodi[in aquis multis] .i.in populis p̄dicādo eis. [Ipſi]rectores, ſingulariter[viderūt].i.ſpūaliter intellexerunt[opera dn̄i].ſ.creationis,recreationis,retributionis,dānationis[& mirabilia eius in ꝓfundo]ſęculi,vel cordis humani .i. quæ deus mirabiliter operatur in cordibus hoīm(quibus nihil profundius eſt) dādo eis gratiā cōfitendi, ac propoſitū relinquēdi peccata, & bene operandi, Vel in profundo ſacræ ſcripturæ, mirabilia vidēt,quæ præ alijs ea intelligere debent:[Dixit].i. voluit deus[& ſtetit].i. ſurgēs inhorruit & durauit [ſpūs procellę] perſecutio tyrannica vel diabolica. Hoc aūt fecit deus de induſtria & ſtudio vt ad eū clamarent, &

hi qui

hi qui gubernātur, & hi qui portantur [& exaltati].i. augmētati[ſunt fluctus eius].i. motus & acceſſus tentationis,quaſi iniqui cōmouent ſuper iuſtos, nā[aſcēdūt]perſecutores audendo[vſq; ad cælos]quando ſuperbia & ſæculi elatione eriguntur[& deſcendunt] timendo[vſq; ad Abyſſos].i.vſq; ad gehennā,cū in deſperationē & metū veniūt.Et[aīa eorū] .ſ. rectorū]in malis tabeſcebat]his oppreſſa plagis:Vel,[aſcendūt] prælati[vſq; ad cæ.]ſui reputatione, ex impenſo ſibi honore[& deſ.v.a.ab.] ex periculi cōſideratione.Ideo [aīa eo.in ma.ta.]qa durū eſt eis honores cōtēnere, & durū eſt eis in periculis manere. [Turbati ſunt]rectores,cōfuſione ſenſus,[& moti ſunt] à ſtatu mētis[ſicut ebri⁹]titubātes,mutata volūtate, mutatis operib⁹,[& oīs ſapiētia eorū deuorata eſt]qa quid agēdū ſit,nō vidēt. Nō reſtat ergo rectorib⁹ niſi clamare ad dñm deū: vnde ſubdit,[Et clamauerūt ad dñm]petēdo ab eo remediū[cū tribularētur]& tēpeſtate periclitarentur[& de neceſsitatibus eorū]& perturbatiōibus quas patiebantur[eduxit eos]tēpeſtate mitigādo. Nā ſeqtur,[Et ſtatuit procellā eius] maris.i. ſæculi perſecutiones & perturbationes[in aurā] .ſ. leuē ventū .i. immanitatē aduerſitatis, per trāquillitatē ſedauit,ac procellas tolerabiles fecit [& ſiluerunt fluctus eius].i.cōmotiones tentationū quieuerunt.[Et lętati ſunt] rectores eccleſiarū[qa ſiluerūt]& mitigatæ ſunt perſecutiōes & impugnationes [& deduxit eos]dñs [in portū volūtatis eorū].i.in trāquillitatē et quietē mentis,in optatā ſerenitatē cōſcientiæ,qui portus eſt, ab oībus multū deſiderādus et optādus. Et quia huiuſmodi liberationē, debet ſequi liberatoris laus et gratiarū actio. [Confiteātur dño mīæ eius,& mirabilia eius filijs hoīm] hoc toties repetit, qa nō vult vt tradam⁹ obliuioni mīam quę abſtulit miſeriā,et mirabilia beneficia cōtulit.[Et exaltēt].i. extollāt[eū]laudibus exiſtentes[in eccleſia plebis].i.de plebe et minoribus collecta. Et exiſtētes [in cathedra ſeniorū].ſ. maiores de eccleſia[laudent eum]

eum]ſimiliter,q.d: Maiores & minores tã bonũ tãq; miſericordẽ dñm,& exaltãdo laudẽt,& laudãdo exaltent. Deinde cõmedando eccleſiã, oſtendit quid in ea fecit,quia ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam: vnde ait,[Poſuit flumina].i.Iudæos ſiue Iudæam, vbi currebant prophetiæ,fluebãt aquæ doctrinæ & gratię dei[in deſertũ] eos deferendo & exſiccãdo. Et idẽ alijs verbis dicit[& exitus aquarũ].i.Iudæos:vnde alijs manabãt aquæ doctrinæ[in ſitim]& ſiccitatẽ.Rurſus idẽ dicit.Et[Terrã fructiferã]prius in patriarchis & prophetis ſecũdũ opera bona quæ faciebãt,poſuit[in ſalſuginẽ].i.ſterilitatem. Hæc aũt oĩa fecit [à malitia].i. propter malitiã & ſuperbiã[inhabitãtiũ in ea.ſ. Scribarũ & Phariſæorũ,ibi dñantiũ. Ecce quomodo deus ſuperbis reſiſtit. Et ecõtrario ,ppter bonitatẽ inhabitãtiũ,[Poſuit deſertũ].i.gẽtes[in ſtagna aquarũ]i.vbi eis cõfluerẽt ſpũales doctrinę in qbus manerẽt. Et repetit idẽ[& terrã]prius ſine aqua].ſ.eaſdẽ gẽtes poſuit [in exit⁹ aquarũ] vt inde ,pcedat affluẽtia ſcripturarũ, & alijs emanẽt aquę viuæ. Ecce quomodo de⁹ humilibus dat gratiã.[Et collocauit illic].i.in hac gratia & eorũ doctrina [eſuriẽtes].i. deſiderãtes panẽ verbi, & auidos ad ſuſcipiẽdũ,vt bonis cæleſtib⁹ reficerent̃[&] hi tales[cõſtituerũt] firmiter pceptis dei obediẽdo[ciuitatẽ habitationis].i.eccleſiã, vbi interim habitet̃ in ſpe.Et ſeminauerũt agros].i.ſemen verbi dei iecerunt in corda credentiũ,vnde fructũ ęternitatis accipiãt[& plãtauerũt vineas].i. alios ad fidem ,pduxerũt [& fecerũt fructũ natiuitatis].i. chriſtianitatis,quę eſt natiuitas ſpũalis,pro æterna .ſ. vita bene viuendo in hoc ſæculo.[Et]ideo[benedixit eis]dñs, multiplicãdo in bonis ſpũalibus & tẽporalibus,[& multiplicati ſunt] numero & merito[nimis].i. valde [& iumenta eorũ] .i.ſimplices,ſed vtiles, q nõ ſunt multũ docti, & tamẽ fide pleni[nõ minorauit.] Firmũ enĩ ſtat fidei fundamentũ,qa nouit dñs qui ſunt eius. Deinde agit de hęreticis quibus quatitur eccleſia, q.d: Multiplicati

ſunt

ſunt boni. [Et] pſumentes de ſe hæretici [pauci facti ſunt[numero & merito,diuidẽdo ſe ab vnitate,& bonitate[& vexati ſunt].i. afflicti[à tribulatione malorum & dolore].i.ab inſidijs diaboli & angelorũ eius. [Effuſa eſt contentio ſuper principes]hæreticorum.ſ. hęreſiarchas.Ipſi enim intra ſe,& cõtra catholicos cõtendunt, & auctorem pacis nõ agnoſcũt[& errare fecit].i.permiſit]eos]dñs,relinquendo eos ſibi propter ſuperbiã[in inuio].i. per deuia errorum[& nõ in via] veritatis. Permiſit enim eos errare à fide, quia corrigi noluerũt. Et adiuuit dñs pauperẽ de inopia].i. veros catholicos reputatione ſui inopes & humiles [& poſuit ſicut oues familias]chriſtianorũ.ſ.humiliter Chriſto ſeruientiũ. Hæc aũt mirabilia & tãta myſteria [Videbunt]mente & per effectũ,quomodo ſe deus habet ad bonos & malos[recti]corde,quibus per oĩa placet deus[& lætabũtur]ſuper iuſta diſtributione dei ſecũdũ merita,qa boni p mĩam dei exaltantur,& mali per ſupbiã cõterũtur[& oĩs iniqtas].i. oĩs iniquus garriẽs cõtra veritatẽ.ſ.diabolus vel Iudęus,vel hęretic⁹[opilabit].i.obturabit & claudet[os ſuũ]nõ habens qd dicat cõtra manifeſtã veritatẽ. Et quia pauperẽ adiuuat dñs,ergo[Quis]eſt[ſapiẽs].ſ. vt ſit pauper & nõ diues, humilis & nõ ſuperb⁹. Sapientia enĩ dei nõ reuelať niſi humilibus[& cuſtodiet]per humilitatem in memoria ſua[hæc]quæ dicta ſunt:vel[Quis ſa.& cu.hęc]in ſinu cordis ſui tanq̃ theſaurũ chariſsimũ[et intelliget].i. intra ſe leget frequẽter meditãdo,et cognoſcet[mĩas] & miſerationes[dñi].ſ.ꝙ deus à tribulationibus et tẽtatiõibus pdictis liberat p ſuã mĩam. PSAL. CVII.

In hoc pſalmo propheta in perſona boni uiri, effundit cor ſuũ ante dominum deum,dicens:

PAratũ cor meũ deus] quo ad cõtritionem [paratum cor meum]quo ad fidem [cantabo et pſallã.]Et hoc[in gloria mea[.i.in puritate cõſcientiæ meæ,qa gloria noſtra hęc eſt teſtimoniũ cõſciẽtię bonę[Exurge gloria mea, exurge pſalteriũ et cythara id eſt,

.i.ſtatim exurgāt bona opera. Per pſalteriū decachordū,intelligitur impletio decē mādatorū. Per cytharā, carnis mortificationē.Sed qa nihil poſſumus facere ſine gratia dei,addit:[exurgā]ex vitijs .ſ.ad bona opera [diluculo].i.in ortu gratiæ.Et ſic [Confitebor tibi in populis dñe]cōfeſsione laudis[et pſallā]nō ad vanam gloriā,ſed [tibi].i.ad honorē tuum. Et hoc [in nationibus] vt ad bonū inducantur. [Quia magna]eſt[mīa tua]nō tantū ſuper peccatores, ſed et [ſuper cælos].i. ſuper iuſtos et cōtemplatiuos ,qui quātumcunq; iuſti ſint,neceſſe habēt non iuſtitiā allegare, ſed mīam implorare: qa vt dicit Greg. Vita ſanctorū ſuccumbit ſi pietas dei deſit:vel,[Quia mag.eſt ſu.cæ.mīa t.] Nam ibi maximè relucet in beatis,qa etiā angeli beneficijs dei fruuntur,et mīa eius indigent. Non eſt enim creatura quæ nō indigeat creatoris ſui mīa [et veritas tua vſq; ad nubes].i. tua iuſtitia,quæ exercetur in dæmonibus,in aere caliginoſo habitantibus, vbi fiūt nubes [Exaltare ſuper cælos deus].i. fac vt ipſi cæleſtes homines te exaltent bonis operibus. Exaltatur aūt dñs in bonis hoībus per bonā famā,per cultū,per iudiciū, per fidē,per cōtemplationē,[et ſuper oēm terrā].i.ſuper peccatores,q ſunt oīs terra.i.oīno terreni, ſit[gloria tua].i.mīa,quę dicitur gloria, Ad Rom.3.Oēs peccauerūt et eg.gloria dei. Et dicitur gloria dei,mīa ei⁹, quia ſicut dicitur in collecta : Omnipotētiā tuā parcēdo maximè et miſerando manifeſtas[et]ſic[liberētur] à ſeruitute peccati et diaboli[dilecti tui].i.ipſi hoīes peccatores quos diligis inquātū creaturæ tuæ ſunt,qa nihil odiſti eorū quæ feciſti.Et[Saluū]me[fac]in pręſenti per ſpem, et in futuro per gloriā[dextera tua].i. ponēdo me ad dexterā tuā[et exaudi me].i. vt me ad hanc ſalutē perducas.[Dñs locutus eſt in ſancto ſuo] .i.in Chriſto ſancto ſanctorum, in quo promiſit hanc ſaluationē,vt ſupra pſalmo 59.nā ex 56.et 59.hic pſalmus cōpoſitus eſt.

PSALMVS CVIII.

In hoc pſalmo propheta in perſona loquitur de Iudæ proditoris &

ris & populi Iudaici malitia, ſubiungitq; multiplicem poenam eis debitam & condignam. Chriſtus ergo ſecundum quod homo ad patrem orans, dicit:

DEus] pater [laudē meā ne tacueris] .i. ab hoībus ne taceri pmiſeris, ſed fac me cognoſci & laudari per totū mundū: vel, [laudē me. ne tacue.] .i. orationē meā ad te directā (in oī enim oratione, laudatur deus) nō diſsimules, nec differas me audire [qa os peccatoris] .ſ. cœtus ſacerdotū [& os doloſi] .i. Iudæ proditoris, qui doloſè cū oſculo pacis, dn̄m tradidit [ſup me apertū eſt] multa falſa de me dicēdo. [Locuti ſunt] ſ. Iudas & Iudęi [aduerſum me] mihi inſidiādo [lingua doloſa] ſimul tractādo de traditione mei [& ſermonibus odij circunderūt me [mortē meā, ſuis ſermonibus odioſis procurādo [& expugnauerūt] .i. debellauerūt [me gratis] .i. ſine iuſta cauſa, cū nihil mali meruiſſem. Imò [Pro eo] quod fecerā [vt me diligerēt] .i. pro bono: vnde me diligere deberent [detrahebant mihi] dicentes: In Beelzebub principe dę. ei. dę. Et ecce homo vo. po. vini. Et nos ſcimus quia pec. eſt, [ego aūt] ecōtra] orabā] pro ipſis, qa erat pernoctās in oratione dei. Et in cruce, Pater dimitte illis etc. His armis oppugnaui & pulſaui eorū ingratitudinē. [Et] ipſi è cōtrario [poſuerūt aduerſum me mala [verbis & factis [pro bonis] quæ feci eis procurādo eorū ſalutē [& odiū pro dilectione mea] qua me expoſui morti ꝓ eorū ſalute. [Cōſtitue ſup eū] ſ. Iudā & populū Iudaicū [peccatorē] .i. diabolū oīm vitiorū principē, vt q Chriſtū noluerūt habere regē, habeāt regē diabolū, hūc enim noīe peccatoris deſignatū, indicat id ꝙ ſeqtur: [& diabolus ſtet] .i. maneat [à dextris eius] vt ꝑponat cōſilia diaboli, beneuolentiæ dei, auaritiā ſuæ ſaluti. Et ꝑdicit hæc, nō optat: vel [Cōſtitue ſuper eū] .ſ. Iudā [pecca.] diabolū, vt qui Chriſto noluit eſſe ſubdit⁹, habeat diabolū ſibi dn̄antē. Iudas verò [Cū iudicatur] qui iudicatus fuit à Chriſto in cœna: Væ homini il. per quē fil. ho. tradetur, [exeat cōdēmnatus] qa poſt verba prę-

dicta, exijt de ſocietate Chriſti & apoſtolorũ ad perfi-
ciendũ proditionẽ[& oratio eius fiat in peccatũ.] Hic
accipitur oratio pro ratione oris. Nã ſecũdũ interpre-
tationẽ nõis, oratio dicitur oris ratio. Et hæc oratio,
nõ fuit directa ad deũ, ſed ad principes Iudæorũ de tra-
ditione.[Fiãt dies eius pauci] qa cito ſeipſum ſuſpẽdit
poſtq̃ tradidit Chriſtũ[& epiſcopatũ eius].i. dignitatẽ
apoſtolatus, quia oẽs apoſtoli fuerũt epiſcopi, & epiſ-
copi nũc ſunt ſucceſſores apoſtolorũ[accipiat alter]ſ.
beatus Matthias, qui loco eius fuit electus, ne ſanctus
duodenarius numerus ſit diminutus.[Fiãt filij eius or-
phani, & vxor eius vidua] per mortẽ ipſius, pro quibus
ſuſtentandis fur erat, tradendo eis quæ dabantur pro
egenis. Deinde ſequitur de pœna Iudaici populi [Nu-
tãtes] fluctuãdo incerti quo eant[transferãtur] de gẽ-
te in gẽtẽ[filij eius].i. Iudaici populi[& mẽdicent] oĩ-
bus bonis ſpoliati. Et[eijciãtur de habitatiõibus ſuis]
qa de tota Iudæa fuerũt eiecti. [Scrutetur fœnerator]
.i. exactor[oẽm ſubſtãtiã eius]& vniuerſa quę habet. ſ.
vt ea rapiat[& diripiãt alieni] Romani[labores eius]
.i. diuitias eorũ laboribus acquiſitas. Hæc ſuſtinuerũt
filij Iudæorũ in captiuitate ſua à Tito & Veſpaſiano.
[Nõ ſit illi adiutor].ſ. tuẽdo eũ, quia nullus alius po-
pulus fuit auſus iuuare populũ Iudaicũ cõtra Roma-
nos [nec ſit qui miſereať pupillis eius] fouẽdo & tuẽ-
do poſteritatem eius: quia milites Romani ſine mĩa
eos affligebãt.[Fiant nati eius in interitũ] vt.ſ. ipſi in-
tereãt, ꝓpter peccata patrũ [in generatiõe vna].i. infra
tẽpus vnius generationis, qa 42. anno poſt paſsionẽ
dñi, debellauerũt eos Romani[deleatur nomen eius]
qa illi qui remãſerũt de Iudæis, diſperſi ſunt ꝑ mũdũ,
ſubiecti gentibus alijs, ita quod nõ cõſtituãt per ſe po-
pulũ habentẽ terrã ſeu dominiũ. [In memoriã redeat
iniquitas patrũ eius in cõſpectu dñi] vt in ea etiã ipſe
puniatur ꝑſeuerãs in malitia paterna [& peccatũ ma-
tris eius].ſ. ſynagogæ[nõ deleatur] in eo, ſed ſemꝑ pu-
niatur. [Fiãt cõtra dñm ſemper] Iudæi enim qui remã-
ſerunt

ſerũt pro maiori parte manẽt obſtinati, & ſic ſunt cõtra dñm[& diſpereat de terra] viuentiũ.i.eccleſia[memoria eorũ]honorifica. Et hoc[pro eo q̃ nõ eſt recordatus]populus Iudaicus[facere mĩam]ſed poti᷒ maximã crudelitatẽ perſequẽdo ſaluatorẽ: vnde ſeqtur,[Et pſecutus eſt hoĩem].ſ. Chriſtũ dẽ virgine natũ[inopẽ] .i.ſine ope humani auxilij[& mendicum]dixit enĩ Samaritanę, da mihi bibere[& cõpũctũ corde].i. afflictũ mẽte multis doloribus. Et etiã peccatis alienis cõmiſerẽtẽ & miſerijs[mortificare].i.vt mortificaret & occideret.[Et dilexit maledictionẽ].i.maledictiõis cauſam.ſ.peccatũ, pro quo debetur maledictio & hic & in futuro[& noluit benedictionẽ]oĩbus credẽtibus in ſemine Abrahę pmiſſam[& elõgabitur ab eo]quãtũ paradiſus diſtat ab inferno.[Et induit]populus Iudaicus [maledictionẽ ſicut veſtimẽtũ]in quo indui veſtimẽto ad corpus pertinet, maledictio corporis intelligit̃[& intrauit]eã maledictio.ſ.pctm̃[ſicut aqua]diffundẽs ſe [in interiora eius].i. in aĩam, quãtũ ad ſenſualitatẽ[& ſicut oleũ] quod penetratiuũ eſt & delectabile[in oſſibus eius].i.in rationẽ, quę p oſſa intelligitur, qa ſicut in oſsibus eſt fortitudo corporis, ita in ratione eſt fortitudo aĩę.[Fiat ei].ſ.populo Iudaico ipſa maledictio .ſ.peccatũ[ſicut veſtimẽtũ quo operitur, & ſicut zona qua ſemp p̃cingitur]vt ſit ſemp ea cõſtrictus.[Hoc]eſt [op᷒].i.pœna & retributio p opere malo, oĩm[eorũ q detrahũt mihi]dicẽtes me nõ eſſe Chriſtũ quẽ p̃nũciauerũt lex & pphetę[apud dñm]qa dñm nõ latet iſta detractio [& q loquuntur mala aduerſus aĩam meã].i. vitã meã in mortẽ meã cõſpirãdo. Cõſequenter ponit̃ orationis Chriſti ſ.aperi᷒ inchoatę cõſummatio dicẽtis ad patrẽ:[Et tu]pater[dñe dñe] angelorũ & hoĩm[fac mecũ].ſ.mĩam.i.adiuua me ſecũdũ hoĩem reſuſcitãdo & glorificãdo[ppter nomẽ tuũ]glorificandũ.i.vt nomẽ tuũ glorificetur per meã exaltationẽ [qa ſuauis].i. pia & benigna[eſt mĩa tua]qua miſeris ſubuenis, quęris enim per me quod perierat. Ita fac mecum.ſ.

[Libera me] à perſecutione & paſsione [qa egenus & paup̄ ego ſum] quãdiu induor hac mortalitate & miſeria [& cor meũ cõturbatũ] & triſte [eſt intra me]. ſ. ex Iudęorũ ingratitudine & humani generis cõpaſsione. [Sicut vmbra cũ declinat] ad occaſum, tendẽs ad noctẽ, ſic ego [ablatus ſum] de vita p̄ſenti per mortem & paſsionẽ [& exceſſus ſum]. i. à perſecutoribus fatigatus [ſicut locuſtæ] quæ de loco ad locũ ſaliũt, vt patet cũ fuit portatus in Ægyptũ, & abiјt trãs Iordanem, & etiã in ciuitatẽ, quę dicitur Effrẽ: vel de membris eius intelligitur qui perſecutiones malorũ in morẽ locuſtarũ, de loco ad locũ fugiendo ſaltãt. [Genua mea infirmata ſunt à ieiunio] quia Chriſtus ieiunauit 40. diebus & noctibus continue, poſtea eſuriјt, & etiã ex aliјs laborib⁹ & vigiliјs, paſſus eſt fatigationẽ corporis, quę maximè ſentitur in genibus, eo ꝙ ſuſtinẽt põdus corporis [& caro mea immutata eſt] in maciem [propter oleũ]. i. ex defectu olei, in quo notatur frugalitas cibi, cõdimento carẽtis: vel [& caro mea] quæ in ſepulchro iacebat mortua [im. eſt] in meli⁹. ſ. à mortis ignominia in gloriã immortalitatis. Et hoc [ꝓpter oleũ]. i. propter gratiã ſpiritualẽ, Chriſto homini in incarnatione datã, à cuius olei vnctione, dictus eſt Chriſtus. [Et ego factus ſum opprobrium illis] in verbis, factis, & ſignis [viderũt me] nudũ pendentem in cruce [& mouerunt capita ſua] in ſignũ deriſiõis & illuſionis, qa p̄tereuntes mouebãt capita ſua & blaſ. eũ. Ergo [Adiuua me] ô [dñe] deus meus] in paſsione cõfortando [ſaluũ me fac] à morte reſuſcitando. Et hoc [ſecundũ]. i. propter [miam tuã] nõ propter debitũ operum. Et nota quod Chriſtus rogat vt homo, qui p̄ſtat vt de⁹. [Et] per hoc [ſciant] boni ad gloriã, & mali ad pœnã [quia manus tua hæc]. i. poteſtas tua, qua ſola mortui reſurgere poſſunt [&] ſciant, qa [tu dñe feciſti eã]. i. ſciant oẽs Iudæi, qa tua voluntate & mea factũ eſt vt patiar. [Maledicent illi]. ſ. obſtinati Iudæi, quia apoſtolis gratiã reſurrectionis Chriſti p̄dicantibus, illi maledicebãt, &

 detra-

detrahebãt [& tu benedices] prædicationẽ apoſtolorũ,miraculis cõfirmãdo[ſeruus aũt tuus]tibi obediẽs .ſ.ego[lætabitur] in ſe & in ſuis mẽbris, de glorioſa mea reſurrectione.[Induãtur qui detrahunt mihi pudore]pro detractione.i.vndiq; habeant cauſam verecũdiæ,ſicut veſtimentũ circundat vndiq; [& operiantur ſicut diploide cõfuſione ſua]. Diplois eſt pallium duplex,& dicitur à diploos q̃d eſt duplex , & ſignificat duplicẽ cõfuſionẽ,q.d: Cõfundantur pro tãto ſcelere dupliciter.ſ.intus & foris coram deo & hoĩbus,vel in aĩa & corpore, in hoc ſæculo & in futuro.Ego autem [Cõfitebor dño] cõfeſsione laudis.i.laudabo dñm,& hoc in membris meis[nimis].i. valde[in ore meo].i. meorũ,qa ore cõfeſsio fit ad ſalutẽ[& in medio multorũ laudabo eũ]quod verificatũ fuit in Chriſto quãdo poſt reſurrectionẽ diſcipulis ſuis apparuit,manifeſtans reſurrectionẽ ſuã ad gloriã dei patris. Et etiã in membris ſuis per quæ laudauit deũ patrem,& laudat vbiq; in tota eccleſia deũ trinũ & vnũ:vel,[in medio] .i.in corde [mul.]credẽtiũ[laud.eũ] nõ in ore tãtum. Mediũ enim cuiuſlibet eſt cor noſtrũ:& qa multi ſunt in quorũ cordis deus per fidẽ inhabitat,ſancta eccleſia in medio multorum ipſum laudat. Et merito laudare debeo, [Quia aſtitit]ad adiuuãdũ[à dextris pauperis] .i.mei Chriſti, hoĩs pauperis [vt ſaluã faceret à perſequentibus aĩam meã]me à morte reſuſcitando, & mẽbra mea à malis protegendo, & ſua gratia viuificãdo.

PSALMVS CIX.

In hoc pſalmo propheta agit de regno Chriſti & eius ſacerdotio & magnificentia , tã ex parte humanitatis quam ex parte diuinitatis. Propheta ergo Dauid in ſpiritu ſancto præuidẽs exaltationẽ Chriſti ſecundum humanitatem,loquens de futuro per modum præteriti, propter certitudinẽ prophetiæ,dicit:

DIxit].i. æternaliter diſpoſuit [dñs] pater,cuius dicere,facere eſt. Nõ enim hoc pater ꝓtulit ore, ſed effectu ſeu diſpoſitione ęterna[dño meo] ſ. filio ſuo Chriſto,quẽ Dauid vocat dñm ratione diui-

nitatis,q & filius eius eſt ſecũdũ carnẽ[ſede]i.ſedebis, & poſt redẽptiõis opus peractũ qeſces[à dextris meis] .i.in potioribus bonis meis. Hoc impletũ fuit in ſua aſcenſione Mar. vlt. Sedet à dex. virtu. dei. Sede inquã [Donec ponã inimicos tuos]oẽs.ſ. infideles & nõ credentes,aut iuxta fidẽ nõ viuẽtes[ſcabellũ pedũ tuorũ] .i.ſubiectos totaliter tuæ volũtati & imperio. Nec ſequitur,donec ponã, ergo nõ ſedebit quãdo poſuerit, qa donec nõ capitur ibi excluſiuè, ſed incluſiuè & pro æterno, ſicut ibi: Nõ cognõ.eã donec pepe. filiũ, hucuſq; verba patris ad filiũ quæ recitauit propheta, nũc aũt cõuertit ſe propheta ad loquendũ ipſi Chriſto,d: [Virgã virtutis tuæ] .i.regnũ potentiæ tuæ [emittet] primo[dñs].ſ.deus pater[ex Syon] .i. incipiet à Hieruſalẽ,qa ibi inchoatũ eſt regnũ Chriſti.ſ.eccleſia: vel, virgã vir.t.]i.poteſtatẽ docẽdi oĩbus linguis & faciẽdi miracula ad cõfirmationem doctrinæ[emittet dñs].ſ. deus pater,q cũ filio miſit ſpiritũ ſ cõferentẽ poteſtatẽ iſtã apoſtolis. Et ex Syon miſsi ſunt apoſtoli ad p̃dicãdũ. Et ſic emiſſa virga[dñare].i.dñaberis.ſ.tu Chriſte[in medio inimicorũ tuorũ].i.fac vt q alieni fuerãt, tui eſſe incipiãt.i.dignare eſſe dñs inimicorũ tuorum. Ipſe eni Chriſtus dñatur oĩbus bonis per volũtatẽ,& inimicis p poteſtatẽ. Et merito dñaberis, qa[Tecũ]eſt [principiũ]ad ſubijciẽdũ tibi inimicos.ſ.pater principiũ oĩm,q eſt cũ filio inquãtũ eſt vnus cũ eo in natura. Hoc aũt principiũ videbit̃ tecũ eſſe, nõ hic,ſed[in die virtutis tuæ].i.in claritate patriæ,vel diuinitatis tuæ quãdo videbim⁹ te ſicuti es. In qua die videbit̃ apertè virt⁹ Chriſti quãtũ ad deitatẽ et humanitatẽ. Quia ſancti in patria reficiũtur interi⁹ in aſpectu deitatis,et exterius in aſpectu humanitatis vt dicit Aug. ideo ſubdit̃ [in ſplẽdorib⁹ ſanctorũ].i.quãdo erũt in ſplẽdore ſancti,qui illuminati lumine glorię,eleuabuntur ad dictã viſionẽ, quãdo fulgebunt iuſti ſicut ſol in reg. pa. eo. Tunc apparebit tecũ principium, quomodo pater in filio, et filius in patre ſit. Tu es enim cui pater dixit[ex

vtero]

vtero] hoc eſt ex ſecreto meæ eſſentiæ et occulta mea ſubſtãtia[ante luciferũ].i.ante lucẽ, ante tẽpora,ante oẽm creaturã[genui te]ineffabili & æterna generatione,quẽ ex vtero virginis naſci volui in tẽpore.[Iurauit dñs].i. deus pater firmiter ꝓmiſit tibi ſecũdũ ꝙ tu es homo,ac ſi iuramẽto firmaſſet [& nõ pœnitebit eũ] mutãdo ſuã ſentẽtiã.Iurauit inq̃ hoc[tu] ſ.Chriſte[es] & eris[ſacerdos in ęternũ]& ætern⁹ ſemp viuẽs ad interpellãdũ ꝓ nobis.i.tuũ ſacerdotiũ durabit in ęternũ [ſecũdũ ordinẽ].i. ſecũdũ dignitatẽ & ritũ ordinis.i. ſacerdotij[Melchiſedech]q nõ tẽporalis fuit,ſcriptura ſubticẽte initiũ & finẽ vitę eius,in figura dei q caret & initio & fine. Sicut enĩ Melchiſedech obtulit panẽ & vinũ in ſacrificiũ, ſic Chriſtus in ſacrificio euchariſtiæ cõſecrat corp⁹ & ſanguinẽ ſuũ:qa in hoc ſacrificio ipſe eſt ſacerdos & hoſtia,& hui⁹ ſacrificij ſimilitudinẽ pmiſit Melchiſedech. Deinde cõuertit ꝓpheta ſermonẽ ad patrẽ,d:[Dñs] ſ.Chriſt⁹,ipſe ſacerdos in ęternũ,exiſtẽs [à dextris tuis] ô dñe pater,cui dixiſti:ſede à de.m.[cõfregit]& cõquaſſauit[in die irę].i.vindictę[ſuę]quãdo velut ex ira vindictã de eis aſſũpſit[reges]de qbus ſup. dictũ eſt: Aſtiterũt reges ter.& prin.cõ.in v. ad.do.extĩguere & obſcurare noĩs illius gloriã ac ſplẽdorẽ infamia crucis & mortis. Sed irritus fuit conatus eorũ. Cõfregit etiã Herodẽ.ſ.& Pilatũ in exiliũ relegando, & principes Iudæorũ per mũdũ diſpergendo. Et ipſe Chriſt⁹[Iudicabit]in forma humana,in iudicio finali, & vnicuiq; ſecũdũ merita ſua reddet[in nationibus].i. in populis & gẽtibus vniuerſis, qa illud iudicium erit generale oĩbus[implebit ruinas].ſ.angelorum, quia hoĩes illuc aſcendere faciet: vnde angeli ruẽdo deſcẽderũt[cõquaſſabit].i.grauiter cõdẽnabit[capita multorũ].i. multos ſuperbos & tyrannos aliorũ duces ac dños, exiſtẽtes nunc [in terra]quæ abundanter nutrit peccatores:Inde autẽ tanta poteſtas ei: qa[De torrente].i.de fluxu & pœna mortalitatis, & impetu tribulationis[in via] huius ſæculi & præſentis vitæ[bibet]

 & guſta-

& guſtabit,& maximè in ſua paſsione.Et[propterea] qa ſic humiliatus eſt vſq; ad mortẽ[exaltabit caput] .i. ſeipſum qui eſt caput oĩm noſtrũ tanq̃ victor iudex & dñs cũ authoritate alios iudicãdo. Poſſumus etiam dicere qa pater exaltauit eũ,& dedit ei nomẽ quod eſt ſu.omne nomẽ.Nã quod filius facit,& pater cũ ſpiritu ſ.fa.qa opera trinitatis ſunt indiuiſa. PSAL. CX.

In hoc pſalmo pphetaloquitur de magnis operibus diuinis,& mirabilibus,& ſingulariter de operatione dei mirabili in ſacramẽto altaris. A *laude ergo incipiẽs,dicit in pſona fidelis populi,*

CОnfitebor tibi [ô[dñe]cõfeſsione laudis & gratiarũ actionis, nõ labijs tantũ,ſed[in toto corde meo].i.toto mẽtis affectu,& intẽtione,Aug. Quid valet ſtrepitus labiorũ,vbi cor eſt mutũ?Et hoc [in cõſilio iuſtorũ]videlicet cõformis iuſtis,& normã bene viuendi ſeruãs cũ eis [& cõgregatione]ipſorum iuſtorũ & fideliũ.ſ.in eccleſia catholica vbi cõgregantur iuſti.Ideo aũt cõfitebor,quia[Magna]ſunt[opera dñi]& tam magna,quod nõ poſſunt à nobis ad plenũ inueſtigari.Vt opera creationis, recreationis, gubernationis,cõſeruationis, & retributionis quæ ſunt exquiſita].i. exquiſitè & laudabiliter facta[in oẽs volũtates eius]quia oĩa quæcunq; & quomodocunq; voluit,eximiè & mirificè fecit.Inde etiã confitebor,quia [Cõfeſsio & magnificentia]eſt[opus eius].i.opus dei eſt materia & occaſio cõfitendi dño in laude, & magnificãdi eũ [& iuſtitia eius]qua reddet vnicuiq; ſecũdũ opa ſua[manet in ſęculũ ſęculi].i.in ęternũ.Poſtq̃ enĩ reprobos cõdẽnauerit,& iuſtos glorificauerit,de iuſto iudicio in ęternũ nihil mutabit.Inde etiam cõfitebor dño,qa [Memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ,miſericors & miſerator dñs]tradendo diſcipulis Euchariſtiæ ſacramentũ,quod ad memoriã reducit manna, per q̃d fuit figuratũ[eſcã].ſ.ſpirituałẽ.i.corpus & ſanguinẽ ſuum [dedit]nullis eorũ meritis,ſed mĩa[timentibus ſe] nõ offendentibus. Taliũ enim eſt hæc eſca. Deinde propheta de efficacia huius ſacramẽti dicit:[Memor erit] dñs

dñs[in ſæculũ]& in æternũ [teſtaméti ſui].i.huius ſacrificij,quod dicitur teſtamentũ in euãgelio[virtutem operũ ſuorũ].i.effectũ & efficaciã huius ſacramenti à deo nobis collati[annunciabit populo ſuo]qa Chriſtus per ſemetipſum hoc annũciauit apoſtolis & apoſtoli eccleſiæ primitiuæ,& ſicut cõſequenter annũciatur in eccleſia quotidie. Quæ aũt ſit virtus & efficacia huius ſacramenti,ſubditur:[Vt det illis hęreditaté gétiũ].i. beatitudiné æternã ,ad quã introducit hoc ſacramétũ:vnde,Qui mãducat me. carné, & bi.me.ſan. habet vitã æternã. Dicitur aũt vita æterna hæreditas gentiũ,eo ꝙ oẽs gentes,inquãtũ ſunt factę ad imaginé dei, habent quãdã amplitudiné ad hanc hæreditatem [opera manuũ ei⁹]maximè in hoc ſacraméto ſunt[veritas]qa ibi cõtinetur corpus Chriſti verũ[& iudiciũ] .ſ.vitæ ſumentibus deuotè,& iudiciũ mortis ſuméntibus indignè.[Fidelia]etiã ſunt[omnia mãdata eius[& maximè mandata de cõſecratione & vſu huius ſacramenti quæ habẽtur in euãgelio , qa à fideliſsimo ſunt mandata. Et[cõfirmata]ſunt[in ſæculũ ſæculi] quia mandata euãgelica ſunt miraculis cõfirmata [facta in veritate].i.ab eo qui nõ mẽtitur.Deus enim nõ poteſt eſſe teſtis falſitatis [et ęquitate.]Cõſequẽter propheta aſsignat tépus inſtitutionis huius ſacraméti,quod fuit in cœna imminente paſsione.[Redéptioné].ſ.ſaluatoré,qui dat redéptionem captiuis[miſit dñs].ſ.pater [populo ſuo]quãdo Chriſtus ex obedientia dei patris venit ad paſsioné,per quã redéptũ eſt genus humanũ, à captiuitate peccati et diaboli.Et tũc[mãdauit].i.inſtituit[in æternũ teſtamẽtũ ſuũ].ſ. duraturũ.i.Euchariſtiæ ſacramentũ ,quod vocatur teſtamentũ in euangelio, Math.27.Et hoc in æternũ,quia huic ſacramẽto nõ ſuccedũt alia, ſicut factũ eſt de ſacramentis veteris legis, quibus ſucceſſerũt ſacramenta noui teſtaméti.Huic aũt nihil aliud ſuccedit, niſi viſio beata in qua eſt plena fruitio Chriſti cõtẽti in hoc ſacraméto . Ideo aũt mãdatis dei et ꝑſertim huius ſacrificij, eſt fideliter obe-

obediēdū,qa[Sanctū].ſ. bonis et obediētibus [& terribile]malis & inobediētibus,eſt[nomen eius].i. res nōis eius: vel[Sanctū]vt ametur[& terri.]vt timeatur. Amor ad pfectos,timor ad inchoātes pertinet: vnde ſeqtur,[initiū ſapientiæ]& bonæ vitæ eſt[timor dñi] abſterrēs à malo,qa eſt ianua cōuerſionis , & via ad ſapientiā.Et[Intellectus].ſ. huius timoris ſiue qui eſt in timore dñi,eſt [bon⁹]& vtilis[oībus faciētibus eū].i. illis,q ſic intelligūt,vt faciāt quod ille timor ſuadet.ſ. declinare à malo & facere bonū.Quod ſi fecerit [laudatio eius] qua laudabit dñm ,gratias agēdo [manet in ſæculū ſęculi].i.in ęternū.Et hoc ei⁹ erit pmiū ſecūdū illud:Beati qui ha.in do.t.d.in ſæ.ſæ.lauda.te:vel,Et [laud.eius] q adimpleuit mādatū ſecundū verū intellectū [ma.in ſæ.ſæculi] quia æternaliter manet præmium operis virtuoſi.

PSALMVS CXI.

In hoc pſalmo pphet a agit de bonis operibus iuſtorū,ac retributione eorū & impiorū,necnon de cōpendioſa uia reuertendi ad amiſſam beatitudinem angelorum.

BEatus]eſt[vir]in ſpe,nūc in pſenti,& in futuro,in re[q]timore filiali & caſto[timet dñm]formidās offenſam ei⁹.Talis enī ſe ſub deo & mādatis eius humiliat:vnde ſubdit,[in mādatis eius]implēdis[volet]& affectū habebit[nimis].i.multū. Pēſat enī deus & coronat nō tā factum operis q̄ affectum cordis. Et inde:[Potēs in terra erit ſemē ei⁹].i.opera mīæ & alia bona facta,q̄ ſunt ſemen meſsis futurę,qa inde meſsis æterna colligitur.Quia[generatio rectorū].i.poſteritas eorū,qui recto ſunt corde[benedicetur]æterna retributione:vel [ſemē].i. meritū boni operis[erit potens in terra viuentiū,vbi reddet ſupra meritū.Et[generatio rectorū].i. imitatores iuſtorū[bendicetur]ditabitur & remunerabitur,qa dicetur eis:Venite benedicti pa.mei etc. [Gloria].ſ.teſtimoniū bonæ cōſciētiæ[& diuitię]ſanctarū virtutum ſunt[in domo eius] .i.in cordis ſecreto timētis dñm[& iuſtitia ei⁹].i.merces iuſtitiæ eius [manet in ſæculū ſęculi].i.in æternū, quia

qa ꝓpter meritum ſuę iuſtitię, æternaliter remunerabitur: qa [Exortũ eſt] & illuxit [in tenebris] huius mũdi, vt eas pellat [lumen] gratię, & ſol iuſtitiæ: vel [Exortum eſt in te.] .i. in corde prius tenebroſo per peccatum [lu.] gratiæ [rectis] corde .i. iuſtis, quorũ cor rectà tẽdit per amorẽ in deum, ſicut in principiũ & vltimum finẽ. Et ſubiungit quod ſit illud lumẽ .ſ. dñs [miſericors] natura [& miſerator] exhibitione & quãtum ad actũ miſerẽdi dũ iuſtificat [et iuſtus] reddẽdo ſecũdum opera. [Iucundus] .i. lætus in ſecreto cõſciẽtię, et gratus deo eſt [homo] ille [q miſeretur] in corde et aĩo cõdonãdo alijs offenſas, quo ſibi veniã mereť: vel [qui miſe.] hilariter egẽtib⁹ [et cõmodat] in opere et facto, erogãdo alijs pecuniæ vel laboris beneficia. Et talis [diſponit ſermones ſuos] .i. rationes ſuas faciẽdas [in iudicio] futuro: qa hęc facta ſunt quaſi ſermones qbus defendetur in iudicio [qa in ęternũ nõ cõmouebiť] .i. nunq̃ à gloria dñi ſeparabitur: quia [In memoria] dei [æterna erit iuſtus] .i. pius et miſericors: qa ſcript⁹ eſt in libro vitæ, et ſemp beata dei viſiõe fruetur, ideo [ab auditiõe mala] quę fiet immiſericordib⁹, qbus dicetur: Ite ma. in ig. ęter. [nõ timebit] qa eſt de numero miſericordiũ, qbus tũc dicetur: Venite bẽne. pa. m. Et merito nõ timebit in futuro, q nunc in vita p̃ſenti [Paratũ] et prõptũ eſt [cor eius ſperare in dño] retributore, nõ in mundo deceptore, nec in diuitijs fallacibus. Nõ dicit ſimpliciter ſperare, ſed paratũ cor ei⁹. Fruſtra enim in dño ſperat, q prius cõſciẽtiã nõ parat. Et ſpes eſt vana, cuius nõ eſt munda cõſciẽtia. Nec vllis tentationibus frangitur: quia [cõfirmatum ẽſt cor eius] per gratiæ et virtutis habitum, ac in cæleſtibus poſitũ, et in amore Chriſti fixũ. Et [nõ cõmouebitur] à iuſtitia et ſpe ſua et ſtabilitate virtutis, deo ipſum conſeruante, [donec] exiſtens in terra viuentium [deſpiciat inimicos ſuos] quoſcunq; .ſ. viſibiles et inuiſibiles, quorum tranſcendit perſecutiones et tentationes. Et propter hoc futurum [Diſperſit] ſua temporalia bona. Et

bona. Et [dedit] ea liberaliter & gratis ſine ſpe retributionis terrenę [pauperibus] Chriſtū repſentantibus nō adulatoribus & hiſtrionibus [iuſtitia eius].i. iuſtitię retributio & fructus [manet in ſæculū ſęculi] quia per meritū iuſtitiæ ſuæ ęternaliter remunerabitur [cornu eius].i. potentia tēporalis, qua vſus eſt ad bonū virtutis: vel [cor. e.].i. potētia & ſublimitas illius, cuius humilitas à ſuperbis cōtēnebatur in terra [exaltabitur in gloria] ęterna. Qui enī hic humilis fuit, ibi poteſtatem habebit. Deinde poſt bona iuſtorū, qbus hortať, enumerat mala iniquorū, qbus terret, d: [Peccator] & impius [videbit] hoc ad ſuā pœnā. ſ. humilē exaltari ſeq; cōfundi [& iraſcetur] ſibi, eo q̄ nō fecit bona [dētibus ſuis fremet] per pœnā exteriorē, in eo loco poſit⁹ vbi erit fletus & ſtridor dētiū [& tabeſcet].i. marceſcet inuidia, de fœlicitate aliena. Et tūc [deſideriū peccatorū peribit ab eis, vt nihil deſiderabilium habere poſsint, nec pſentiū, nec futurorū, & inde cruciabūtur in ſeipſis, quia deſideriū eorū tantū de tēporalibus & tranſitorijs fuit in præſenti.

PSALMVS CXII.

In hoc pſalmo propheta monet deuotos ut deū iugiter laudēt.

LAudate] ô vos [pueri].i. oēs deuoti, ſimplices & puri, puritate cordis, oris & operis. Et paruuli.i. humiles, qa tales ſoli dignè laudāt [dñm] extollendo maieſtatē eius. Nec ſolū laudetis deū in ſe, ſed etiā [laudate nomē dñi] pdicādo virtutes & opera eius quibus toto terrarū orbe celebris eſt. [Sit nomen dñi benedictū].i. Sicut eſt in ſeipſo benedictū, ſic benedicatur à fidelibus, nimirū benedictione laudis [ex hoc] .i. ex quo cœperūt hoīes credere & laudare. Et [nunc] hoc eſt, in pſenti [& vſq; in ſæculū].i. ſine fine. Nec in vno loco tantum laudare vos iubeo, ſed [A ſolis ortu vſq; ad occaſum].i. in omni loco & vbiq; ſit [laudabile nomē dñi] vt q vbiq; eſt, vbiq; laudetur. Per circuitū enim ſolis, ſignificatur hic mūdus, in quo toto laudādus eſt deus. Ideo aūt ſemper, & vbiq;, & ab oībus, dñs eſt laudandus: qa [Excelſus] eſt dñs. ſ. celſitudine na-

turæ

turæ & potétiæ[ſuper oés gentes dñs].i. ſuper hoïes, quia oés ſibi ſunt ſubiecti [& ſuper cælos] .i. angelos ciues cæleſtes,eſt [gloria] & ſublimitas[eius]quia excedit oém altitudiné angelorũ . Et quia talis eſt & tãtus, nõimmerito eſt laudãdus.[Quis]enim alius .ſ.in hoïbus vel cæleſtibus,eſt[ſicut dñs deus noſter,] q.d: Nullus,qui per ſe potens ſit vt ipſe . Ipſe eſt qui in altis habitat].i.in ſanctis,qui dono eius ſunt alti,qui in terris poſiti,in cælis tamẽcõuerſantur [& humilia].ſ. eoſdẽ in quibus habitat in cælo[reſpicit]intuitu mię [in cælo & in terra]exiſtẽs: vel,[Quis ſicut]etc.[qui in altis].i.in cælis[hab.]per ſuæ gloriæ refulgentiam[& humilia reſp.]per ſuã prouidentiã [in cælo]inquã, qa ſuperbiẽtes angelos inde deiecit, & humiliter ſibi adhęrentes in gloria confirmauit[& in terra]vnde & de paradiſo terreſtri ſuperbũ & inobediẽtẽ Adam eiecit, & puniuit totã poſteritatẽ eius:vel[& in terra] hoïes humiliter pœnitentes iuſtificãdo, & in peccato obſtinatos finaliter dãnãdo. Reſpicit inq̃ humiles, [Suſcitãs]per ſolã gratiã[à terra].i.ab amore terrenorũ[inopẽ]virtutibus ſuſcitando in eo virtutes[& de ſtercore].i.vitiorũ putredine & ſorditate , vt ea tanq̃ ſtercora reputet [erigẽs pauperẽ] ſpiritu nõ habentẽ virtutũ opera,dãdo ei gratiã bonorũ operũ: vel,[erigẽs pau.] ſpũ ne ei ſicut prius carnis vitia dñetur.Suſcitat autẽ et erigit [Vt collocet eum] ſedere faciat nõ iã in terra,et ſtercore,ſed in ſede honoris & glorię[cũ principibus] .i.cũ angelis.Et[cũ principib⁹ populi ſui] .i. cũ patriarchis,prophetis,& apoſtolis,qui ſpiritualiter p̃fuerũt populo dei.Deinde exponit vbi ſuſcitat & erigit in eccleſia.ſ.quę ante ſterilis erat,nũc verò eſt fœcũda:vnde ſequitur, [Qui habitare facit ſterilẽ].ſ. eccleſiã de gentibus[in domo].i.in eccleſia Iudęorum, & inter ipſos Iudęos, vt in lapide angulari, duo parietes cõiũgãtur, & fiat vnũ ouile[matrẽ] ſ.factã[filiorũ]ſpiritualiũ[lętantẽ].ſ.de fœcunditate ſibi collata,quia iã ſunt multi filij deſertæ magis etc.

PSALMVS CXIII.

In hoc

In hoc pſalmo propheta agit de mirabilibus beneficijs populo Iſraeli in exitu de Ægypto exhibitis, ita incipiens:

IN exitu] populi[Iſrael de Ægypto]& idem ſub alijs verbis repetens [domus Iacob] qa totus Iſrael deſcẽdit de Iacob, qui alio noĩe dictus eſt Iſrael[de populo barbaro].i.gẽtili & extraneo, qa oẽs populi dicũtur barbari, exceptis Hebręis, Gręcis, & Latinis. Cũ ergo exiret Iſrael de Ægypto,[Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius].i.ſanctificatus eſt populus ille in Iudęa.i. in terra promiſsionis colẽdo verũ deũ, qa in Iudęa viguit cultus diuinus, & ſciẽtia legis & ꝓphetarũ. Et[Iſrael]factus eſt[poteſtas eius]terrę.i. potẽs factus eſt in ea. Qui enim in Ægypto fuerãt ſerui, ibi facti ſunt dñi. [Mare]rubrũ[vidit]populũ de Ægypto exeuntẽ .i.ad modũ vidẽtis & intelligẽtis volũtatẽ dñi, ſe habuit[& fugit]ſe diuidendo & dãdo populo iter, vt ſicco pede trãſiret. [Et[Iordanis cõuerſus eſt retrorſum]reuertẽdo ad locũ originis, & eleuãdo ſe in morẽ collis, vt aperiret eis viã.[Mõtes exultauerũt vt arietes, & colles ſicut agni ouiũ]methaphoricè loqtur: qa cauſam exultationis dederũt ipſis filijs Iſrael, inclinãtes ſe in aduẽtu eorũ, quaſi applaudẽdo. Nã iugiter in hiſtorijs innuit hoc dictũ de ſcopulis torrẽtis Arnon, q in trãſitu filiorũ Iſrael inclinati legũť. Sed[Quid eſt tibi]ô[mare ꝙ fugiſti, & tu] ô [Iordanis]qd eſt tibi [qa cõuerſus es retrorſum?]Et ô vos [Mõtes]qd fuit vobis ꝙ [exultaſtis ſicut arietes, et]ô vos[colles] qd fuit vobis ꝙ exultaſtis[ſicut agni ouiũ?] q.d: vnde iſta mirabilia in mari rubro, in Iordane, in mõtibus & collibꝰ. Et quaſi reſpõdẽs quęſtioni, de mõtibus & collibꝰ ſubiũgit:[A facie].i.à pſẽtia [dñi mota eſt terra, à facie dei Iacob] q.d: A diuina volũtate ꝓceſſerũt iſta cui obediunt etiã inſenſibilia. Quia ſicut dei nutu, mota eſt terra, quãdo abſorbuit Dathan & Abirõ, ita aquæ & colles in ꝑdictis & cõſimilibus alijs, ad nutũ dei mouẽtur. Quia ipſe eſt etiã[Qui cõuertit petrã in ſtagna aquarum] .ſ.faciendo vt de petra fluerẽt aquæ abundãter. Nã Moyſe

eleuante

eleuãte manũ,& percutiente virga bis ſilicem, egreſſę ſunt aquæ largiſsimę [& rupẽ in fontes aquarũ]repetitio eſt eiuſdẽ ſub alijs verbis. Iã gratia cõmendatur: [Nõ nobis]ò[dñe nõ nobis,ſed nomini tuo da gloriã] de p̃dictis mirabilibus & beneficijs, qa in talibus tota ratio facti, eſt potentia faciẽtis, Authore Aug. & ideo laudãdus eſt.[Et talia facta ſunt[Sup mĩa tua].i.ad declarationẽ tuæ mĩæ,q populũ Iſrael, licet multipliciter te offenderit, de poteſtate tamẽ gẽtiũ miſericorditer liberaſti, vt vel ſic declarares mĩæ tuæ diuitias[& veritate tua].i.etiã ad declarationẽ veritatis tuæ,qua promiſſa patribus, Abrahã, Iſaac, & Iacob, impleuiſti [ne quãdo dicãt gẽtes]idola colẽtes blaſphemãdo[vbi eſt deus eorũ].ſ.hebręorũ. Si enĩ deus nõ adimpleuiſſet ꝓmiſſa,videretur gẽtibus quod dei virt⁹ defeciſſet, & ſuos ſaluare nõ potuiſſet.Sed qa tot mirabilia fecerat ꝓ eis,poterãt liberè dicere gẽtilib⁹: [Deus aũt noſter]eſt[in cælo] Licet enĩ vbiq; ſit p eſſentiã,potẽtiã, & p̃ſentiã,ſpecialiter tamẽ in cęlo eſſe dicit̃,qa ibi magis relucet poteſtas eius & gloria[oĩa quęcũq; voluit] vel in corporalib⁹,vel in ſpũalibus[fecit]p q̃d oĩpotẽs apparet.Sed[Simulachra gentiũ].i.idola & imagines quas tanq̃ deos colunt, ſunt[argentũ & aurũ] quo ad materiam de qua ſunt,hoc eſt,creatura, nõ creator. Et dicitur ſimulachrum,quia ad ſimilitudinẽ alicuius rei fictũ.Habent etiã gentes ſimulachra lignea,& ærea,& marmorea,& terrea,ſed p̃cioſiora ponit, vt q in his erubeſcit,potiore iure erubeſcat in cęteris.Et ſunt[opa manuũ hoĩm]quo ad formã,hoc eſt factura,nõ factor. Sunt ergo manu hoĩm formata,ſed qa nõ habent mẽbrorũ officia,ſubdit: [Os habent].ſ. ſecundũ hoĩs ſimilitudinẽ[& non loquentur].i. nõ habent loquendi potentiã[oculos habent].ſ. in apparentia nõ in veritate[& nõ videbunt].i.carent vſu oculorum. [Aures habent]ſecundum apparentiã, non ſecundum veritatem]& nõ audiẽt] nec poſſunt audire:[nares habẽt]in apparẽtia, nõ in veritate: [& nõ odorabũt]nec gaudẽt

narium

nariũ operationē.[Manus habent]ſecundũ apparētiã, nõ ſecundũ veritatē[& nõ palpabũt]nequeũt manib⁹ operari [pedes habent] fictitios et nõ verè[& nõ ambulabũt]exercendo pedũ officiũ.Et ſimiliter, licet videantur habere guttur[nõ]tamē[clamabũt in gutture ſuo]nec habent eius vſum.Vnde pręſtãtior eſt illis beſtia,quę ſi nõ loqtur,clamorē tamē habet in faucibus. Oſtenſa inutilitate ſimulachrorũ,agit de cęcitate idolatrarũ,d:[Similes illis] .ſ. ſimulachris[fiant]carendo vita ſpũali, ſicut illa ſenſibili. Nec optat hoc,ſed prædicit:vel[Simi.il.fiãt].i.Similes ſe eis eſſe intelligãt,vt diſsimiles fieri laborēt[qui faciũt ea]per ſculpturã vel fuſurã[& oẽs qui cõfidũt in eis]et ea adorãt, nõ ſolũ q faciunt.Sed[Domus Iſrael ſperauit in dño]ipſum deuotè colendo.Et dñs [adiutor eorũ et protector eorũ eſt]cõtra hoſtiles incurſus , vt patet cõtra Pharaonem [Domus Aarõ] ſummi ſacerdotis[ſperauit in dño] et nõ ſine fructu, qa[adiutor eorũ et protector eorũ eſt] ſicut patet in deuoratiõe Chore,à terra , eo ꝙ volebat vſurpare ſacerdotiũ cũ ſuis cõtra Aaron & filios eius. [Qui timēt dñm]in omni gente[ſperauerunt in dño] nõ in alio. Et dñs [adiutor eorũ] in bonis agendis[et protector eorũ eſt]cõtra mala imminentia:vel ſic repetendo,[Domus Iſrael].i.ſubditi in eccleſia[ſper.in do.]mũdo abiecto. Et ideo [adiu.eo.]in bonis agendis[et pro.eo.eſt]cõtra mala imminentia.Et[Domus Aarõ].i.etiã ordo põtificũ et ſacerdotum,qui cæteris ſunt plati[ſpe.in do.]nõ in mundo.Et ideo dñs[adiu. eo.]vt et ipſi perſeuerãter extendantur in ea quę ante ſunt,et currãt donec apprehendãt[et prote. eo.eſt] ne eis noceatur.[Qui timēt do.]in oĩ gente[ſper.in do.] nõ in alio.Et[dñs adiu.eo. et p.eo.eſt] modo ꝓdicto. Oĩs multitudo fideliũ et vniuerſalis eccleſia his verſibus cõprehenditur.Nos tamē dei mĩam noſtris meritis nõ pręuenimus: vnde dicit,[Dñs] qui quaſi diu videbatur oblitus[memor fuit noſtri]vt miſſo filio,nos redimeret : qa vbi venit plenitudo tēporis, miſit deus

filiū,etc. Ad Gal.4. [&]per eundē filiū ſuū [benedixit nobis]oī benedictione ſpiritali, bona ſpiritalia dādo & multiplicādo. At qbus?[Benedixit domui Iſrael].i. vniuerſali eccleſiæ,videnti deū per fidē[benedixit domui Aaron].i.pontificibus & ſacerdotibus. Et nullo excluſo[Benedixit oībus qui timēt dñm]timore caſto, & hoc ſine perſonarū acceptione: vnde ſubdit,[puſillis cū maioribus].i.indifferenter oībus,imperfectis & perfectis,ſecundū ꝓmiſsionē factā Abrahę. In ſemine tuo bened.oēs gentes.i.in Chriſto q deſcēdit de Abrahā,& in ipſo oēs fideles benedicti ſunt benedictione gratię. Illā aūt benedictionē multiplicari & augeri petit ꝓpheta cū ſubiūgit: [Adijciat].i. apponat & addat [dñs].ſ.benedictionē & dona[ſup vos]ô patres & magiſtri [ſuper vos] inq̄ [& ſuper filios veſtros].i. diſcipulos & imitatores. Proinde vtriſq; puſillis & magnis dicit propheta quod ſequitur:[Benedicti]eſtis[vos]tā maiores q̄ minores[dño].i.à dño per aſſecutionē gratiæ in p̄ſenti,& gloriæ in futuro [qui fecit cælū & terrā]& oīa quæ in eis ſunt,propter quod poteſt dare ſuā benedictionē. [Cælū cæli] quod eſt cælū empyrium, quod eſt locus beatorum, eſt [dño] ſibi retinens tanq̄ domū gloriæ ſuæ: qa in eo magis relucet gloria eius, in angelis & beatis [terrā aūt dedit filijs hoīm].i. habitationi eorū pro vita p̄ſenti, in qua ſi rectè viuāt, & deū colāt,aſſumētur ad habitationē cęleſtē cū angelis: qa in reſurrectione erūt iuſti ſicut angeli dei in cælo. Deinde propheta oſtendit à quibus deus colendus ſit: [Nō mortui]in peccatis, ac tibi & à te (qui es vera vita) prauitatibus ſuis ſeparati[laudabunt te dñe]meritoriè,quia nō eſt ſpe. laus in o.p.[neq; oēs qui deſcendunt in infernū].i.in profundū vitiorum .ſ. laudabūt te,quia impius cum ve.in pro.ma.cōtemnet:vel,[Nō mor.laud.te dñe] quia ſunt extra tēpus merendi[neq; om.qui deſ.in infernū]dānatorū,quia in inferno magis eſt blaſphemia q̄ laus. Illi inq̄ nō laudabunt,[Sed nos]dicit ꝓpheta annumerans ſe iuſtis[qui viuimus]

vita gratiæ, poſtea victuri vita gloriæ,[benedicimus dño].i.laudamus dñm meritoriè [ex hoc nunc].i. ex hoc p̄ſenti tépore[& vſq; in ſæculũ]qa in ſęcula ſęculorũ durabit laudatio. Sicut ſupra dictũ eſt: Beati q ha. in do. tua d. in ſæ. ſæ. lauda. te. PSAL. CXIIII.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet fidelis liberati a periculis, uel tẽtatione, clamat ad dñm gratias agẽdo & dicẽdo:

Dilexi].ſ.dñm. Nõ dicit qd, qa nihil eſt diligẽdũ, niſi deus aut, p̄pter deũ[qm̃ exaudiet]ipſe[dñs] q; pro indubitato habeo[vocẽ orationis meæ] in anguſtijs. Licet enĩ deus ſit propter ſe diligendus & ſuper oĩa, tamẽ cũ exaudit dep̄cantẽ, occaſionẽ dat vt feruentius ipſum diligat. Inde aũt ſpero, qm̃ exaudiet, [Quia]iã[inclinauit aurẽ ſuã mihi]exaudiẽs in p̄terito orationem meã. Dicitur per ſimilitudinem, auris dei, mĩa ipſius, quam videtur inclinare cũ nos clementer dignatur audire. Aurẽ ſuã ſingulariter inclinauit, quãdo filiũ ſuũ nobis miſit, & pro nobis in mortẽ dedit, [&]idcirco in hoc expertus mĩam [inuocabo] eum & eius auxiliũ[in diebus meis].i. in diebus meæ miſeriç, qui ſunt pleni laboris & doloris: vel[in dieb. me.] præſentibus.i. in diebus ſalutis meæ. Modò enim & in hac vita, tantũ ſunt dies noſtri ad inuocandum. Ex neceſſitate aũt magna cõpellor inuocare: qa [Circũdederũt me dolores mortis].i. vehemẽtiſſimæ tentationes peccati, quæ pariũt dolorẽ mortis, vel ipſa etiã peccata quæ ſunt cauſa doloris & mortis æternæ, quç mors erit in inferno: vnde ſequitur, [& pericula inferni].i. reatus pœnarũ inferni[inuenerũt me] aberrantem abſq; te, & expoſitũ malis, ita vt in inferno puniendus ſim, niſi adiuuer in tentationibus iſtis, & liberer à peccatis. [Tribulationem] corporis exteriorem [& dolorẽ]cordis interiorem[inueni]in periculis iſtis[& nomẽ dñi inuocaui]in his tribulationibus & periculis ſatagendo, vt per eũ liberer ab ipſis. Inuocaui inq̃, d:[O dñe] qui oĩa potes [libera aĩam meã] ab his miſerijs & tentationibus & omni impedimento ſæculi, ne pe-

ne pereat in eis. Et nullus diffidat liberari ſi deuotè clamauerit: quia [miſericors] eſt [dñs] parcendo delictis [& iuſtus] qa flagellat pro eis [& deus noſter] iterũ [miſeretur] quia recipit ad beatitudinẽ quem flagellat. Miſeretur inq̃, quia [Cuſtodiẽs] eſt vt paſtor [paruulos]. i. humiles [dñs] vt grandes faciat hæredes. Et experto credite, quia ego [humiliatus ſum]. i. mente paruulus factus corã ipſo [&] ideo [liberauit me] ab anguſtijs meis ſua gratia & virtute. Cũ aũt liberatus eſt homo à peccatis & miſerijs, tũc debet vacare deo & ſibi: vnde bene addit, [Conuertere] ô [aĩa mea] affectione & deſiderio [in requiem tuã]. i. ad deũ contemplandũ, in quo ſolo eſt tibi mẽtis requies, et extra quẽ nõ eſt quies. Aug. in libro cõfeſsionũ. Inquietũ eſt cor noſtrũ dñe donec perueniat in te. Et meritò conuertere [qa dñs benefecit tibi] ex multis periculis te liberando & cuſtodiendo, ac varia dona tibi dãdo. [Quia eripuit aĩam meã de morte] infidelitatis, & peccati, & æterna, [oculos meos à lachrymis] pro lapſu & peccatis, & timore pœnæ [pedes meos] & affectus [à lapſu] & periculo recidiuandi: vel, [Quia erip. ani. meam de mor.]. i. à peccato, quod eſt mors animæ. Et per hoc [oculos me. à la.] quas oporteret fundere ꝓ peccatis, [pedes meos à lap.] vt non laberer in foueã peccati de via iuſtitię. Ac per hoc [Placebo dño in regione viuorũ]. i. in eccleſia in qua regnat ſuper terrã corporũ & ſpirituũ ſuorũ viuentiũ per gratiã. Nã qui labũtur, dño non placent: vel ſic, Eripuit in præſenti à morte peccati, ſed in futuro eripiet à morte æterna. Et ibi: [Placebo domino] perfectè & ex omni parte, quando nullus erit lapſus, nullum infirmæ carnis lubricum. Et hoc [in regione viuorum]. i. æternaliter viuentium. ſ. in cæleſti regno & gloria beatorum, vbi nemo moritur. Ibi enim anima ſemper viuit, ibi cum corpore de immortalitate lætatur.

PSALMVS CXV.

In hoc pſalmo ꝓpheta agit de cõſtãtia ſctõrũ martyrũ in fide &

confeſsione propter Chriſtũ. Propheta ergo in perſona ſanctorũ commemorans dei beneficia, ait:

CRedidi].ſ. verè & perfectè in corde[,ppter quod locutus ſum].i. cõſtáter cõfeſſus ore, ea quę credidi[ego aũt humiliat⁹ ſum nimis]ab eis q veritati cõtradicũt.i. paſſus ſum multa ,ppter verbũ dei, q̃d fideliter tenebã . Et ne tã cõſtans cõfeſsio viribus hoĩs detur, ſubiũgit:[Ego]aũt nõ attribués mihi hác fortitudinẽ[dixi in exceſſu meo].i. in ecſtaſi.ſ. mente rapta ad ſuperna, & ad puræ veritatis cognitionẽ. Dixi inq̃ hoc[oĩs homo]de ſe p̃ſumẽs[mẽdax]eſt ex ſe, & fragilitate ſuæ naturæ, & nõ audet cõfiteri deũ, ſicut Petrus quia cõfidit de ſe, negauit. Natura enim humana horret pœnas. Sed gratia dei verax efficitur, vt p̃ſſuris non cedẽs, quod credidit liberè cõfiteatur & publicè. Cum ergo nihil boni propriũ habeat, [Quid] ergo[retribuã dño].ſ. cõdignum[pro oĩbus].ſ. bonis ſuis[quæ retribuit mihi?]pro malis meis . Retribuit enim dñs hoĩbus bona pro malis , paſſus pro præcedẽtibus eorũ peccatis, cũ hoĩes retribuunt mala pro bonis , per ingratitudinẽ & offenſam frequentẽ, q.d: Quid habeo cõdignum quod illi pro ſuis beneficijs retribuã? Nihil. Quodcunq; dedero ipſius eſt , & verius illi reddo quã dono: vnde nõ inueniens iſte quid retribueret de ſuo, ſubiungit:[Calicẽ].ſ. paſsionẽ, quæ dicitur calix, qa in menſura bibitur. Fidelis enĩ deus nõ permittit nos tẽtari ſupra id quod poſſumus[ſalutaris].i. ſalutis, quia in æternã ſalutẽ propinatur[accipiã] amore & deſiderio ad mortẽ me præparando ,q.d: Poculũ paſsionis bibã pro illo qui prior bibit pro me: vel,[Cali. ſa. ac.] .i. paſsionis ſaluatoris calicẽ imitabor. Quia verò calicẽ paſsionis bibere nõ eſt virtutis humanæ, ſed gratiæ dei: ideo[nomẽ dñi inuocabo]in auxilium, ne me derelinquat in die tribulationis. Et tandẽ[Vota mea] .i. deſideria mea moriendi pro Chriſto[dño reddã[ipſo actu. Et hoc [corã omni populo eius] nõ erubeſcẽs mori pro ipſo, vt inde laus dei creſcat, & alij exẽplum capiant;

capiãt,qa[ꝑcioſa].i.chara, grata,& accepta eſt[in cõſpectu dñi]cuicũq; videatur vilis & abiecta[mors ſánctorũ eius]quia pro morte ipſa tẽporali reddit vitam ęternã.Et[O dñe]cur recuſem pro te mori?[quia ego] ſum[ſeruus tuus]iure creatiõis [ego ſeruus tuus]ſum iure redẽptionis[& filius ancillæ tuæ].i.eccleſiæ tuæ, quæ eſt ancilla in ꝑſenti dũ ſeruit & militat, libera futura in patria,dũ triũphat & regnat. Præterea,quia tu [Dirupiſti vincula mea].i. vincula peccatorũ meorũ, quibus cõſtrictus erã per tuã paſsionem. Iſte verſus vt ait Caſsiodorus tãtæ virtutis à quibuſdã creditur, vt peccata homini dimittantur ſi in fine vitæ trina confeſsione dicatur. Et quia dirupiſti,ideo [tibi ſacrificabo]vt gratus[hoſtiã laudis].i.ſacrificiũ laudis tibi debeo.ſ. meipſum ad te iugiter laudandũ [& nomen dñi inuocabo]vt quod reſtat implere valeã, diffuſus viribus meis. Dicit hic beatus Hiero.quod ſicut martyres laudãt purè dñm in regione viuorum, ita & monachi, qui die ac nocte pſallũt dño , debent eandẽ puritatem habere martyrũ. Siquidẽ & ipſi martyres ſunt. Sacrificabo inq̃ hoſtiã:ſic quia[Vota mea].ſ.ſacrificiũ laudis [dño reddã]& offerã [in cõſpectu oĩs populi eius] .i. corã omni cetu ſanctorum & hic & in futuro. Publicè enim laudari debet,qui pro oĩbus pati voluit. Et hoc [in atrijs domus dñi] quantũ ad eccleſiã militantẽ,per quã,tanq̃ per atriũ intratur ad domum dñi æternã, nõ manu factã.ſ.ad eccleſiã triumphantẽ. Atriũ enim eſt prima pars domus. Et[in medio tui Hieruſalẽ]cæleſtis ciuitatis,quantũ ad eccleſiã triumphãtẽ, vbi pax eſt,& ſancti viſione dei lætãtur, Amẽ.

PSAL. CXVI.

In hoc pſalmo propheta monet oẽs gẽtes & Iudæos ad laudẽ dei propter impletionem promiſsi de incarnatione dñi noſtri Ieſu dicens:

LAudate dñm] corde, ore, & opere [oẽs gẽtes].i. oẽs gentiles ad fidẽ Chriſti conuerſi, vel vocati, [laudate eũ oẽs populi] .i. Iudæi in duodecim tribus diuiſi.[Qm̃ cõfirmata eſt ſuper nos]tã de Iudęis.

quàm de Gentibus cõuerſos [mĩa eius] per incarnationẽ: qa quod per prophetas promiſit in aduẽtu Chriſti cõpleuit. Hæc fuit firmata in incarnatione, ſed cõfirmata in paſsione: qa tũc ianua paradiſi fuit aperta, [& veritas dñi]. i. exhibitio ꝓmiſsionis factę de Chriſto [manet in æternũ] ſicut & Chriſtus: vel, [& veritas dñi] ſiue in his quæ promiſit pijs iuſtis, ſiue in his quæ minatur impijs & peccatoribus [manet in æternũ] vt in ſeipſa, & per effectum ipſis ſaluatis & dãnatis, quia ibunt iuſti in vitam æternam, impij verò in ignem æternum.

PSALMVS CXVII.

In hoc pſalmo propheta in perſona fidelis populi ſiue eccleſiæ inuitat oẽs ad dei laudẽ, propter mĩam & bonitatẽ, ac propter multiplicia beneficia miſericorditer nobis impenſa a deo.

CONfitemini dño] confeſsione laudis. i. laudate dñm confitendo beneficia eius [qm̃] ipſe ſolus [bonus] eſt eſſentialiter, cuius bonitatis nõ eſt finis. Et in hoc patet quod bonus eſt [qm̃ in ſęculũ]. i. in ęternũ eſt & durat [mĩa eius] qa ſemper ſubuenit, & mię dona cõcedit. [Dicat] cõfitẽdo quod ſentio de bonitate dei [nũc]. i. ſtatim dũ licet, dũ mereri poſſumus, eũ laudãdo [Iſrael]. i. quilibet ſubditus in eccleſia, per fidẽ videns deũ, hoc. ſ. [qm̃ bonus] eſt. Et [qm̃ in ſęculũ] eſt [mĩa eius]. i. beatitudo, quã dat eius mĩa. [Dicat nũc] & cõfiteatur laudãdo deũ, & alios ad laudẽ ꝓuocãdo [domus Aaron]. i. quilibet p̃latus & ſacerdos, q̃ officiũ Aaron ſuſceperũt, ad quos ſpecialiter pertinet alios docere & exhortari. [Dicant] inq̃ iſtud [qm̃ in ſęculũ] eſt [mĩa eius] quã vſq; in finẽ ſæculi miſeris exhibet, cõſolãdo in miſeria, vel liberando ab ea. Et qa nõ eſt perſonarũ acceptor deꝰ, [Dicãt nũc] oẽs [qui timent dñm] puſilli cũ maioribus ex omni gente, hoc eſt, vniuerſalis eccleſia. [Dicãt] inq̃ hoc idẽ ſ. [qm̃ in ſęculũ mĩa eius] quæ vel in hoc apparuit, quod [De tribulatione] tam corporali quàm ſpirituali [inuocaui dñm] petendo eius auxiliũ [& exaudiuit me] ponẽdo [in latitudine dñs]. i. dilatando me, quia quãto magis

tribu-

etiã ſunt teſtimonia bonitatis dei: vel [teſti. tua]. i. ſacra ſcriptura quæ atteſtat̃ dei opera & facta. Et [ideo] diligẽti indagatione quęrẽdo [ſcrutata eſt ea aĩa mea] vt me ad intelligendũ & credendum illuminaret, & in operibus dirigeret. Quia [Declaratio]. i. manifeſtatio [ſermonũ tuorũ] i. mãdatorũ tuorũ, vel ſacrę ſcripturę [illuminat] aĩam dirigẽdo, vt ſciat qd agendũ ſit, & qd omittẽdũ: ideo ſeqtur, [& intellectũ] ſ. interiorẽ & intelligẽtiã [dat paruulis]. i. verè humilib⁹. Soli enĩ paruuli illuminãtur: vnde dñs, Cõfiteor tibi pater, q. ab. hęc etc. & reuelaſti ea paruulis. Et cũ deſiderarẽ cõplere mãdata, [Os meũ aperui] petẽdo, q̃rẽdo, pulſando, cõfitendo: vel [Os meũ]. ſ. aĩæ. i. mẽtis introitũ, & cordis auiditatẽ [aperui] hoc eſt, intellectũ per conatũ extendi ad diſcẽdũ & capiendũ verbũ dei [&] ſitiẽs [attraxi] & hauſi [ſpm̃] bonũ vnde facerẽ q̃d per me poterã; [qa mãdata tua deſiderabã] præ oĩbus ſcire & facere. Et qa deſiderabã mandata, ergo [Aſpice in me] radios gratię mihi immittendo [& miſerere mei] auxiliũ mĩę impendẽdo. Et hæc [ſecũdũ iudiciũ diligentiũ nomen tuũ]. i. ſecũdũ iudiciũ q̃d feciſti in eos q te diligunt, qa vt te diligerent, tu prius eos ex mĩa dilexiſti: vel ſicut iuſtè diſpoſuiſti facere diligẽtib⁹ te. Et [Greſſus meos]. i. motus aĩæ & affect⁹, vel opera mea qbus velut greſſibus ꝑgredior in vita [dirige ſecundũ eloquiũ tuũ]. i. ſecundũ tua ꝑcepta & iuſſa ne ſeducãtur per vitia [&] ſic [nõ dñetur mei]. i. nõ ꝑualeat mihi dominãdo [oĩs iniuſtitia] i. quodcũq; peccatũ. Et [Redime me] à calũnijs]. i. falſis criminationibus, & criminũ impoſitionibus [hoĩm]. ſ. impugnãtiũ me] vt cuſtodiã] quietius [mãdata tua] viuendo ſecũdũ ea. Qui enĩ opprimitur calũnijs, nõ facilè ſeruat mandata. Sed qa etiã amotis calũnijs, nõ poteſt quis cuſtodire mãdata ſine adiutorio dei, & doctrina interiori, ſubiungit: [Faciẽ tuã] vel gratiæ vel ſpũalis in ſcripturis intelligẽtiæ [illumina ſuper ſeruũ tuũ]. i. ꝑſentiã gratiæ tuæ manifeſta ſubueniendo & opitulando: vel fac me clarè cognoſcere

ſcripturæ ſacræ veritatē, per quā tanq̄ per faciē & ſpeculū cognoſceris[&]ſic illumināndo[doce me iuſtificationes tuas]in lege & ſcriptura cōtētas, vt faciā eas.ſ. p̄cepta quibus iuſtificas. Nō enī ſufficit ſcire, ſi nō detur & facere: qa[Exitus aquarū].i.effuſiōes lachrymarū ex recordatione peccatorū[deduxerūt].i.de corde interius cōtrito, eduxerūt[oculi mei] per quos ad cor intrauit peccatū[qa nō cuſtodierūt legē tuā].i.ipſi oculi, per quos tanq̄ p feneſtras mors intrauit: vel [qa nō cuſtodierūt le. tuā] ipſi calūniantes, & vtraq; de cauſa plorandum eſt, & pro peccatis proprijs & pro alienis, Greg. Apud deū perfectè diluit propria qui piè plāgit aliena. Et merito ploro ac defleo peccata, qa ſcio q̄d

IVſtus es]in teipſo ô[dñe]tu q punis pctā[& rectū]eſt [iudiciū tuū] quo alios ſecundū iuſtitiā tuā iudicas. Et verè iuſt⁹ es: qa[Mādaſti].i.p̄cepiſti[iuſtitiā].i.mādata tua iuſta.ſ. teſtimonia tua] qa ꝓbant te iuſtū[& veritatem tuā]quia probāt te verū[nimis].i.valde, & ſubintelligitur cuſtodiri. Præcepta diuina propter diuerſas ſignificationes, diuerſis noībus nūcupātur. Iuſta dicuntur, eo ꝙ iuſtè mādātur. Teſtimonia appellātur, qa dei volūtatē, ac bona bonis, mala malis atteſtātur. Veritas nuncupantur, qa veritatē cōtinent, & vera ſunt quę dicūt. Et qa mādaſti, ideo[Tabeſcere].i.pœnæ mœrore deficere [me fecit zelus tu⁹].i.charitas & feruens amor circa legem [qa obliti ſunt verba tua[& p̄cepta faciētes cōtra ea, ac ſi nihil reputarēt ea[inimici mei]& aduerſarij veritatis, q me oderūt ꝓpter legē tuā quā teneo. Ideo aūt ſic zelo, qa[Ignitū] eſt ſpū ſ.[eloquiū tuū]à te in lege datū.i.verba ſacri eloquij tui: qa purgat corda vt fornax aurū, accēdit & inflāmat ad dilectionē, illuminat ad cognitionē[vehemēter].i.valde[&]ideo[ſeruus tuus].ſ.ego & quicūq; tibi obediēs [dilexit illud]zelādo ꝓ ipſo. Et cū [Adoleſcētulus]& iunior[ſum ego]ętate, hoc dicit ex pſona populi chriſtiani q poſteriores ſunt tēpore, populo veteris legis[& cōtēpt⁹]i.deſpect⁹, qa in prīcipio ab īfidelib⁹ multipli-

citer afflictus, tamẽ[iuſtificationes tuas].i. mãdata[nõ ſum oblitus] ſed frequẽter habeo in corde ad meditãdũ in ore ad docendũ, in manu ad faciendũ. Et meritò nõ ſum oblitus, qa[Iuſtitia tua]ô deus, qui iuſtè reddis vnicuiq; ſecundũ opera ſua, eſt[iuſtitia in æternũ] duratura, qa æterna bona bonis, & ęterna ſupplicia malis promittit, & à nullo vnq̃ calumniari poterit[& lex tua]eſt[veritas] in ſe & vera per oĩa quæ nullam cõtinet falſitatẽ. Et pro hac lege tua[Tribulatio] exterior [& anguſtia]interior, quæ immittũtur iuſtis, tanq̃ munera ad põdera peccatorũ deponenda & merita augmentãda[inuenerũt me].i. venerũt ſuper me. Et tamẽ [mandata tua meditatio mea eſt[q̃d eſt remediũ cõtra tribulationes. Meditatio enĩ legis diuinæ præbet cõſtantiã in aduerſis. [Æquitas]& iuſtitia in ſe, et etiam æquitatis iudicatiua, ſunt[teſtimonia tua].ſ. præcepta legis cũ teſtificatione tua data, vel ipſa ſcripturarum verba[in æternũ]& oĩ tempore, quia nunq̃ in aliquo iniqua vel falſa reperiuntur. Et ideo[intellectũ da mihi]ad ea cognoſcenda et opere implenda [& viuam] vita gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Perfecta quidẽ virtus eſt intellectus, ſi quis q̃d ſenſu capit, factis exeqtur. Et qa tribulatio & auguſtia ĩuenerũt me, ideo

CLamaui]ad te preces fundendo[in toto corde]attentè quo ad intellectũ, deuotè quo ad affectũ, nõ aliundè cogitando, nõ aliud quęrendo. Et ideo[exaudi me]ô[dñe]ad hoc.ſ. vt iuſtificationes tuas requirã] vtiq; faciendas, nõ tantũ ſciendas. Iuſtificationes aũt dicuntur mandata, quæ facientes iuſtificant. Et quaſi repetit,[Clamaui ad te] orando deuotè, qa enĩ vndiq; ſunt hoſtes, vocandus eſt qui ſit auxilio[&]tu[ſaluum me fac].ſ. in aĩa à peccato & oĩ periculo [vt]meli⁹[cuſtodiã mandata tua]ea opere implendo. Quia ex magno orandi affectu,[Præueni in maturitate].i. præueni horam humanis actionibus oportunam, hoc ẽſt, in tempore nocturno, et intẽpeſtiuo [& clamaui] orãdo ad te dñe [quia in verba tua] quibus præuenientibus

& vigi-

& vigilantibus promittis bona æterna[ſuperſperaui] .i.valde et ſupra merita ſperaui,ſemper creſcẽs in ſpe, etiam in aduerſis. Et[Præuenerũt oculi mei] interiores,intellectus cogitando ſiue meditando ,et affectus deſiderando,directi [ad te]cognoſcendũ et diligendũ [diluculo] tẽporis.i. mane ante diẽ in morẽ ſtrennui operarij,q ante lucẽ ſurgit ad bene operandũ:vel,[diluculo]virtutis[vt meditarer eloqa tua].i.legem eloquia tua cõtinentem. Aug. Pudor eſt, ſi radius ſolis in ſtrato ocioſum te inueniat ,primitias ergo vocis, & cordis tota die deo ſacrificia, & tunc nox vertetur tibi in lucem,nõ tẽporis,ſed gratiæ.Et qa ita ſtudioſè ad te vigilo,ideo[Vocẽ meã]qua clamo ad te[audi]auferendo pœnã peccati.Et hoc[ſecũdũ mĩam tuã]õ[dñe] de qua cõfido,nõ ſecundũ merita mea quæ nõ habeo, [& ſecundũ iudiciũ tuum] quo ſupplicibus parcis, & ſe dãnãtes abſoluis[viuifica me]per gratiã tuã ne moriar per culpã,ſed viuã per gratiã. Et neceſſe eſt vt viuifices:qa [Appropinquauerũt perſequẽtes me]iniuſtè verbis & factis[iniquitati].ſ.me perſequendo[à lege aũt tua] quæ pcipit diligi pximum, & perſecutionem innocentum prohibet, & omne pctm̃ [lõgè facti ſunt]ex hoc ipſo.Illi appropinquauerũt, ſed mihi nõ nocuerũt,quia[Prope es tu]õ[dñe]me,qui in lege tua maneo ad me ſaluandum, & eos repellendum[& oẽs viæ tuæ]ſunt[veritas]& iuſtitia:qa ſine me permittas affligi,ſiue liberes à tribulatione, totũ iuſtè facis: quia aliquãdo innocẽtes & ſancti ad augmẽtum meriti ſui tribulantur,vt ſanctus Iob & alij multi. Et quaſi dñs quæſiuiſſet,vnde ſcis ꝙ oẽs viæ meæ ſunt veritas, reſpondet.[Initio].i.ab initio humani generis. Ex tunc enim fuit eccleſia, vel generalis iuſtus, in cuius perſona hic propheta loqtur[cognoui de teſtimonijs tuis] .i.de verbis legis quibus teſtatus es & promiſiſti daturum te eſſe regnum tuis filijs ſempiternum , & malis ſuppliciũ æternũ[quia in ęternũ fundaſti ea]manſura: quia id quod per ea promiſiſti, eſt ęternũ:vel teſtimo-

nia dicit pcepta quæ dicũtur in æternũ fundata: quia pro eis neglectis vel ſeruatis, pœna vel merces redditur æterna. Tu domine prope es, ergo

VIde] oculo miç [humilitatẽ meã]. i. placeat tibi humilitas mea, quæ eſt in operibus meis & tẽtatiõibus, quę oĩ chriſtiano neceſſaria eſt [& eripe me] à diabolo, mũdo & carne tentãte [qa legẽ tuã] quę dicit, qui ſe humiliat exaltabiť [nõ ſum oblitus,] ſed memoriter tenui. Et [Iudica iudiciũ meũ]. i. diſcerne cauſam meã, quã habeo cõtra diabolũ & hoĩes iniqs, trahentes me frequẽter ad malũ [& redime me]. i. tanq̃ pcio redemptũ, libera me à periculis & malis [pter eloquiũ tuũ] .ſ. legis tuæ, quæ promittit vitã & dirigit ad eã [viuifica me] modo vita gratię, & tandẽ vita gloriæ. Me viuifica, ſed [Lõgè] eſt [à pctõrib⁹ ſalus] gratię & glorię. A qua lõge ſe fecerũt [qa iuſtificationes tuas]. i. legem & mãdata quę faciẽtes iuſtificãt [nõ exqſierũt]. ſ. vt facerẽt, & ſecũdũ ea viuerẽt. Et tamẽ ſi lõgè eſt à pctõribus ſalus, nemo deſperet: qa [Miç tuæ] quib⁹ bene facis ſine meritis, & parcis pctõribus pœnitẽtibus [multæ] ſunt ô [dñe] qui nos de tot & tãtis periculis eruis, qa multipliciter miſeris miſereris. Et ideo cõfidenter peto [ſecũdũ iudiciũ tuũ] quo humiles exaltas: vel quo nũc diſcernis pios ab impijs [viuifica me] p augmentũ gratiæ tuæ: qa [Multi] ſunt [qui perſequũtur me] mortifera ſuadendo [& tribulãt me] flagella inferẽdo. ſ. dęmones & mali hoĩes. Et tamen [à teſtimonijs tuis]. i. pceptis te teſtificãtib⁹, ſeu per te in lege teſtificatis [nõ declinaui] fultus robore tui auxilij. [Vidi] aũt [puaricãtes]. i. impios legẽ tuã trãſgredientes, & à teſtimonijs tuis declinãtes [& tabeſcebã] i. zelo dei & charitatis accenſus, dolebã & mœrebã. Et hoc faciebam [quia eloquia tua] & pcepta tam dulcia, tam vtilia [nõ cuſtodierũt] ſed in tribulatione abiecerũt. Cõmendans aũt ſe, & diſcernẽs ab eis ſubiungit: Et ideo, [Vide] hoc. ſ. [qm̃ mandata tua dilexi]. i. ex dilectione impleui, non tantũ in me ſeruando, ſed etiã in me & in alijs zelãdo, quod

quod plus eſt q̄ ſeruare: vnde peto ô [dñe in mīa tua] nõ in meis meritis & iuſtitia viuifica me] vita gratiæ in p̄ſenti & gloriæ in futuro. Et verè viuificabis me, quia hoc dixiſti in ſcripturis veris qui ſemper vera dicis. Nã [Principiũ verborũ tuorũ] eſt [veritas].i. à veritate verba tua ꝓcedũt, & ideo veracia ſunt, vt impleant quod promittũt, quibus ꝓnũciatur vita iuſto, pœna impio: vnde ſequitur [in æternũ].ſ. ſunt, & durabũt quãtũ ad effectũ [oĩa iudicia iuſtitiæ tuæ] quibus reddis p̄mia tibi obedientibus, & pœnas inobedientibus. Et hæc iudicia nunq̄ mutabũtur, q̄a ſententiã de bonis vel malis ſemel latã, nec tempus, nec vlla res ſubuertet. Viuifica me dñe. Et operæprecium eſt, quia

PRincipes] huius mũdi.ſ. dæmones, rectores tenebrarũ harum, vel mali hoĩes.ſ. tyranni, hæretici, & falſi fratres [perſecuti ſunt me] iniurijs, cõtumelijs, & moleſtijs affligendo. Et hoc [gratis].i. ſine cauſa [&] tamẽ [à verbis tuis] quibus cõminaris tranſgreſſoribus legis tuæ pœnas, & quibus ais: Qui me nega. co. h. neg. & ego e. corã patre meo, [formidauit cor meũ] .i. ego in hac perſecutione, quia timor tuus excludit timorem eorum, & ſic vinco. Et ideo [Lætabor ego] quaſi victor [ſuper eloquia tua] me in tribulatiõe cõſolantia, & coronã ſi vicero promittentia: vnde beatus vir qui ſuſ. te. q̃m cũ p. ſ. ac. coronã vitæ. Lætabor dico [ſicut] ille [qui] poſt bellũ [inuenit ſpolia multa] imò amplius: q̄a oĩs theſaurus in comparatione illorũ, arena eſt exigua. Lætabor etiã in hoc, ꝙ [Iniquitatem odio habui & abominatus ſum] prorſus exhorreſcens & longè à me faciẽs [legem aũt tuam dilexi] in affectu mentis, tanq̄ quid vtile & honorabile, prohibens iniquitatem, & ex dilectione, non ex timore impleui. In cuius ſignum [Septies in die].i. omni tempore vitę meæ, quod ſeptẽ diebus circũagitur: vel, [in die].i. in luce virtutum poſitus: vel [Septies].ſ. in ſeptem horis canonicis [in die] naturali, vt mos eſt religioſis, et hoc præter laudes nocturnas [laudem

dixi tibi].i.laudaui te [ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ]cõſiderando oĩa opera tua iuſta,quæ ſunt executiones tuę iuſtitiæ:vel[ſup iudicia].i.flagella[iuſtitiæ tuę].i.quibus corrigis,& iuſtificas filios quos recipis. Et meritò legem tuã dilexi, qa[Pax multa]eſt, etſi nõ ſemper tẽporis,ſaltẽ pectoris,& tandẽ æternitatis[diligentibus legẽ tuã].ſ.ex amore eã facientibus , & ex amore in ea ſtudentibus:vel[dili.legẽt.].i.ſacrã ſcripturã. quia in ea inueniũt remediũ cõtra oẽm deſolationẽ[& nõ eſt illis ſcandalũ]hoc enĩ nõ patientur finaliter,ita vt offendant,& in pœnã incidant:vel [nõ eſt il.ſcanda.].i. data occaſio ruendi in peccatũ ſicut alijs. Dilexi inq̃ legẽ,&[Expectabã].ſ.in ſpe[ſalutare tuũ dñe].i. effectũ ſalutarẽ.ſ. in tribulatione mea multiplicẽ cõſolationẽ [&]ideo mãdata tua dilexi]per quæ habeo ſalutare & cõſolationẽ. Et quia dilexi mandata tua,ideo [Cuſtodiuit aĩa mea] corde per iugẽ memoriã, & opere per efficientiã[teſtimonia tua]& mãdata[& dilexit ea vehementer.]Qui enim diligit,ipſe veraciter libenterq́ꝫ cuſtodit. Et hoc non meritis ſuis, ſed deo attribuit,d: [Seruaui]diligenter opere implendo[mãdata tua]noua[& teſtimonia tua]vetera[quia oẽs viæ meæ].i.cogitationes ac dicta & facta mea , q̃bus velut quibuſdã vijs ꝓgredior & proficio in conuerſatione vitę meæ, ſunt[in cõſpectu tuo].i.in p̃ſentia tua & tibi placent. Ad hoc ſunt in conſpectu dñi viæ iuſtorum vt dirigat greſſus eorum:quia nulla via bona eſt,niſi quam deus illuminat. Et quia dilexi & ſeruaui mandata tua, ideo

APpropinquet]tibi[dep̃catio mea]quę eſt de exhibendis bonis,facta[in cõſpectu tuo] ô[dñe]vt eã à te nõ repellas,ſed benignè audias . Et q̃ ſit illa deprecatio ſubditur[iuxta eloquiũ tuũ].ſ.legis tuę[da mihi intellectũ]vt ſapiã id quod ædificationis eſt:vel[iuxta elo.tu.da mihi intel.].i. ſecundũ altitudinem eloquij tui,eleua intellectũ meũ ad ipſum intelligẽdũ. Et[Intret]etiã ad te[poſtulatio mea] quæ eſt de remouẽdis malis facta[in cõſpectu tuo] vt eã ſuſcipias & clemẽter exau-

exaudias:vel[in cõſpe.tuo].i.in cordis ſecreto vbi ſolus deus cõſpicit. Talis enim dep̃catio vel poſtulatio, quæ de corde naſcitur, nõ de ore tantũ, venit vſq; ad deũ[ſecundũ eloquiũ tuũ].i.p̃miſſum tuũ [eripe me] ab hoſtibus viſibilibus & inuiſibilibus. Graue enĩ eſt tam diu luctari cũ eis:vel[ſecũdũ eloq.tu.].i.ſecundũ altitudinẽ eloquij tui[eripe me]à labe cõcupiſcentiæ, & à meditatione terrenorũ, ad quæ meditãda & cogitanda natura eſt prona. Da inq̃ intellectum, quia tunc [Eructabũt labia mea].i.ex cordis abũdãtia veluti effundent[hymnũ].i.laudẽdei[cũ docueris me iuſtificationes tuas].i.mandata & eloquia tua, per quæ iuſtificas:vt nõ ſolũ memoria retinẽdo, ſed etiã faciẽdo cuſtodiã, aliter enim nõ eructabũt niſi tu doceas. Et etiã ſi docueris,[Pronũtiabit lingua mea]ex charitate docendo proximũ[eloquiũ tuũ].i.legis tuæ, vnde eſt ſalus, nõ ocioſum verbũ, vnde reddenda eſt ratio. Et iuſtũ eſt[quia oĩa mandata tua]ſunt[ęquitas].i.æquitate plena,& ſunt recta via veniendi ad ſalutẽ, ad quam nõ poteſt aliter perueniri. Sciens aũt iſte quæ pericula ſequantur docentẽ à cõtradicentibus, ait:[Fiat manus tua].i.potentia & operatio adiutrix [vt ſaluet me]ab inimicis & cõtradicentibus, & dirigat linguã meã in docẽdo ad meã & aliorũ ſalutẽ. Quod hac fiducia peto[q̃m mãdata tua elegi] præ oĩbus tẽporalibus ad ea meditanda, operãda, & docẽda:q̃ ſunt oĩbus ad ſalutem vtilia. Et[Cõcupiui ſalutare tuũ]ô[dñe].i.effectũ virtutis tuæ ſaluatricis, vel ſalutẽ æternã quæ eſt in te obiectiuè[&]ideo[lex tua meditatio mea eſt]eo ꝙ dirigat ad cõſecutionẽ huius ſalutis, Amb. Qui cupit ſalutẽ dei, meditatur in lege, nec inde auertit̃ aliqua cura huius ſæculi. Fiat inq̃ manus tua, & ſic:[Viuet aĩa mea]vita gratiæ in p̃ſenti & gloriæ in futuro [& laudabit te]laude imperfecta in præſenti vita, ſed laude perfecta cũ beatis in futura vita[&]tũc ſ.in futuro[iudicia tua adiuuabunt me]ad laudandũ deuotius. Quis enim videns æquitatẽ dei in dãnatione malorũ, & remune-

muneratione bonorũ nõ prorũpat in laudẽ eius mirabilẽ? Dico adiuuabũt me, ſed quãdoq; [Erraui] declinãdo à via veritatis, ad vitia ſæpius [ſicut ouis quę perijt]. i. ꝑdita fuit. Ideo [q̃re ſeruũ tuũ]. ſ. me, ſicut paſtor quęrit ouẽ perditã vt reducat eã, [qa] & ſi erraui, tamẽ [mãdata tua nõ ſum oblitus] finaliter & ex toto: vnde q̃re me & miſerere mei. Mãdata obliuiſcitur, q nõ ſurgit poſt caſum. Qui errauit & non obliuiſcitur, ſurgit fortior, cautior & humilior. PSAL. CXIX.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet iuſti, petit liberari a malis huius ſæculi, dicens:

AD dñm] q oĩa poteſt, & oĩa ſcit, & benign⁹ eſt [cũ tribularer] ſuggeſtiõibus dæmonũ, linguis aduerſantiũ, & iniurijs perſequẽtiũ [clamaui] intẽtione cordis orãdo feruẽter, vt me educeret de malis ſæculi ꝑmentibus me grauiter [et exaudiuit me]. i. ad effectũ audiuit, me liberando. Clamaui inq̃ & inter alia hoc apertiſsimè. [Dñe] qui oĩa ſcis, & potes, & benignus es [libera aĩam meã] quã creaſti ad imaginẽ & ſimilitudinem tuã, & redemiſti ſanguine tuo [à labijs iniquis]. i. illorũ qui prohibendo & terrendo me detinere & impedire conãtur, ne mũdũ & ſęcularia negocia derelinquã, & familiarius tibi adhæream [& à lingua doloſa] eorum videlicet qui verbis ſuaſorijs & palliato conſilio me impedire, & à bono retrahere nituntur. Sed dñs quaſi exercens iuſtũ, dicit ei: [Quid detur tibi aut quid apponatur tibi,] q. d: Quid poterit tibi dari auxilij vel cõſilij, vel remedij q̃ muniaris? [ad]. i. cõtra [linguã doloſam?] quæ iniqua ſuadet, vel cõſulendo nocet, vel detractãdo prohibet? Cõſiliũ ꝑſentiſsimũ eſt claudere aures. Sed & ipſe dñs qui exercens interrogat, reſpõdẽs ſuæ interrogationi ſubiũgit: [Sagittæ potentis]. i. verba dei oĩpotentis. ſ. verba ſacræ ſcripturæ [acutæ] ad vulnerãdũ & trãſfigẽdũ cor vulnere amoris, dabũtur tibi pro remedio [cũ carbonib⁹ deſolatorijs]. i. cũ exẽplis ſanctorum de morte pctĩ ad vitã gloriæ cõuerſorũ. Qui bene dicũtur carbones: qa

conuer-

cõuerſi ad deũ, igne charitatis calefacti alijs mortuis adhibiti, ſuo exéplo eos vt viuãt accedũt. Dicũtur etiã carbones deſolatorij ſeu vaſtatorij, qa vaſtãdo ad deſolationé perducũt carnales affectiones, ſeu ſæculares amores. Et qa tribulationes & tẽtationes huius mũdi ſunt graues ad ſufferendũ, ſubdit: [Heu mihi]. i. gemitus magnus eſt mihi [qa incolatus meus]. i. peregrinatio huius ſæculi [prolõgatus eſt] qa etſi breue ſit tẽpus, tamẽ deſiderio eſſendi cũ Chriſto, longũ mihi videt̃. Et inde gemo ꝙ ad tumulũ miſeriarũ [habitaui] nõ cũ bonis, ſed [cũ habitantibus cedar]. i. cũ iacentibus in tenebris peccatorũ. Cedar enĩ tenebræ interp̃tatur. Et doleo cũ illis eſſe, qa [multũ ĩcola] & aliena à deo [fuit aĩa mea] diſcurrẽdo per multa vana & inutilia, quę debebat ſolis diuinis eſſe intẽta. Verũtamen aĩa quæ de deo cogitat, & deũ amat, & in eo ſperat, & mũdũ ſpernit, iã q̃dãmodo eſt cũ deo: vnde Aug. Sicut corp9 peregrinatur locis, ita aĩa affectibus. Si deũ amat, aſcẽdit ad deũ, ſi terrena amat, peregrinatur à deo. Et quã patiens ſit in ſua peregrinatione oſtẽdit cũ ſubiũgit: [Cũ his qui oderũt pacẽ]. i. q ſcindebãt catholicã vnitatẽ, [erã pacificus] eorũ moleſtias patiẽter tolerãdo & vnitatẽ ſeruando, vt eis pacẽ liberius p̃dicarẽ [cũ loquebar illis] prohibendo à malis & hortãdo ad bona, ipſi obſtinati [impugnabãt me gratis]. i. ſine meo merito & cauſa, nolẽtes me audire loquẽtẽ vtilia. Et ideo ſi audire cõtemnũt mali, nequaquã tamẽ à verbo prędicationis ceſſare debẽt boni, ne ſicut illi peccãt ex facto, ita iſti peccent ex ſilentio.

PSALMVS CXX.

In hoc pſalmo propheta agit de recurſu ad deũ, & ciues cæleſtes in tribulatione & tẽtatione ac diuini anxilij poſtulatione. In perſona ergo cuiuſlibet iuſti dicit propheta:

LEuaui]. i. ſurſum direxi [oculos meos] interiores .i. deſideria & cogitationes [in mõtes] ſpũales. ſ. ad ſctõs & ciues cęleſtes, dignitate eleuatos [vnde] & ex qbus [veniet auxiliũ mihi] cõtra oẽs tẽtatiões & afflictiões. Quia verò auxilia p̃ſtita p ſctõs, ſicut per mini-

miniſtros ſunt à deo:ideo ſubditur,[Auxiliũ meũ]tamen principaliter eſt[à dño]licet per eos,qa hi de plenitudine eius accipiunt. Illi ergo miniſtri,ſed deus eſt autor[qui fecit cælũ & terrã] & oẽm creaturã ſupmã & infimã,& ideo poteſt auxiliari. Deĩde iſte de tali auxilio lętus ſibiipſi tanq̃ alteri loquitur,q.d: Quia auxiliũ eſt à dño, vt ergo firmus ſis in bonis operib⁹.[Nõ det]dñs[in cõmotionẽ]ruinę[pedẽ tuũ].i.nõ pmittat affectionẽ tuã mutari de bono in malum,nec patiatur moueri ſtabilitatẽ qua in eo es firmat⁹[neq;]etiã[dormitet].i.tepeſcat, & ad modũ dormitãtis cuſtodiã tui negligat[q cuſtodit te]ſ.deus cuſtos prĩcipalis. Vt aũt tibi nõ dormitet eſto Iſrael: qa[Ecce non dormitabit neq; dormiet].i.nõ erit negligẽs in cuſtodia ſua tanq̃ dormitaret ſemiplene,vel dormitet plene[qui cuſtodit Iſrael].i.ſanctos vidẽtes & contẽplantes deũ: Quia ſine vlla intermiſsione cuſtoditur,qui eũ ſpiritalium oculorũ intuitu contẽplatur. Si ergo fueris Iſrael.i.videns deũ,per fidẽ operãtẽ,mereberis ipſum habere cuſtodẽ. Et quaſi quis quæreret,qs eſt iſte cuſtos, ſubdit: [Dñs cuſtodit te]in bono[dñs]eſt[ꝓtectio tua]cõtra malũ[ſuper manũ dexterã tuã].i.pluſq̃ manus tua dextera,quæ p̃cipuè defendit & ꝓtegit: vel eſt[prote.t.ſ. ma.de.tuã].i.protegat bonã operationẽ tuã,quæ per dexterã ſignificatur, ne deficiat vel detrimentũ patiat̃. Et ſic ꝓteget te q;[Per diẽ ſol nõ vret te].i.nõ vreris & eleuaberis elatione ꝓſperitatis[neq; luna per noctẽ].i.nõ ſuccũbes & deijcieris dep̃ſsione aduerſitatis. Per diẽ enim accipiũtur proſpera: per ſolẽ elatio quæ venit ex proſperis. Per noctẽ verò aduerſa: per lunã depreſsio quæ prouenit ex aduerſis. Et vt breuiter oĩa cõplectar,[Dñs cuſtodit te ab omni malo].i.potens eſt te cuſtodire ab omni malo,nõ ſolũ tribulationis & pœnę,ſed etiã à malo peccati & culpę[cuſtodiat aĩam tuã dñs].i.ab illo malo quod poteſt eſſe in aĩa.i.à peccato. Deinde cũcta cõcludit, d:[Dñs cuſtodiat introitũ tuum] in iuſtitia vel in tentatione, vt nõ permittat te

tentari

tentari vltra id quod potes [& exitũ tuũ] à vita vel à tẽtatione vt victoriã det,& victorẽ remuneret[ex hoc nũc & vſq; in ſæculũ].i.cõtinuè & omni tẽpore,ac bonis initijs,bonos exitus adiungat. Secundũ Greg. introitus vocatur ingreſſus ad fidẽ per baptiſmũ. Exit⁹ vocatur trãſit⁹ de iſta vita ad gloriã. PSAL. CXXI.

In hoc pſalmo propheta agit de gaudio & lætitia electorum adhuc peregrinantiũ ex ſpe & deſiderio ueniendi ad Hieruſalem ciuitatem cæleſtem. In perſona ergo electi ſupernã patriam ſuſpirantis,ex multis de ea auditis admodum lætus, ait:

LÆtat⁹ ſum].i.ſpẽ habui & gaudiũ[in his quę dicta ſunt mihi]per ſcripturas ſanctas oĩbus bonis chriſtianis q.ſ.[in domũ dñi ibimus] nõ manu factã in cælũ.i.in cęleſtẽ Hieruſalẽ, vt ciues efficiamur ſanctorũ & domeſtici dei. Et cũ hæc dicerentur,[Stantes erãt pedes noſtri].i.affectus ſeu affectiones animi [in atrijs tuis] .ſ.interioribus .i. in penetralibus. Et accipitur à parte totũ. Atria enĩ ſunt introitus,ſed hic accipiũtur pro penetralibus ò [Hieruſalẽ] ſuperna & cæleſtis. Cogita qualis ibi ſis futurus,& quãuis adhuc in via ſis, hoc tibi pſuade q ibi ſtes inter angelos. Sed ne iſtã terrenã Hieruſalẽ putares, ſubiecit:[Hieruſalẽ] dico[quæ ædificatur] ex viuis lapidibus, puta angelis & ſanctis hoĩbus] vt ciuitas].i. ad ſimilitudinẽ ciuitatis materialis, quæ ædificatur ex diuerſis lapidibus & lignis: vel[vt ciuitas].i. ad ſimilitudinẽ ciuitatis, quæ habet diuerſos vicos.i. diuerſas mãſiones, & in ea eſt ciuiũ vnitas maxima: vnde ſequitur,[cuius participatio].i.fruitio [eius]eſt [in idipſum].i.in deo, q eſt immutabilis,& pax vel quies mentis: vel[in idipſum].i. vnius & eiuſdẽ. Quod enĩ vnus participat, oẽs & ſinguli participant,& eodẽ bono quo vnus ſingulariter fruitur & gaudet, oẽs generaliter gaudẽt. Deus enĩ eſt obiectũ beatitudinis oĩbus ſanctis, plus tamẽ & minus participatũ ſecundũ diuerſitatẽ graduũ meritorũ. Inde tamẽ ſcio qa ibimus: [Illuc enim aſcenderũt] .ſ.ad illã cæleſtẽ Hieruſalẽ quaſi parantes nobis viã[tribus] non

nõ oẽs,ſed[trib⁹ dñi].i.iuſtæ & ſanctę corã dño.ſ.ſancti patres veteris ac noui teſtaméti, q ſunt vel in qbus eſt[teſtimoniũ Iſrael.i. q ſe teſtãtur Iſrael p bona opa, vel in quibus cognoſcitur qa verè ſunt Iſrael.i.vidẽtes deũ per fidẽ charitate formatã.Aſcenderũt inq̃[ad cõfitendũ]cõfeſsione laudis [nomini dñi].i.ad laudãdũ dñm illius ciuitatis,hoc enĩ vnicũ officiũ erit eis.Inde etiã eſt certitudo ꝙ ibimus. [Quia illic].ſ. in illa Hieruſalẽ[ſederũt].i.ſedebũt[ſedes in iudicio]futuro,iudicantes cũ Chriſto[ſedes].i.ſancti maiores, in qbus deus ſedet & inde iudicat. Sedes inq̃ exiſtentes[ſuper domũ Dauid].i.ſuper familiã Chriſti, cui dederũt cibũ in tẽpore.ſ.ſanctos minores vt iudicet eos. Dauid aũt hebraicè interpretatur dilectus.Iudicabũt aũt illi, qui oĩa reliquerunt & Chriſtũ ſecuti ſunt. Sed iudicabũtur illi,qui de rebus quas retinuerũt opera mĩæ fecerũt.Et quia ad ſupernã Hieruſalẽ perueniemus, cõuertit verba ad iudices, d: Ergo ô ſancti q in ſuperna Hieruſalẽ eſtis,[Rogate]& petite à dño ea[quę ad pacẽ]obtinendã[ſunt]i.pertinẽt,& ducũt huius[Hieruſalẽ]cęleſtis,quę dicta eſt viſio pacis.Et ad ipſam Hieruſalẽ cõuertẽs vocẽ,ſubdit[& abũdãtia] pacis ac bonorũ ſpũaliũ.ſ.nũc meritorũ,& tũc pmiorũ,detur[diligentibus te]& deũ appetẽtibus,& eſſe tecũ ô Hieruſalẽ ſuperna.Et qa adeò vtilis & delectabilis ſuper oĩa eſt pax,ergo ego ipſe rogo dicẽs,ô Hieruſalẽ[Fiat] vt & detur nobis[pax]& in pſenti & in futuro[in virtute tua].ſ.charitate.Charitas enĩ pacẽ generat,& virtus Hieruſalẽ dicitur, qa hic incipiẽs,ibi pficitur,& eſt virtus fortis vt mors cui nihil reſiſtit:qa occidit quod fuim⁹, vt aliud ſimus ꝙ nõ eramus [& abũdãtia]pacis & charitatis,cæterorũq; bonorũ ſpũaliũ, tanta fiat[in turribus tuis].i. maioribus et excelſis vt influat alĳs minoribus,qa per charitatẽ reguntur infirmi à firmis. Sed qa charitas eſt,nõ noſtra, ſed q̃ aliorũ ſunt quærere:ideo cũ de charitate diceret ſubdit:[Propter fratres meos]fide [& ,pximos meos]charitate cõuertẽdos &

lucran-

lucrādos [loquebar pacē de te] ô Hieruſalē.i. p̄dicabā pacē tuam alijs vt allecti amore tui venirent ad te. Et [Propter domū dñi dei noſtri] ædificandam, hoc eſt, non propter me tantū, ſed propter eccleſiā, p̄pter ſanctos & peregrinos & inopes vt & ipſi aſcēdāt [quæſiui] rogādo & p̄dicādo [bona] nō tēporalia, ſed vera & p̄pe tua [tibi] .i. ad honorē tui ô cæleſtis Hieruſalē, ad te cōgregādo ciuiū multitudinē, hoc feci, qa dom⁹ es dei, & ita in hoc ꝙ te diligo, deum diligo. PSAL. CXXII.

In hoc pſalmo p̄pheta docet recurrere ad deū, in quibuſcūꝗ tribulationibus, orans ſic in perſona cuiuſlibet iuſti.

AD te] ô dñe de⁹ [leuaui] affectu & deſiderio [oculos meos] interiores. ſ. affectionē & intētionē [q habitas in cælis] .i. in angelis & ſanctis, in q̄bus q̄eſcis: vel [q ha. in cæl.] ſuperiorib⁹. Licet enī deus ſit vbiꝗ p̄ eſſentiā & potētiā, tamē ſpeciali modo dicitur habitare in cælis, vbi facie ad faciē videť à ſctis. Et ſubdit p̄ ſimile q̄modo leuauit, d: [Ecce ſicut oculi ſeruorū in manib⁹ dñorū ſuorū] .ſ. reſpiciūt, deſiderantes aliq̄d ſubſidiū vel p̄miū laboris: vel vt parcāt eis delīquētib⁹ qa vtrūꝗ eſt in dñorū poteſtate. Et [Sicut oculi ancillæ] .ſ. reſpiciūt [in manib⁹ dñæ ſuæ] expectātes ab ea auxiliū & beneficiū [ita oculi noſtri] interiores & exteriores [ad dñm deū noſtrū] intēti ſunt & reſpiciūt [donec] .i. vt, vel q̄uſꝗ [miſereať noſtri] à p̄ſenti miſeria liberādo, & ad gloriā trāsferēdo, vbi eſt honor & gloria. Et quia tota vita ſup terrā eſt tētatio & perſecutio, ideo ô homo quādiu viuis in terris, plāge, & leua oculos tuos ad eū qui habitat in cælis, clamās & dicēs q̄d ſequitur: [Miſerere noſtri dñe] mala relaxādo [miſerere noſtri] bona augēdo: vel [Miſe. no. dñe, miſe. noſtri] vt in corpore liberemur à p̄ſſuris, & in aīa à periculis. Et neceſſe eſt vt miſerearis [qa multū repleti ſum⁹ deſpectiōe] et cōtēptu. Deridētur enī fideles ab hæreticis, pauperes à diuitibus, humiles à ſuperbis. Et exaggerādo ſubdit: [Quia multū repleta eſt] .i. ſ. deſpectione [aīa noſtra] .i. vita noſtra. Et ſubdit à quib⁹ et quare deſpiciať, d: Aīa ing̃. ſeu vita facta [opprobriū] quia pauperes ſumus

[abundãtibus]fœlicitate ſæculi.ſ.diuitibus[& deſpectio]quia humiles ſumus[ſuperbis]de ſe p̃ſumẽtibus. Et ideo ſicut multiplicata eſt in nobis deſpectio, ſic multiplicetur in nobis tua miſeratio: vel ſic[multum re.ſu.deſp.]quod patet,[Quia mul.re.eſt aĩa no.] etc. Sed in futuro[opprobriũ]ſempiternũ erit[abũdantibus]fœlicitate ſęculi[& deſpectio]erit[ſuperbis]quãdo.ſ.pauperes exaltabũtur in gloria,& ſuperbi diuites demergentur in gehenna. PSAL. CXXIII.

In hoc pſalmo propheta in perſona iuſtorũ recognoſcẽtiũ ſe a ſolo deo liberari,a malis huius ſæculi gratias agendo dicit:

NIſi]hoc eſſet [qa dñs erat in nobis] per gratiã p̃uenientẽ,dãs nobis poteſtatẽ reſiſtẽdi,ſupple nõ euaſiſſemus pericula imminẽtia:Sed ꝙ euaſimus,per ipſum eſt.Et hoc[dicat]corde,ore,& opere [nũc]poſt euaſionẽ vel ſpei [Iſrael].i.populus fidelis, vidẽs deũ per fidẽ. Et ex vehemẽti affectione repetẽs dicit [niſi qa dñs erat in nobis] per gratiã ſubſequẽtẽ, dãs nobis virtutẽ ſuperãdi,quaſi dicerẽt fideles pericula euadẽtes,ſiue qui iã ſunt in re beatitudinis æternæ, ſiue q adhuc ſunt in ſpe,dicãt gratias agentes, niſi dñs fuiſſet in nobis.ſ.nos ꝓtegẽs & liberãs.Cũ exurgerẽt] .i.ex malitia interiori, in exteriorẽ aſſurgerẽt [hoĩes] potentes vel dæmones ſecũdũ illud:malus homo ſuperſe.zizania[in nos].i.cõtra nos [fortè] cõtigiſſet ꝙ [viuos].i.ſcienter peccãtes.ſ.ſciẽtes malũ eſſe,& tamẽ faciẽtes ſeu cõſentiẽtes[deglutiſſent nos].i. incorporaſſent ſibi aĩas noſtras p inſtigationẽ ſcelerũ, vt perſecutiõe ſuperati,in ſocietatẽ trãſirem⁹ impiorũ, Aug. Viui abſorbẽtur ſeu deglutiũtur q ſciẽter peccãt. [Cũ iraſceretur furor eorũ]irrationabilis[in nos]& nos ex ira quaſi furioſi exequerẽtur[forſitã aquæ tribulatiõis vehementis, & impetus perſecutorũ tranſitorius [abſorbuiſſent nos]includẽdo nos vndiq;, ſicut abſorpt⁹ aqua vndiq; circundatur ea, & nõ potuiſſemus euadere. Sed per dñm & diuino adiutorio,[Torrentẽ].i.tribulationem validã & impetuoſam[pertrãſiuit aĩa noſtra]

ſtra]quia nō hæſit, ſed euaſit. Et niſi dñs fuiſſet in nobis[forſitā pertranſiſſet] i.pertrāſire habuiſſet aīa mea aquā].i.pſecutionē[intolerabilē]virib⁹noſtris.i.difficilē tolerari, & pericula maiora pdictis. Et qa trāſiuimus,ergo[Benedictus]ſit[dñs] & laudatus]qui nō dedit nos].i.dari nō permiſit[in captionē détibus eorū] .i.in eorum poteſtatē crudelem, quaſi more ferarum, ſanguinē noſtrū ſitientiū. Dētes eorū numeroſitas eſt vitiorū. Sed ſi corpora electorū dñs occidi ſinit, nequaquā tamēaīas perire permittit:vnde ſubditur: Nā [Aīa noſtra]& ſi corpus patitur,ſit[ſicut paſſer]euadēs [erepta eſt].i.liberata per deū [de laqueo venantiū].i. de inſidijs & deceptionibus perſequentiū,ac dolis & à ſtudijs dæmonū. Et [laqueus cōtritus].i.diruptus[eſt] per dñi potētiā [& nos] in quibus eſt deus[liberati ſimus]nō virtute propria,ſed diuina. Laqueus cōterit, quādo aduerſitas & proſperitas huius mūdi mētis fortitudine ſuperatur. Sed qa hoc ſancti nō ſuis virib⁹,ſed diuinæ largitati tribuūt,rectè ſubiūgendo dicūt:[Adiutoriū noſtrū] ad laqueorū cōtritionē & noſtri liberationem,nō à nobis,nec in nobis,ſed[in noīe dñi].i.in inuocatione & poteſtate noīs dñi eſt, vel fuit [qui fecit cælū & terrā]& oīa quæ in eis ſunt:vel[cęlū & terram].i.cæleſtia & terreſtria. PSAL. CXXIIII.

In hoc pſalmo propheta agit de firma ſpe in deo ſemper habēda. Oſtendens ergo fidentē in dño, non poſſe moueri, dicit:

QVi cōfidūt] & ſpem ſuā ponunt [in dño] nō in mūdo, nō in reb⁹ mūdanis, nec in hoībus vanis,ſunt[ſicut mōs] firmi & fortes, ſtabiles,& immobiles, ne terrena proſperitate fluctuent. Mōs inq̄[Syon].i.ſpeculationis vt etiā deū cōtēplari valeāt. Et[nō cōmouebit in æternū] à ſtabilitate fidei & virtutis[q habitat in Hieruſalē] ſpūali .i. in eccleſia Chriſti charitate formata: vel [in Hieru.] ſupna p cōtēplationē.ſ. cuius cōuerſatio in cælis eſt. Et cauſam huius ſtabilitatis ſubiūgit deſcribēs qualis eſt iſta Hieruſalē & dicit:[Mōtes].i. angeli, prophetæ, apoſtoli,

martyres,cõfeſſores,& cęteri ſancti ac pdicatores à terra ſubleuati, ſunt[in circuitu eius]q̃ſi mur⁹ defenſiõis. Sãcti enĩ eccleſiã muniũt & defendunt doctrinis,exẽplis,miraculis ,orationibus.Sed ne in mõtibus remaneas & ſpei ancorã figas ,addit:[& dñs]qui habitat in mõtib⁹ & vertex eſt mõtiũ, eſt[in circuitu populi ſui] vt fortis defenſio [ex hoc nũc & vſq; in ſęculũ]ſicut ipſe dignatus eſt polliceri, d:Ecce ego vobiſcũ. Et verè nõ cõmouebũtur cõfidẽtes in dño. [Quia nõ relĩquet dñs]vt ſemp duret[virgã pctõrũ].i.flagellũ malorum [ſup ſortẽ iuſtorũ] q ſunt ſors & hæreditas dei: vel de ſorte eius,licet ad tẽpus fieri pmittat ,ppter diſciplinã populi ſui,aliquãdo ad correctionẽ morũ ,aliquando ad augmẽtũ meritorũ [vt nõ extẽdãt iuſti ad iniqtatẽ] ſuperati in tẽtatiõe ,ſed teneãt ab iniqtate[man⁹ſuas] intelligẽtes hoc põd⁹ tribulationũ ad tẽp⁹eſſe, & ideo patiẽter ferãt,expectãtes dñi aduentũ & retributionẽ. Et quia boni merẽtur remunerari,& mali puniri,ſubiũgit:[Benefac]ô[dñe].i.bona da dñe tẽporalia ad ſuſtentationẽ,ſpũalia ad iuſtificationẽ,cæleſtia ad remunerationẽ: vel[Benefac do.]i.bene facies cõferẽdo bona gratię in pſenti & glorię in futuro[bonis]opere[& rectis corde] ſ.q bona agũt & recta cogitãt.[Declinãtes aũt]à rectitudine fidei & virtutis , ac dei iuſſis[in obligatiões].i.ad pctã quæ obligãt ad pœnã [adducet dñs]ad pœnã ęternã[cũ operãtibus iniquitatem].i.cũ dæmonibus obſtinatis in iniquitate ſecũdũ illud Mat. Ite maledicti in ig.æter.Sed ecõtrario [pax]interna & æterna erit[ſup Iſrael].i.ſuper bonos & rectos corde, nũc fide vidẽtes deũ, & tandem ſpecie viſuris. Ibi erit pulchra pax,qa ex nulla parte erit turbatio. Aĩa enim habebit pacẽ infra,quia caro oĩno obediet ſpũi.Item pacẽ ſupra,qa aĩa oĩno erit deo obediẽs.Itẽ pacẽ intra, qa ratio & volũtas oĩno cõcordabũt.Itẽ pacem extra, qa nulla creatura nocebit ei,& nihil cõcupiſcet q̃d nõ habeat, et ita pax erit vndiq; & pulchritudo pacis & abundantia. Ad hanc pacem peruenient qui hic pacifici fue-

ſici fue-

ſici fuerint. PSALMVS CXXV.

In hoc pſalmo pphet a agit de gaudio & cōſolatione & gratiarū actione ſpiritualiter liberatorum .ſ. a captiuitate & uinculis peccatorum in perſona eorum ſic incipiens:

IN cōuertēdo] i.poſtquā cōuertit [dñs captiuitatem Syon].i.eccleſiæ & populi chriſtiani,redimēdo nos à vinculis pc̄tōrū ſanguine innocenti [facti ſum⁹ ſicut cōſolati] i.gauiſi ſumus tanq̄ cōſolationē accipiētes, licet nōdū ſecuri. Vnde dicit ſicut, qa pfecta cōſolatio,nō eſt in prꝗſenti. Et [Tūc].ſ.in illa cōuerſiōe [repletū eſt gaudio] ſpūali [os noſtrū].ſ.cordis.i.mēs:qa ſicut ore loquimur hoib⁹,ita mēte loqmur deo [& lingua noſtra].ſ.corporis,repleta eſt [exultatiōe].i.iubilatiōe,ꝓ tāta gratia qua ſaluamur. Sed qa hæc gratia, p apoſtolos in gētib⁹ eſt prꝗdicata, ſubiūgit: [Tūc] etiā [dicent] aliqui [inter gētes] vidētes pc̄tōrū cōuerſionē, ac talē vitæ emendationē,& magnarū virtutū opationē [magnificauit dñs facere cū eis].i. magnā gratiā & magnifica fecit cū fidelib⁹,& magnos fecit eos dñs captiuitate depulſa ab eis. Ita ipſi dicēt,et nos atteſtamur qa reuera [Magnificauit dñs facere nobiſcū.] Nos enī malè nobis fecimus qui ſub pc̄tō nos vēdidim⁹: vnde redēptor nos liberās,benefecit. Fecit nobiſcū mīam, liberauit de captiuitate pc̄tī, retraxit de ſeruitute diaboli. vnde [facti ſum⁹ lꝗtātes] qui prius eram⁹ triſtes & gemētes. Sed qa liberati à pc̄tīs,īdigēt cōfortari ne relabātur,& vt in virtutib⁹ ꝓficiāt,ideo orat & petit ꝓpheta,d: [Cōuerte] ô [dñe] perfectè [captiuitatē noſtrā] qua adhuc tenemur captiui, quæ eſt ſequela ipſius pc̄tī .ſ. pronitas ad malū,& difficultas ad bonum [ſicut torrēs] cōuertitur [in auſtro] vt ſicut torrēs q eſt cōſtrictus frigore hyemis, flāte auſtrali vēto ſoluitur, & fluit, ita flante ſpiritu ſancto, qui per auſtrū (ſicut diabolus qui p aquilonē vētū frigidū) ſignificatur, ſoluti à peccatis, curramus in patriā cæleſtē. Et licet in iſto curſu ſit labor: nō tamē ideo deſiſtendū eſt: qa [Qui ſeminat] opa bona, opa miꝗ [ī lachrymis] cōtritiōis et deuotiōis [in

exultatione metẽt]fructũ æternæ beatitudinis,quem colligẽt ex ſeminatis operibus bonis. Vnde hi tales q ſeminãt in lachrymis,[Eũtes]i.bonũ faciẽtes[ibãt]i. ꝓficiebãt.Eũtes enĩ vadũt,qui quotidie ꝓficiẽdo creſcũt[& flebãt]de ſuis & aliorũ miſerijs[mittẽtes] indeficienter quaſi ante ſe p̃mittẽtes illi ſæculo futuro[ſemina ſua].ſ.lachrymas & quæq; bona opera. [Veniẽtes aũt]in futura reſurrectione ad iudiciũ [venient]à morte reſurgẽdo [cũ exultatiõe]quæ debetur flẽtibus euaſis periculis, et inuẽto portu ſalutis [portãtes manipulos ſuos].i. fructũ ſeminis.ſ.meritũ operũ bonorũ.Sicut ergo quotidie tranſeunt tẽpora, ſic quotidiè mittenda ſunt ſemina.

PSALMVS CXXVI.

In hoc pſalmo propheta agit de ſpirituali domus dei.ſ.eccleſiæ & fideliũ ædificatione in fide & moribus, ac ſancta & honeſta conuerſatione. Dicit ergo *propheta:*

NIſi dñs].i.Chriſt᷒[ędificauerit]interi᷒[domũ].i.ecclſiã ſuã.ſ. populũ ſuũ in fide et moribus, [in vanũ laborauerunt]rectores,et p̃dicatores foris loquẽtes[q ędificãt eã.]Ipſe eſt enĩ virt᷒prĩcipaliter operãs interius,nos verò organa. Nec enĩ q plãtat etc.ſed q incremẽtũ dat de᷒.Et qa egit de ædificatione,ſubdit de cuſtodia,d:[Niſi dñs cuſtodierit]in fidei puritate et morũ honeſtate [ciuitatẽ].i. eccleſiã et cõgregationẽ fideliũ, poſtq̃ fuerit ædificata,vt ædificata duret et ꝑſeueret[fruſtra vigilat qui cuſtodit eã] cõtra hoſtes,et inutile eſt omne ſtudiũ humanũ. Deinde ne aliqui velint exaltari ante humiliationẽ,cõuerſus ad illos,et ſpecialiter ad p̃dicatores ait: [Vanũ] et inutile [eſt vobis ante lucẽ] .i.Chriſtũ,qui eſt lux noſtra[ſurgere].i.alio ordine velle exaltari, quã ipſe Chriſtus,q prius humiliat᷒ quã exaltat᷒ fuit. Sic tu ſi vis exaltari, humilia te hic per afflictionẽ pœnitẽtiæ.Ante Chriſtũ enĩ ſurgit,qui ſe Chriſto p̃ponit, q̃d facit qui hic vult eſſe excelſus,vbi ille fuit humilis: vel[Vanũ eſt vobis ante lu.ſur.].i.ante illuminationẽ diuinæ gratiæ, et notitiã veritatis ad opus ſp̃ũalę faciendũ,quaſi de ve-

ſtra

ſtrà virtute præſumẽdo. Sed[ſurgite ad ædificiũ ſpũale[poſtq̃ ſederitis].i. ad modũ ſedẽtis vos habueritis, humiliter gratiã dei ſpũalẽ.ſ. operatricẽ expectando [qui manducatis panẽ doloris].i.vos eccleſię miniſtri qui ſuſtentamini de eleemoſynis pœnitentiũ et dolẽtiũ de peccatis ſuis. Poſt ſeſsionẽ ergo ſurgendũ et nõ ante:quia[Cũ dederit]dñs[dilectis]et electis[ſuis]eccleſiã verbo et exẽplo ædificantibus [ſomnũ].ſ.mortis tẽporalis,quæ mors dicitur ſomnꝰ,qa terminus eſt laboris[ecce hæreditas dñi]parata eſt,et illis ſtatĩ dabitur. Quæ aũt ſit illa hæreditas oſtendit,d:[filij merces].i.quã filius reddet ꝓ mercede amicis ſuis. Et quę eſt merces?[fructus ventris].i. Chriſtus qui eſt fructus ventris virginis: vel[Cũ de.di.ſu.ſomnũ].i.ęternã requiẽ[ecce h.do.].ſ.[filij].i.fideles edocti ab ipſis in fide et moribus,qui dicũtur eorũ filij, et ſunt hæreditas dñi. Et[merces]eorũ ęterna eſt[fructus vẽ.].i.Chriſtꝰ, qui eſt fructus ventris virginalis. Deide oſtendit quomodo collecti et acquiſiti ſunt hi filij,et vnde facta eſt tãta hæreditas.ſ.per ſagittas:qa[Sicut ſagittę]ſunt[in manu]alicuius[potẽtis]vt eas de arcu excutiat ad aduerſarios debellãdũ[ita filij].i.imitatores[excuſſorũ].i.apoſtolorũ,qui p manũ Chriſti excuſsi et miſsi vſq; ad fines terræ peruenerũt. Filij inquã ab eis edocti, parati ſunt et apti ad hæreticos et quoſcũq; aduerſarios veritatis feriendos et debellandos,vel apoſtoli et doctores dicũtur excuſsi quaſi à terrenorũ oĩm impedimentorũ cupiditate expediti,et ad p̃liũ accincti. Et qa p tales collecti ſunt filij,et acquiſita eſt hęreditas,ergo [Beatus]eſt ille.ſ.beatitudine ſpei,et erit beatitudine rei[vir].i.homo virtute virẽs [qui impleuit deſideriũ ſuũ]ſpirituale[ex ipſis] ſagittis.i. prædicatoribus ſeu verbis doctrinæ eorũ,ſeruãdo q̃d illi prædicauerunt. Et verè talis beatus eſt,qa nõ cõfundetur, nec erubeſcat ſermones dei[cũ loquetur inimicis ſuis].ſ. Iudęis, gentibus,hæreticis,et falſis chriſtianis,et oĩbus eccleſiæ et veritati aduerſarijs eos potenter arguendo [in

porta].i. in cõmuni & in manifeſto, vt omnes nouerint qd loqtur,ſed bene viuẽdo & rectè docẽdo cõfundet ipſos inimicos. Is enĩ ſine cõfuſiõe p̃dicat,quẽ vita & doctrina cõmẽdat: vel[in porta]ſ.mortis,in qua nõ cõfundet à ſpiritibus malignis. PSAL. CXXVII.

In hoc pſalmo pp̃heta enumerat aliqua bona opera bonorũ, deũ timore caſto et filiali timẽtiũ,et de benedictiõe eorũ,ut cõſequã tur bona regni cælorũ. Ad timorẽ ergo dei, monẽs propheta, d:

BEati]ſunt in ſpe[oẽs q timẽt dñm]timore filiali & caſto. Et ſubiũgit q ſunt illi qui timẽt dñm.ſ. [q ambulãt in vijs eius],pficiẽdo in p̃ceptis ipſi⁹. Pręcepta enĩ dei ſunt viæ,quæ ad deũ & ad ſalutẽ pducũt. A plurib⁹ cæpit,dicẽs:Beati,ſed quia oẽs vnũ ſunt in Chriſto,ſingulariter iã loqtur,d:[Labores manuũ tuarũ qa mãducabis] ô tu q times dñm.i. fruct⁹ operũ tuorũ pcipies in viſiõe & fruitiõe diuina.[Bat⁹es]iã in p̃ſenti in ſpe [& bene tibi erit]in futuro in re, vbi oĩa bona cõfluũt ad gaudiũ ſuauitatis. Cæterũ ſi timueris deũ,[Vxor tua].i.ſenſualitas tibi ſubdita,vt vxor viro erit[ſicut vitis]bene exculta [a[illegible]dãs in laterib⁹ dom⁹ tuę].i.in oĩbus mẽbris corporis [illegible]i etc. Hoc eſt ſenſualitas tua rationi ſubdita, diſciplinæ moleſtia exculta ſecũdũ officiũ vniuſcuiuſq; mẽbri,creſcet & fructificabit,vt ſi hodie auris libẽter audiuit verbũ dei,cras audiat libẽtius,& ſic de alijs mẽbris: vel[Vxor tua].i.ſapientia diuina tibi infuſa & in ſpõſam tibi tradita,erit [ſicut vi.a.]fructib⁹[in latere domus tuę].i.ſpũales filios multos in fide & moribus edocẽs, & edoctos pariẽs & nutriẽs in habitaculis chriſtianę religionis. Et [Filij tui]de tali vxore geniti.i.diſcipuli tui.ſ. ſpũalis doctrinæ, ſic in fide & moribus edocti, & imitatores tui,ſũt[ſicut nouellę oliuarũ].i.oleo charitatis inũcti, virẽtes & fructiferi,alios in fide & moribus nutriẽtes: qa nouella oliuæ viridiores & vberiores ſunt[in circuitu mẽſa tuę] i.ſanę doctrinæ & informatiõis tuæ, vbi cibo & potu ſpũali reficiunt,vt inde alios reficiãt: vel[Filij tui].i.opera,ſunt[ſicut no.oli.]qa virẽt oleo charitatis

charitatis inũcta. Et ſunt[in cir.men.t.]quia qui talia opa faciũt,pane cæleſti reficiũtur. Et reuera beati ſunt q timẽt dñm:qa[Ecce ſic]vt ſeqtur[benediceť homo] .i.benedictio ab alijs impcabitur [q timet dñm]nõ mũ dũ,quia miſeri ſunt qui mũdana timẽt.Et ſequitur benedictio[Benedicat tibi dñs]benedictiõe q̃ eſt[ex ſyõ] cęleſti.i.benedictiõe ęterna[&]ibi poſit᷒ nũc ſpe,poſtea re,[videas bona] nõ q̃ trãſeũt,ſed bona [Hieruſalẽ].ſ. ſupnę q̃ deſideraſti[oĩbus dieb᷒ vitę tuę]i.ſemp et ęternaliter. Bona enĩ æterna ſemp videbũtur.[Et videas] .ſ.in æterna beatitudine [filios filiorũ tuorũ].i. fructũ & retributionẽ capias,bonorũ óperũ tuorũ .ſ.vitam æternã: vel eos quæ de doctrina tua in Chriſto fide & moribus generãtur:vnde habeas aureolã. Et vt breuiter oĩa cõprehendã, videas[pacẽ ſuper Iſrael] .i. ſuper totũ populũ chriſtianũ, Ad illã pacem perueniũt,qui & hic pacifici fuerint, & hęc pax omne malũ excludit. Pax ſecundũ Aug.eſt ſecuritas mẽtis , trãquillitas animi,ſimplicitas cordis,amoris vinculũ,cõſortiũ charitatis,nec ad hęreditatẽ Chriſti poterit puenire,qui teſtamentũ pacis noluit obſeruare. PSAL. CXXVIII.

In hoc pſalmo propheta agit de eccleſiæ perſecutione,& inter malos patiẽtia, ac de malorũ perſequẽtiũ deiectione,& dãnatione futura.In perſona ergo eccleſiæ quaſi reſpondeat querelis infirmorũ murmurantium quod tot mala ferant,ait:

SÆpe]& frequẽter[expugnauerũt me] matrẽ oĩm fideliũ,diabolus iniqua ſuggeſtiõe,hæretic᷒ verbis aſtutiæ,tyrãnus armis potentiæ,falſus frater, dolo inuidiæ & nequitiæ. Ab his enĩ quatuor eccleſia impugnatur.Et hoc[à iuuẽtute mea]ex q̃ cępit eccleſia .i.à primo tẽpore ętatis meę.ſ.ab Abel. Et iſtud[dicat nũc]dũ licet[Iſrael].i. popul᷒ vidẽs deũ p fidẽ, vt alij inſtruanť.Dicat inq̃[Sępe expugnauerũt me à iuuẽtute mea]vnde ſtati cũ ĩcipit homo velle bene facere &,pficere,impugnať. Repetitio notat paſſionũ frequẽtiã, & ĩfirmitatẽ vel mãifeſtã pſecutionẽ et occultã [etenĩ nõ potuerũt mihi]pualere ſ.vt me traherẽt in cõſenſũ

peccati,deo meo cõſeruãte.Et cũ palã nõ poſſent nocere,[Supra dorſũ meũ]& retro [fabricauerũt]& mala accumulauerũt[pctõres].i.perſecutores,hoc eſt,niſi poſſunt mihi occultè nocere:vel nõ nocuerũt mihi,qa [Sup.dor.me.fa.pec.] Nã cũ crebris tibulatiõibus affligerẽt me, ego faciẽ mẽtis cõuertens ad dñm, & dorſum ad ſæculũ,mala eorũ reſpicio retro , quaſi paruipendẽs.Et ſicut ſępe expugnauerũt me,ita & diu,quia [prolongauerũt iniquitatẽ ſuã]peccatũ pctõ adiũgentes:qa nõ ſunt momẽtaneæ eorũ inſidiæ, ſed diutinę. Sed quid eos ſequitur: [Dñs iuſt⁹]ſecũdũ iuſtitiã[cõcidet].i.conteret & ſuccidet[ceruices]& ceruicoſitatem [pctõrũ]& malorũ.i.deſtruet ſupbiã impiorũ. Et[cõfundãtur]æterna cõfuſione,quæ nunq̃ delebit̃.Et hoc nõ orãdo,ſed p̃dicendo, & voluntatẽ ſuã diuinę volũtati cõformãdo, dicit:[& cõuertãtur retrorſum].i.inefficaces & impotẽtes appareãt[oẽs q oderũt Syon].i. eccleſiã futura ſpeculãtẽ & iuſtorũ cõgregationẽ. Tũc aũt erit iniquorũ cõfuſio, quãdo & foris ætern⁹ iudex cernitur,& intus ante oculos culpa verſatur.Tũc conuertent̃ retrorſum,quãdo tollent̃ ne videãt gloriã dei, & mittẽtur in ignẽ æternũ. [Fiãt] etiã[ſicut fœnũ tectorũ] q̃d in alto.ſ.in tectis naſcit̃, ſed radice firma nõ ſolidatur[q̃d priusq̃ euellatur exaruit] & exſiccatũ eſt .i.poſt modicũ virorẽ, etiã nõ euulſum citi⁹ areſcit.Et in hoc petit ꝓpheta ꝙ ꝓſperitas perſequẽtiũ & odiẽtiũ eccleſiã,citò trãſeat & deficiat.[De quo].ſ.fœno arido[nõ impleuit manũ ſuã qui metet] quia tenuiter & ſparſim creſcit[& ſinũ ſuũ]nõ implet[qui manipulos colliget]quia nec in tãta copia creſcit,nec vtilitas eius tã magna eſt, ꝙ aliqs colligere illud velit. Sic erit de iſtis malis & aridis,quãdo venerint meſſores angeli,collecturi triticũ in horreũ cæleſtis mãſionis:qa nõ colligẽt bonũ fructum ex eis, quia nullus reperitur in talibus,ſed eos tanq̃ puluerẽ & paleã inutilem gehennę derelinquẽt incendijs,de quibus adhuc ſubiũgitur: [Et nõ dixerũt]malis & reprobis illi [qui p̃teribãt].ſ.

patriar-

patriarchæ, ꝓphetę, apoſtoli, & cæteri viri ſancti, qui p vitã illã currẽdo, ad patriã trãſierũt. Nõ dixerũt inq̃ iſtud. ſ. [benedictio dñi] ſit ſup vos] qa ſunt ea indigni. Et ſimiliter nõ dixerũt talib⁹ [benediximꝰ vobis in nomine dñi] qa noluerũt illos maledictos. PSAL. CXXIX.

In hoc pſalmo propheta in perſona uere poenitentis de peccatis, clamat ad dominum allegãdo dei miſericordiam:

DE profundis]. ſ. pctõrum & malorũ, ſeu de magnis tribulatiõibus ꝓ pctĩs: vel [De ꝓfundis]. i. à ꝓfundo cordis, de alta humiliatiõe mentis ab intimis aĩæ & ſpũs [clamaui] orando corde & ore [ad te] ô [dñe] qui ſol⁹ potes me liberare [dñe exaudi vocẽ meã] i. orationẽ mei pctõris, q̃ de ꝓfundo ad te puenit: vel [do. ex. ora. me.] ꝓ me ędıtã, vel à me ꝓ aliȷs æditã. Et aliȷs verbis idẽ repetit, d: [Fiãt aures tuæ intendentes]. i. auditus pietatis & mĩæ tuæ intendat [in vocem depcationis meæ] vt meã petitionẽ diligenter audiat, & clementer impleat. Pietas & mĩa ſunt aures dñicæ, quibus nos pctõres dignaẽ exaudire. Et neceſſe eſt, vt exaudias, & peccata dimittas: qa [Si iniquitates meas obſeruaueris]. i. ad iudicãdũ & puniendũ eas ſecũdum quantitatẽ culpę & rigorẽ iuſtitię tuę ſeruaueris [dñe] iuſtè, ô [dñe] bone [qs ſuſtinebit?] vindictã iuſtitię, q. d: Nullus. Quia vix aliquis ſine pctõ reperitur, & tãta eſt offenſa, quãtus ille qui offenditur. Et licet null⁹ poſsit ſuſtinere iuſtitiã, nõ tamẽ deſpero dicit pęnitẽs. [Quia apud te ꝓpiciatio eſt]. ſ. ſacrificium q̃d pro nobis oblatum eſt, & peccata ſoluit. ſ. ſanguis innocens ꝓ nobis fuſus & oblatus, delẽs oĩm pctã nocentiũ [& propter legem tuã]. ſ. euangelicã, quæ eſt lex charitatis & amoris mĩæ & gratiæ, et ꝓmittit verè pœnitentibus veniã de peccatis [ſuſtinui te dñe] expectãdo beneficiũ & effectũ tuæ mĩæ in ſpei lõganimitate. Et cõuertens ſe ad auditores, dicit nobis ad ędificationẽ quid egerit: [Suſtinuit aĩa mea]. i. patienter tulit dılationẽ cõſolationis ꝓmiſſę [in verbo eius] q̃d pœnitẽtibus veniã & regnũ ꝓmittit, quia nõ fallit [ſperauit aĩa mea in dño] id eſt,

.i.in mīa eius, q́ eſt immenſæ pietatis & clementiæ,& potēs eſt ab oī malo liberare. Deinde iā dicit quid facere debeamus. [A cuſtodia matutina] .i. à pueritia, quādo primo incipit ſe homo cuſtodire,& ratione vigere[vſq; ad noctē]mortis [ſperet Iſrael].i.popul⁹ vidēs deū p fidē formatā,hoc eſt oīs fidelis[in dn̄o]mīam eius expectādo.Ideo aūt ſperet.[Quia apud dn̄m]fuit, eſt,& erit [mīa] in relaxatiōe pctōrū , ſicut apud fontē viuū,riuulus iugiter emanat, quē ſola ingratitudo deſiccat,vt dicit Bernar. [& copioſa].i.ſufficiēs & ſupereminens [apud eū]eſt[redēptio].ſ.ſanguis p̄cioſus:qa nō auro,neq; argento,ſed p̄cioſo ſanguine ſuo nos redemit,qa toti⁹ mūdi pctā deleuit:vel[cop.ap. e.re.].i. copioſum eſt p̄ciū noſtræ redēptionis.ſ.ipſemet Chriſtus.[Et]adeò eſt copioſa q̄[ipſe redimet].i.liberabit tanq̄ p̄cio [Iſrael].i.populū fidelē, fide formata vidētē deū[ex oībus iniquitatibus eius] vt nō reſeruentur ad vindictā.Qui nō cōmiſit peccatū, ipſe poteſt redimere à pctō:vel[Et ipſe re.],ꝓprio ſanguine[Iſrael].i.populū fidelēq; credit in eū[ex om.iniq.e.]i.ex debito pœnæ,cuius debitor erat ꝓ oībus iniquitatib⁹ ſuis Greg. Nullū peccatorem reuertentem deſpicit, qui peccatores redimere venit. PSALMVS CXXX.

In hoc pſalmo propheta docet humilitatem. Oſtendens ergo ſe humilem intus & extra dicit:

DOmine nō eſt exaltatū]intus[cor meū]per ſuperbiam .ſ.motu ſuperbiæ interiori[neq; elati ſunt]extra oculi mei, per elationis apparentiā, quæ maximè relucet in oculis .i. ſignū ſuperbiæ exterius nō oſtendi.[Neq; ambulaui in magnis] oſtēdēdo ſuperbiā in facto[neq; in mirabilib⁹ ſup me].i. in trāſcendentibus ſtatū meū, vt per hoc eſſem in admiratiōe hoīm,q̄d maxime quærūt ſupbi.[Si nō humiliter ſentiebā]de meipſo,& beneficia mihi à deo data recognoſcendo, q̄d eſt ſignū veræ humilitatis, Aug. Vera humilitas eſt ſenſus ꝓpriæ vacuitatis,[ſed exaltaui aīam meā]me de eis quaſi ex me haberem eleuādo, ſupple, fiat de me punitio in modū q́ ſequitur:[Sicut ablacta-

tus ſuper matrē ſuā]à quo mater ſubtrahit mamillā, cū adhuc tamē indigeat foueri ſinu & lacte matris cōtriſtatur & perit [ita]fiat[retributio in aīa mea] .i. punitio in mea perſona, vt.ſ.à deo ſubtrahatur mihi oīs gratia & cōſolatio diuina & pereā. Vltimo cōcludit,d: Et qa ego ita ago,ergo meo exēplo[Speret Iſrael]i.fidelis fide formata videns deū[in dño]et nō pſumat de ſe,ſed cōſequi bona ab ipſo[ex hoc nūc & vſq; in ſeculū].i.hāc ſpē cōtinuè & ſemp ſine fine habeat,quſq; ad æternitatem veniat,quia poſtea non erit ſpes,ſed res.

PSALMVS CXXXI.

In hoc pſalmo propheta agit de bono deſiderio pro ædificatione domus dei ſpiritualis .ſ ecclesiæ in moribus & fide. Volens ergo ædificare domum dño, ait in perſona totius populi propheta:

MEmento].i.memorē te eſſe oſtēde ô[dñe]pater[Dauid]ſpūalis.i.Chriſti q per eū ſignatur. Primo quia Dauid fuit rex Hieruſalē, et Chriſtus eſt rex eccleſię.Et etiā ratione interptatiōis noīs. Dauid enī interpretatur manu fortis & aſpectu deſiderabilis.Et Chriſt⁹ manu fortis fuit in paſsione diabolū debellādo , nō manu armata, ſed cruci affixa, nō equo inſidēs,ſed in cruce pēdēs. Itē eſt manu fortis,ſuos modo fortiter cuſtodiēdo . Itē erit manu fortis in iudicio,ſuos inimicos cōdēnādo.Item aſpectu deſiderabilis fuit Chriſtus ad literā ,ſpecioſus & gratioſus in cōuerſatione,ſed magis in diuinitate[& oīs māſuetudinis eius].ſ.memento.i.ipſius memorē te eſſe oſtende,ꝑpter meritū māſuetudinis ei⁹,qua vicit diabolū & inimicos eccleſiæ,& in iſta māſuetudine corp⁹ Chriſti qđ eſt eccleſia vicit inimicos.Tanta aūt fuit Chriſti māſuetudo,vt duct⁹ ad victimā,nō aperiret os ſuū. Ad hoc aūt memēto vt impleat.[Sicut iurauit dño].i.firmiter promiſit. Et [votum vouit].i.ex bona voluntate [deo Iacob.] Ideo dicitur deus Iacob , vt nos ſimus ſpiritaliter Iacob,ſi deum volumus habere adiutorem. Vouit autem Chriſtus & promiſit , vt aduentu ſuæ incarnationis, redimeret genus humanū. Iurauit inquam

in q̄ Dauid.i.Chriſtus, d:[Si introiero].i.nō introibo, hic enī ponitur ſi pro nō,hebraico more [in tabernaculū domus tuæ].ſ.cęleſtis habitationis. Et[ſi aſcēdero].i.nō aſcendā [in lectū ſtrati mei].i.ad dexterā patris,vbi eſt requies & finis laborū. Et[Si dedero].i.nō dabo[ſomnū oculis meis] .i. requiē triduanæ mortis [& palpebris meis dormitationē]q̄d minus eſt q̄ dormitatio.[Et]nec[requiē temporib⁹ meis] .i. nō prius aſcendā crucē,morti ꝓximus[donec inueniā locū dño tabernaculū deo Iacob].i.donec eccleſia ſancta ꝑdicatione ſit fundata.Hoc ꝓmiſit Chriſtus,& impletū eſt. Nā[Ecce audiuimus eā] .ſ.eccleſiā [in ephratha] .i. in ꝓphetis frugiferis futurorū. Ephrahta enī interꝑtatur vbertas frugifera:vel[Ecce audi.]ꝑ ꝓphetas[eā]futurā [in Ephratha].i. in Bethlehē in q̄ natus eſt ipſe ædificator & fundator,[inuenim⁹ eā in cāpis ſyluę]i.in humilib⁹ gētibus incultis,qui modo facti ſunt cāpi arabiles,vomere ꝑdicationis,et deo fructificātes. Nec tātū inuenimus,ſed perſeuerādo in malitia,etiā [Introibim⁹]ꝑ fidē[in tabernaculū eius].ſ.dñi dei Iacob, nos qui in vna domo eccleſię ꝑ dñm aggregamur,et ꝑ charitatē viuis lapidib⁹ et ſctīs cōiungimur, et tunc dom⁹ dei efficimur,et à deo habitamur.Et adorabim⁹ in loco vbi ſteterunt pedes ei⁹] .ſ.dei.i. in q̄ prædicationes apoſtolicę audiunť,et ſtabilitas fidei qua credim⁹,reperitur, quæ tanq̄ pedes ſuſtētāt totū corpus eccleſiæ. Et quia oīa ꝓ cæleſtis patrię requie habēda, facere debem⁹, rectè ſubiungiť: [Surge] ô[dñe]à morte et inferis.Reuertere[in requiē tuā]aſcēdendo in cælū.Et nō ſolū tu,ſed[tu[primo[et]deinde arca ſctīficatiōis tuę] .i.vniuerſa eccleſia,quā ſanctificaſti ſanguine tuo.Quę arca dicitur:qa in ea eſt māna.i.ſacramētū euchariſtię. In ea tabulę legis.i.doctrina veritatis.In ea virga Aarō .i.poteſtas ſacerdotalis.Et te eunte ad patrē,[Sacerdotes tui].ſ.regale ſacerdotiū[induāturiuſtitia]fidei.i.fide,quia iuſtus ex fide viuit, Greg. Sicut veſtimētum à frigore ,ſic iuſtitia defendit à morte [et ſancti tui].i.

membra

mēbra tua accepto pignore ſpiritus ſ.[exultent].i.lætentur teſtimonio bonæ cōſciētiæ,& ſpe reſurrectiōis quæ pceſsit in capite. Et ſic accipit eoſdē ſacerdotes & ſanctos.ſ.fideles quibus dicit: Vos genus ele. rega.ſa. gens ſancta etc.vel[Sacerdotes tui]i.plati eccleſię[induantur].i.vndiq; circūdētur [inſtitia] alijs virtutibus quæ ſunt ornamenta aīæ. Et inde[ſancti tui].i.minores & ſubditi fideles[exultēt] te laudādo de cæleſtibus bonis. Deinde ex perſona ipſius pphetæ rogādo deū patrē pro reliquijs Iſrael, ſubdit: [Propter Dauid ſeruū tuū].i.propter illū qui de ſemine Dauid formā ſeruilē ſuſcepit[nō auertas]penitus à Iudæis[faciē Chriſti tui].i.notitiam filij tui incarnati,q.d:Propter me ô de⁹ pater Iudæos,licet Chriſtū crucifixerint,penit⁹ nō repellas,ſed ſalua ad minus reliquias. Et bene dicitur ppter Dauid ſeruū tuū: qa [Iurauit dn̄s].i. per ſemetipſum firmauit[Dauid]illi actuali[veritatē]promiſsionis implēdæ[&]ideo [nō fruſtrabitur eū] decipiēdo in pmiſſo. Iurauit inquā,d:[de fructu ventris tui].i.filiū virginis natū de ſtirpe tua [ponā]regē[ſuper ſedē tuā]Iudaicæ plebi ſpūaliter pſidentē,iuxta illud angeli ad Mariā:Dabit illi dn̄s ſe.Da.p.eius:quia quos Dauid rexit tēporaliter,eos Chriſt⁹ rexit ſpūaliter:vel de Chriſto ſic accipe, [Iura.do.]patē [Dauid].i. Chriſto [verit.& nō f.eū]qa ea nō euacuat,ſed adimplet,d:[de fructu ven.t.po.ſ.ſedē tuā].i.illos quos ad fidē paries, ô Chriſte faciā reges ſui,ſeipſos bene regentes, nō tamē oēs,ſed[Si cuſtodierint filij tui]per te & tuos,in fide pgeniti[teſtamētū meū].i. pactum baptiſmi[& teſtimonia mea].i.pręcepta vitæ [hæc quę docebo eos] per te & tuos. Ipſi [Et filij eorū].i.ſucceſſores & imitatores eorū [vſq; in ſæculū ſedebunt ſuper ſedē tuā] .i.participes erūt tuę beatitudinis,& ęternas ſedes accipient,& hoc vſq; in ſęculū.i.in ęternum. Nos ſumus fructus ventris eius, q̄s ſpiritualiter tanquā ex vtero generauit. Hęc aūt pmiſit deus gratis,& nō pro meritis.[Qm̄ elegit dn̄s] ſola gratia[Syon].i.ſanctā eccle-

ſiam.

ſiam. Nō enī ex oper. iuſti. qui fe. nos, ſed ſecūdū ſ. m. ſ. nos fecit [elegit eā in habitationē ſibi] vbi ſpūaliter habitet qui vbiq; eſt. Elegit inq̄ dicēs ipſo facto. [Hęc] .ſ. eccleſia, eſt [requies mea] vbi. ſ. requieſco. Et hoc [in ſæculū ſæculi] qa durat in æternū. Et [hic]. i. in eccleſia [habitabo] perſeuerāter. Nō merito meo, ſed [qm̄] gratis [elegi eā] dās gratiā & benedictionem. Vnde apertè ſubiūgit: [Viduā eius]. i. illā aīam quę marito antiquo .ſ. diabolo vel mūdo, vel carnali ſenſu, penitus viduata eſt, & mūdano auxilio & cōſilio deſtituta eſt [benedicens] benedictione gratiæ in p̄ſenti [benedicā] benedictione gloriæ in futuro. Et [pauperes eius]. ſ. eccleſię .i. humiles ſpū, nō p̄ſumentes de ſe, ſed de deo, nō habentes elatū ſpm̄ [ſaturabo panibus] nūc ſacra ſcriptura & ſancta euchariſtia, & in futuro cęleſtis patrię cibis & re ipſa. Et [Sacerdotes eius]. i. genus electū. ſ. oēs fideles, ſeipſos deo offerētes [induā ſalutari]. i. Chriſto, ſecūdū illud apoſtoli, Quicūq; in Chriſto ba. eſt. Chriſtū induiſtis. Chriſtū aūt indui, eſt eius virtutib' & moribus ornari: [&] ideo [ſancti eius] per eū ſanctificati. ſ. ijdē qui & ſacerdotes [exultatione] interna [exultabūt] ſpūali gaudio, ex hoc fidei indumēto: vel [Sacer. ei']. i. p̄latos eccleſię ſacra dātes. i. ſacramēta miniſtrātes [induā ſalutari]. i. Chriſto & gratia ſpirit' ſ. vt honeſti & idonei ſint ad miniſtrādū & docēdū: vel [induā ſa.]. i. pœnitētia finali vel charitate quę ſola meretur ſalutē: [&] inde [ſcti ei'] i. ſubditi, in baptiſmo ſctificati [exul. exul.]. i. iugiter, vel dupliciter. ſ. interi' vel exteri', vel in p̄ſenti & in futuro. Et etiā ideo exultabūt, qa [Illuc] .ſ. in eccleſiā [p̄ducā cornu Dauid]. i. extēdā altitudinē regni Chriſti, q̄d in illis extēdit̄ quibus dictū eſt, beati pauperes ſpū q. v. eſt reg. cęlorū. Et etiā ante hoc [paraui] ad hęc p̄ficiēda [lucernā]. ſ. Ioānē, q erat lucerna lucēs & ardēs [Chriſto meo] manifeſtādo. Ioēs Baptiſta à deo dicitur lucerna p̄parata Chriſto, q eū in hui' mūdi tenebris illuſtrauit, vel veri' illuſtrē declarauit. [Inimicos] aūt [eius]. i. Chriſti aduerſarios aduerſantes ei .ſ. q in Chriſtū credere noluerūt [induā cōfuſione] cū

viderit dñm in ſua maieſtate, cũ eos in fine ſæculi inuoluet interit⁹ & calamitas, qb⁹ & dicetur: Diſcedite à me ma. in ig. æter. Sed ad cõſolationẽ iuſtorũ ſubiũgitur [ſuper ipſum aũt] ſ. Chriſtũ [efflorebit ſanctificatio mea.] Flos ſanctificationis, eſt gloria diuinitatis. Flos ſctificatiõis, eſt nouitas reſurrectiõis. Nã quaſi aruerat dñs in paſsiõe, cũ verò reſurrexit à mortuis, iã cępit florere ſanctificatio eius: vel de eccleſia ſic: Ita ſublimabo eccleſiã. Sed [Inimicos ei⁹]. ſ. eccleſiæ [induã cõ.] vt ſu. [ſup ipſum aũt] ſ. Chriſtũ integrũ [& flo.]. i. apparẽter florebit [ſancti. mea] . i. effectus ſctificatiõis meę. ſ. gloria intus in aĩa, & exteri⁹ in corpore cõfirmata: vel [ſup ipſum aũt]. i. Chriſtũ caput [efflo.]. i. efficaciter & excellẽter florebit [ſanctifi. m.] . i. poteſtas ſanctificandi, qm̃ ſolus Chriſtus ſanctificauit per ſanguinem ſuũ eccleſiã, iuxta illud apoſtoli, Chriſtus dilexit eccleſiã, & ſeipſum tradi. ꝓ ea vt illã ſctificaret. PSAL. CXXXII.

In hoc pſalmo propheta agit de unitate & cõmẽdatione fraternæ charitatis eccleſiã & chriſtianã religionem ædificantis.

ECce q̃ bonũ] eſt. i. vtile [& q̃ iucũdũ] . i. delectabile eſt [habitare fratres] nõ fratres dicit corpore ſed mẽte, nõ carnales, ſed ſpũales [in vnũ] fideli mẽte & ſyncera charitate habere cor vnũ, & aĩam vnã. Iſta pſalterij verba, iſte dulcis ſon⁹, iſta ſuauis melodia, velut tuba ſpũs ſ. diuerſos corpore in vnũ cõgregauit & monaſteria plurima peperit Aug. Propriè hoc cõuenit monaſterijs & fratribus in vnũ cohabitãtibus, nõ modo corde, ſed etiã corpore. Ita aũt eſt bonũ & iucũdũ habitare fratres in vnũ. [Sicut vnguentũ] . i. vnctio ſpũs ſ. q̃ fuit prius [in capite] Chriſto. Et dicitur hoc à ſimilitudine regũ & ſacerdotũ q in veteri teſtamento in figura inungebãtur [q̃d] vnguẽtũ [poſtea deſcẽdit] à capite Chriſto [in barbã] & determinat in cui⁹ barbã, [barbã Aarõ]. ſ. Chriſti veri ſacerdotis. Noſter Aarõ, noſter ſacerdos eſt Chrs. Hic ſeipm obtulit in ſacrificiũ ꝓ nobis, & reſurgẽs aſcẽdit in cælũ, & venit ſpũs ſ. à capite in barbã eius. i. in fortes & perfectos, q̃s barba deſignat. Nã barba maturitatẽ, grauitatẽ, fortitudinẽ &

perfectionē deſignat .ſ. in apoſtolos & alios primitiuos ſanctos,q familiarius Chriſto capiti ſuo adhęrentes,prius in vnū habitare cæperūt,& primos impetus ſæculi ſuſtinuerūt,nec vinci potuerūt. [Quod] vnguētū poſtea [deſcēdit] ab illis [in orā veſtimēti ei⁹] ſ Chriſti.i.in oēs fideles qui erunt vſq; in finē mūdi. Fideles enī dicūtur veſtes Chriſti, quia nuditatē ei⁹ fide noſtra veſtim⁹,& religiōe honoram⁹,ſicut veſtimēta dñm: vel deſcēdit vſq; ad orā.i. vſq; ad nos,ad quod fines ſæculorū deuenerūt. Nā de plenitudine e. oēs n. accepimus. Hoc aūt q̃d fratres habitāt in vnū,nō eſt ſuis meritis,ſed ex dei dono & gratia,ideo ſubiūgit: [ſicut ros hermō].i.gratia Chriſti. Ros enim veniēs de cælo,eſt gratia. Hermō verò interpretat̃ deſtructio ſeu anathema. A Chriſto ergo eſt ros gratiæ, qua fratres in vnū habitāt,qui prius exaltatus eſt in cruce,poſtea in cęlo [qui deſcēdit in mōtem Syon].i.in ſanctā eccleſiā,quę ꝑpter altitudinē vitæ & ſpeculationē cæleſtis patriæ, nō immeritò & mōs & Syon appellatur. Ideo aūt bonū eſt & iucūdū habitare fratres in vnū. [Q̃m illic].ſ. in fratribus in vnū habitātibus,& vbi eſt talis vnitas fraternę charitatis [mādauit] & præcepit [dñs benedictionē] ſuā,p multiplicationē gratiæ & ꝓmotionē virtutum in p̃ſenti [et] mādauit & promiſit [vitā] per collationē gloriæ, & multiplicationem præmiorū in futuro [vſq; in ſæculū].i. inæternū duraturam. Serua ergo concordiam ſi vis à domino conſequi benedictionem & vitam.

PSALMVS CXXXIII.

In hoc pſalmo ꝓpheta oēs fideles & maxime ſacerdotes & miniſtros eccleſiæ ad laudē dei inuitat, eiſq; benedictionē optat, d:

ECce] tot beneficijs circa nos viſis [nunc].i. ſine tardatiōe [benedicite dño] laudādo, & gratias agēdo [oēs ſerui dñi] in vnū adunati, & vnanimiter habitātes in domo dei. Et vos ſpecialiter, [Qui ſtatis].i. ſtare debetis. Nō enī diſcurrere debēt eccleſię miniſtri ad venationes & aucupia ſicut milites, nec ad negotia terrena ſicut mercatores [in domo dñi] ad diuinum

uīnū obſequiū eſtis à deo electi:vel vos dico[Qui ſta.] .i.nō ſuccūbitis ad impulſum tētationū.i.perſeueratis [in do.dñi].i.in eccleſia.Et q ſtatis [in atrijs dom' dei noſtri].i.in latitudine charitatis,vbi nullus anguſtatur.Atria dicūtur ampliora domus ſpacia. Sta in charitate,& ſtas in atrijs.Et[In noctibus]quantū ad officiū nocturnū[extollite].i.leuate[manus veſtras]corporis,gratias agētes, & manus operis bonū facientes. Et hoc [in ſancta].i.intentione ſanctorū & ęternorū, [& benedicite dño]cæleſti,gratias ei de collatis beneficijs referentes,& nil boni vobis,ſed totū deo tribuētes,deus qdem nō indiget noſtra benedictiōe,ſed ideo iubemur benedicere:qa cum ipſe à nobis benedicitur, eius in nos benedictio retorquetur. Vnde & populo quē ad benedicēdū induxit,ipſe æquè benedici optat, q.d:Dixi benedicite, & vt hoc poſsitis: [Benedicat te dñs] benedictiōe quę eſt[ex Syō].i.de cæleſti Hieruſalem.Quod poteſt,qa ipſe eſt[q fecit cęlū & terrā].i.ſuperiorem & inferiorem creaturam, & ideo potens eſt benedicere.

PSALMVS CXXXIIII.

In hoc pſalmo propheta inuitat oēs fideles ad dei laudē, magnalia et beneficia ipſius cōmemorando,falſitatem idolorum deſtruendo,& cultores redarguendo,dicens:

LAudate nomen dñi].i.rē noīs ſui & potētiā eius, ipſum quātū poteſtis extollēdo laudib'. Deinde q & quare laudare debeāt, ſubdit: [laudate ſerui dñm]q.d:vos ſerui,& quia ſerui eſtis,laudate dñm,cui oēs tenentur ſeruire,pro beneficio creationis,redēptionis,& generalis gubernationis,alioquin niſi laudēt, offendūt,cū ipſi ſerui ſint,& ille dñs.Deīde quales ſint q laudare dñm debeāt,docet: [Qui ſtatis in domo dñi, in atrijs domus dei noſtri]q.d:vos ſerui laudate q ſtatis & perſeueratis,nō vacillatis nec ruitis.Illi ſtare dicūtur q in mādatis eius perſeuerāt,q in fide nō ficta,& ſpe firma ac charitate ſyncera deo ſeruiūt,& eius eccleſiā honorāt.[Laudate]inq̄[dñm]propter hoc[qa bon']eſt[dñs]ex ſe & in ſe, à quo oīa cætera bona,cuius

bonitas nõ qualitas eſt,ſed natura,[pſallite] operãdo & cãtando[nomini eius].i.ad laudẽ noĩs eius,nõ quęrentes gloriã veſtrã[qm̃ ſuaue]eſt nomẽ ei⁹.i.res noĩs eius.ſ.ipſi guſtãti & experto.Suauis eſt dñs in pcepto, qa iugũ eius ſuaue & o.e.leue.Suauior in pmiſſo.Suauiſsim⁹ in pmio. Ideo aũt laudare eũ & ei pſallere debemus,qa iſta quæ ſequũtur fecit.ſ.[Qm̃ Iacob].i.luctãtem cõtra peccatũ[elegit ſibi dñs]gratia nõ merito vt eſſet de familia eius[Iſrael].i.quẽcũq; fidelẽ,deum fide videntẽ[in poſſeſsionẽ ſibi].i.vt poſsideret eũ,& poſsideretur ab eo.Et merito eũ ſuadeo laudãdũ & ei pſallendũ.[Quia ego cognoui]& ſcio [ꝙ magnus eſt dñs]in ſe.ſ.poteſtate & virtute,q vbiq; eſt,& oĩa cõtinet,& cuius magnitudinis nõ eſt finis[& de⁹ noſter]eſt [præ oĩbus dijs].i.ſuper oẽs deos, qui ſunt in cælo & in terra,eſt magnus & potẽs.ſ.ſuper hoĩes ſanctos & angelos qui dij digni ſunt vocitari.Et verè de⁹ noſter eſt deus magnus,& hoc probat effectus:quia[Oĩa quęcũq; voluit dñs] volũtate beneplaciti [fecit].i. in eſſe pduxit,ſeu creãdo ex nihilo,ſiue faciẽdo ex materia[in cælo]ſpũalia[& in terra]corporalia.Et nõ ſolũ in cęlo & in terra, ſed &[in mari & in oĩbus abyſsis].i. in pfunditate Oceani maris,vt piſces & aues etc.vel[Oĩa quę.vo.do.fe. in cælo]luciferũ & cõplices eijciẽdo,& bonos cõfirmãdo [& in terra]Adã & Euã de paradiſo terreſtri emittẽdo,terrã diluuio ſubmergẽdo[in mari] ſuper illud ambulãdo[& in oĩbus abyſsis] vinctos de lymbo educẽdo. Deinde enarrat q̃ fecit,q.d:Fecit quæ voluit,& ipſe eſt[Educens nubes].ſ.mediãte corporũ cęleſtiũ calore[ab extremo terrę].i.à mari Oceano,q̃d eſt termin⁹ terrę habitabilis vbi vt plurimũ generatur nubes.Et de talibus[fulgura in pluuiã fecit].i. fulgura & tonitrua in dictis nubibus generata per reſolutionẽ nubiũ in pluuiã cõuertit, vt q fulgure terruit,pluuia reficeret. Ipſe eſt etiã [Qui producit vẽtos de theſauris ſuis].i.de occultis & latentibus cauſis,quia qua cauſa flat vẽtus,vel de q̃ theſauro ęditus ſit, neſcis.Ipſe

eſt[qui

eſt[qui pcuſsit primogenita Ægypti ab hoīe vſq; ad pec⁹].i. hoīm & pecorū. Ipſe eſt etiā qui [Emiſit ſigna & ꝓdigia] quæ p̄ter vſitatū naturę curſum cōtingunt, ſicut de iſtis erat plagis[in medio tui] ô [Ægypte] pro populi Iſrael liberatione[in Pharaonē & in oēs ſeruos eius] q̄s poſt multas plagas in mari rubro ſubmerſit. Ipſe eſt etiā[Qui pcuſsit gētes multas]occupātes terrā filijs Iſrael ꝓmiſſam [& occidit] .i. occidi fecit [reges fortes]filijs Iſrael reſiſtētes, videlicet[Seō regē Amorrheorū, & Og regē Baſan]qui pcuſsi ſunt à Moyſe cū ꝓhiberēt filios Iſrael p fines ſuos trāſire [& oīa regna Chanaā]quæ pcuſsit deus ſub Ioſue,vbi triginta vnū reges interfecit. [Et dedit terrā eorū] .ſ. regū & gētiū [hęreditatē].i. hæreditario iure poſsidēdā nō cuicūq;, ſed[Iſrael populo ſuo]ex cæteris nationib⁹ electo. Et quia ex his factis, eſt à filijs Iſrael ſpecialiter laudabilis cōuerſo ad dn̄m ſermone ſubiūgit: O [Dn̄e]q mirabilia iā enumerata feciſti[nomē tuū in ęternū]eſt laudabile à nobis[dn̄e memoriale tuū] .i. memoria mirabiliū tuorū pmanet[in generatiōe & generationē] .i. in generatiōibus ſingulis ſibi ſuccedētibus. Ideo aūt laudabilis & laudādus eſt de⁹[Quia iudicabit dn̄s populū ſuū]in p̄ſenti, ſeparādo bonos à malis, fideles ab infidelib⁹, & in futuro dānādo malos ad pœnā, & ſubuehēdo bonos ad gloriā[& in ſeruis ſuis]obediētibus. i. electis [dep̄cabitur].i. deprecabilis & placabilis erit: q̄a ad eorū p̄ces qui in ei⁹ ſeruitio pſeuerāt inclinatur, vt eos tātū ad ęternā ſalutē exaudiat quorū vita ab oratione nō diſcordat. Deinde adducitur ratio diuinæ laudis ex falſitate idolorū, q̄a p̄fecta laus veritatis eſt, deſtruere falſitatē, q.d: Deus noſter eſt magnus[Simulachra]aūt.i. idola[gētiū]quę ipſi ꝓ deo colūt, ſunt argentū & aurū, opera manuū hoīm. Os habent & non loquentur, oculos habent & nō videbūt] de his habes ſup. in hoc Pſal. In exitu Iſr. etc. [Aures habent & non audient, neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum vt ſup. [Similes illis] .ſ. idolis [fiant] interius & in interiori

hoīe[qui faciūt ea]operādo[& oēs q cōfidūt in eis]ea adorādo.Et ita fit.Tales enī aures habēt,& nō audiūt deū ad ipſos clamātē.Oculos habēt & nō vidēt p fidē, os habēt & nō loquūtur fidei veritatē:ſed ô vos q eſtis [Dom⁹Iſrael]i.vidētes fide deū[benedicite dn̄o]ligua & vita: quia benedictio linguæ nō ſufficit niſi adſit & benedictio vitę.Domus Iſrael,vniuerſos fideles & cōgregatiōes ſctōrū deū oculis mētis inſpiciētes,ſignificat. Sed iā ad diſtinctionē ordinū reſpicit cū ſubiūgit: Et in domo Iſrael p̄cipue, ô[dom⁹ Aarō].i.ſacerdotes & p̄poſiti [benedicite dn̄o] benedictione laudis. Nec ſolū ſacerdotes & p̄poſiti,ſed ô vos[Dom⁹Leui]i.oēs boni miniſtri,qui oēs eſtis de domo Leui [benedicite dn̄o]eū laudādo p̄ cęteris populis ex officio vobis impoſito. Et oēs[qui timetis dn̄m] ex omni gēte & populo [benedicite dn̄o] vt ſicut maieſtatem metuitis, ita cum charitate laudet. Et quia oēs generaliter ſunt domus Iſrael, ideo omnes vna voce dicamus quod ſequitur: [Benedictus]ſit[dn̄s ex Syon]quę interpretatur ſpeculatio.i.ab eccleſia militante,deū per fidem ſpeculante.ſ.à nobis, q quādiu in ſpe viuimus, ſumus in Syon:qa ſpeculamur q̄d veniet[q habitat in Hieruſalem]cæleſti,quę interp̄tatur viſio pacis,vbi videbimus eū in æterna pace,ipſo donāte. PSAL. CXXXV.

In hoc pſalmo propheta inuitat & exhortatur oēs ad laudē dei p̄pter diuerſa ipſius beneficia plurimis miſericorditer collata.

CONfitemini dn̄o]cōfeſsione laudis.i.cōfitendo laudate dn̄m[qm̄ bonus] eſt in ſe,& à quo ſicut à fonte omne bonū fluit in nos, bonos nos faciēs.Itē cōfitemini dn̄o [qm̄ in æternū].ſ. hic & in futuro eſt [mīa eius] qa hic parcit & ibi coronat,hic dat gratiā & ibi gloriā. In quolibet verſu hui⁹ pſalmi mīa dei repetit̄ : qa quicqd hic dicit̄,ad mīam dei refertur, quæ oīa operatur,& ſine qua nō ſubſiſtitur, qa dei eſt mīa omne q̄d poſſumus,& clementia q̄d viuim⁹ . Deinde oſtendēs excellentiā illius cui cōfiteri nos monet ſubdit: [Confitemini deo deorū].i.vero & excellenti deo, inter eos q dij appellātur,vt ſunt angeli & hoīes,

qui dĳ participatiuè dicũtur. Et ideo cõfitemini[qm̃ in æternũ] eſt [mĩa eius.] Et qa iſta cauſa cõfeſsionis ponitur in fine cuiuſlibet verſus, ideo ꝑ ſingulos verſus in principio ſubintelligẽdũ eſt, cõfitemini dño, vt finis ſingulorũ verſuũ referat̃ ad principiũ, alioquin nõ cõgrueret repetitio huius, qm̃ in æternũ mĩa eius. Igitur cõfitemini dño [Qui facit mirabilia magna ſolus. [Solus deus mirabilia facere dicitur: qa quæ per hoĩes vel angelos fiũt, ipſe facit. [Qui fecit cęlos]. ſ. aereũ, igneũ, æthereũ, ſydereũ, criſtallinũ, empyrium [in intellectu]. i. in ſapientia ſua, q̃d & de oĩbus alĳs intelligi debet, qm̃ oĩa in ſapientia fecit. [Qui firmauit terrã ſuper aquas.] Terra dicitur ſuper aquas fundata, eo ꝙ aquis circũfluentibus ſupereminet, ſicut dñs ſup puteũ ſedit. i. iuxta puteũ: vel ideo firmari ſuper aquas dicitur: qa quãtũcũq; fodiatur in terra, ſemper reperitur aqua. [Qui fecit luminaria magna]. ſ. ſolẽ & lunã, quæ maiora ſunt inter cætera luminaria. Deinde oſtẽdit ad quẽ vſum & finẽ iſta luminaria fecit. Quia fecit [Solẽ in poteſtatẽ diei] vt p̃eſſet diei & ſua luce, de die oĩa illuſtraret. Et dicitur poteſtas diei: qa eo oĩa declarãtur, vnde dicitur ꝙ dies eſt latio ſolis ſuper terrã. Et fecit [Lunã &] etiã [ſtellas in poteſtatẽ noctis] vt p̃ſint nocti, & ſint lux noctis, illuſtrentq; noctẽ ſua luce. Deinde ponitur inuitatio ad laudẽ dei ex beneficĳs diuinis collatis populo Iſraeli ſub figura noſtri, q. d: Cõfitemini ei [Qui ꝑcuſsit Ægyptũ]. ſ. nouẽ plagis [cũ primogenitis eorũ] occidendo primogenita eorũ q̃d in decima plaga eſt factũ. [Qui eduxit Iſrael de medio eorũ]. ſ. Ægyptiorũ, inter q̃s captiui detinebãtur. Eduxit inq̃ [In manu potenti & brachio excelſo]. i. potentia inuincibili & ſingulari. [Qui diuiſit mare rubrũ.] Nõ ꝙ aqua ſit rubea vel rubra, ſed littora eius [in diuiſiones]. ſ. duodecim ſecundũ numerũ duodecim tribuũ, vt ſingulę tribus ſuas vias meãdi haberent, & ſine impedimento trãſirent. [Et eduxit Iſrael per mediũ eius] . ſ. maris ſicco pede, præbens eis iter ſiccũ: qa aqua eis

pro muro erãt à dextris & à ſiniſtris.[Et excuſsit Pharaonẽ & virtutẽ eius].i.exercitũ eius [in mari rubro] vbi perſequebãtur populũ dei ex nimia obſtinatione cõtra deũ.[Qui traduxit] 40.annis [populũ ſuum]ab Ægyptijs liberatũ [per deſertũ] in multis mirabilibus circa eũ oſtenſis.[Qui pcuſsit reges magnos: Et occidit reges fortes].ſ.volẽtes reſiſtere filijs Iſrael. Et ſpecificãs de iſtis regibus ſubiũgit: [Seõ regẽ Amorrheorũ:Et Og regem Baſan:Et dedit terrã eorũ].ſ.regũ in [hęreditatẽ]& ſpecificãs,cui dedit ſubdit:[Hæreditatẽ Iſrael ſeruo ſuo:Quia in humilitate noſtra].i.in deiectione noſtri dũ humiliaremur graui ſeruitute Ægypti [memor fuit noſtri] p mĩam ſuã nos liberãdo.[Et redemit].i.tanq̃ pcio liberauit[nos ab inimicis noſtris] .ſ.Ægyptijs.Sic & chriſtianos redemit Chriſt⁹ ſanguine pprio.Deinde ponitur inuitatio ad laudẽ dei ex beneficio collato generaliter oĩ homini ſeu oĩ viuẽti vita ſenſibili,cũ dicit: [Qui dat eſcã].i.oĩa neceſſaria ad vitę ſuſtentationẽ [omni carni].i.oĩ homini ſeu aĩali: vel[Qui dat eſcã om.car.].i.omni generi hoĩm,corporalẽ,qua corp⁹ paſcitur:ſpũalẽ,qua aĩa viuit & nutritur.Deinde ad exhortationẽ ſuã rediẽs,pſalmũ cõcludit,d:[Cõfitemini deo cæli.]Nõ q̃ alius ſit deus cæli, & alius deus terræ,vel aliarũ creaturarũ,ſed q̃a in cælo magis relucet potẽtia,ſapiẽtia,& bonitas dei,& ibi clarè videtur à beatis.[Cõfitemini dño dñorũ]& ideo cõfitemini[q̃m in æternũ]eſt[mĩa eius.]Mĩam dñi inter cætera maximè cõmẽdat,& ſæpius nobis inculcat, quia maximè eſt nobis neceſſaria,& continuè ad memoriam reducenda.

PSAL. CXXXVI.

In hoc pſalmo pſalmiſta ſecũdũ ſenſum literalẽ in perſona Iudæorũ in captiuitate Babylonica exiſtentiũ lamentatur. Spiritualiter uero propheta in perſona iuſtorum pro incolatu huius miſeriæ & dilatione cæleſtis patriæ lamentantium,dicit:

SVper flumina Babylonis].i.ſup delectabilia hui⁹ mũdi, quæ more fluminũ fluũt & refluũt[illic ſedimus]nõ erecti per ſuperbiã, ſed humiliati, attendẽtes pſentẽ miſeriã in qua ſumus,& futurã gloriã

à qua diſtamus [& fleuimus]fletu contritionis ꝓ pctīs ꝓprijs: fletu cōpaſsionis ꝓ peccatis & miſerijs aliorū: fletu deuotiōis ꝓ beneficijs exhibitis & ꝓ pmijs obtinēdis[dū recordaremur Syon].i.cæleſtis Hieruſalē ciuitatis æternę, quę eſt vera terra noſtrę ꝓmiſsiōis,vbi videt̃ deus.Et flētes ſum⁹.[In ſalicibus].i. inter malos hoīes & infructuoſos & difficiles ad trahēdū ad bonū, qui ſunt [in medio eius]Babyloniæ .i. in plenitudine cōfuſionis:vbi[ſuſpēdimus] .i.ſubtraxim⁹[organa noſtra].i.ſcripturas diuinas & ꝓmiſſa dei:vel ſic:[In ſalicibus].i.à ſalicibus.i. ipſis mundanis hoībus,vanis & ſterilibus. Salices enim ligna ſunt infructuoſa,ſic ſunt hoīes cupidi,ſteriles in bono opere, exiſtētib⁹[in medio eius].ſ.mūdi[ſuſp.org.no.].i.ſubtraximus laudes & cātica. Ab his enītanq̃ ab indignis ,cātica diuina & ſcripturas auertimus . Quare? [Quia illic] .i. in Babylonia.i.in vanitate mūdi [interrogauerūt nos] tentātes & deridētes[q captiuos duxerūt nos].ſ.mali,quorū exēplis & verbis captiuātur boni in peccatū[verba cātionū].i.rationes fidei & ꝓfeſsionis noſtræ. Sic enī quærūt mali à bonis.Quid valet veſtrū ieiuniū ? Quid veſtra monaſteria?Vbi purgatoriū?in deriſionē bonorū.[Et qui abduxerūt nos] .i.à deo & cōſortio bonorum ſeparauerūt:vel[abdux.]ad iſtas miſerias in q̃bus ſumus quādiu viuimus in hoc mūdo, ſupple interrogauerūt verba cātionū dicētes[hymnū cātatate nobis de cāticis Syō].i. reddite nobis rationē aduētus Chriſti,& de fide veſtra, ac de pceptis Chriſti , in quibus eſt vobis delectatio & tāta exultatio.Illi ita dicūt,ſed nos reſpōdemus eis dicēdo. [Quomodo cātabim⁹ canticū dñi]exiſtētes[in terra aliena?].i. inter eos qui doloſè exigūt q̃d nō capiūt,ſed deridēt & mordaciter reprehendūt.Sed vide q̃modo verſeris inter illos,ô popule dei,ne timēs talib⁹ diſplicere, affectes amicitias eorū, & īcipiat te delectari Babylōia,& obliuiſcaris Hieruſalē.Hoc ergo timēs dic cū ꝓpheta, q paſſus īterrogatores q̃ſi īter eos periclitās aīum erexit ad recordationē

Syon,d:[Si oblitus fuero tui]inter mala affligentia & opprobria malorũ ô[Hieruſalẽ]cœleſtis vt illis placere velim[obliuioni detur]hoc eſt nõ accepteť, vel remuneratiõe careat.Deus enĩ obliuiſci dicitur cũ nobis nõ ſubuenit[dextera mea].i. virt⁹ & operatio mea efficax per dexterã ſignificata. Dextera enĩ manu fieri dicitur,quicqd virtuosè & laudabiliter fit: vel[obli.dex.me.].i.vita æterna, quæ eſt dextera noſtra.In dextera enim ponẽdi ſunt iuſti, ſicut ſiniſtra eſt vita tẽporalis. Et[Adhæreat lingua mea faucibus meis].i.obmuteſcã & mutus ſiã à laude dei[ſi nõ meminero tui].i.ſi nõ iugiter memoria mea verſetur in corde meo.Et[Si nõ propoſuero Hieruſalẽ in principio lætitiæ meæ,]q.d: O Hieruſalẽ ſi nõ eſt mihi de te pcipua lętitia,vbi deo perfruemur,vbi ſecuri erimus,ſupple obliuioni detur dextera mea. Cõſequenter propheta cõuerſus ad dñm orat,vt hoſtes eccleſiæ puniat, d: [Memor eſto dñe]vt punias in futuro iudicio[filiorũ Edom] q interptatur terrenus & ſanguineus] .i.hoĩm qui noſtrũ effundunt ſanguinẽ,& nos in appetitũ terrenorũ inducere volũt & libera nos ab eis[in die].ſ.ſequeſtrationis[Hieruſalẽ].i. quãdo ſeparabũtur mali vt punianť à bonis:vel [in die Hie.].i.in die iudicij, quãdo apparebit claritas fideliũ.[Qui]filij Edom[dicũt] pſequẽdo de ipſa Hieruſalẽ.ſ.eccleſia[exinanite,exinanite]i.euacuate,euacuate[vſq; ad fundamentũ in ea].i. funditus euacuate oẽm religionẽ & ſanctimoniã de eccleſia. Illi qdem ita dicũt,ſed [Filia Babylonis].i.cõfuſionis[miſera]es in ipſa exultatiõe de rebus mũdanis,de gaudio malorũ. Ciuitas malorũ Babylõ diciť, & filia Babylonis,quomodo eccleſia dicitur Syon & filia Syon. Nã propter prçlationẽ dicitur mater,ſed,pter ſucceſsionẽ & imitationẽ dicitur filia. Et[beatus]eſt[q retribuet tibi retributionẽ quã retribuiſti nobis].i.pœnã tibi debitam pro malis quæ feciſti noſtis.Et[Beatus] eſt[qui tenebit]ciues tuos dũ ſunt paruuli ne vlterius creſcant.i. naſcentes malas cupiditates[& allidet paruulos ſuos] .i.adhuc debiles mot⁹ reprimet, ne vt viri fortes creſ-

cant[ad petrã] Chriſtũ vt oĩno eorũ cupiditates dum teneræ ſunt euellas ne inueteratæ vincant omnem medendi artem. PSALMVS CXXXVII.

In hoc pſalmo propheta in perſona eccleſiæ uel fidelis aĩæ, primo propter beneficia ſibi a deo præſtita, ponit laudis formã, & exemplum, conſequenter exprimit ſuum de laude dei dilatãda, deſiderium ſic incipiens:

CONfitebor tibi] ô[dñe]cõfeſsiõe laudis & gratiarũ actiõis ꝓ collatis beneficijs [in toto corde meo].ſ.integro non diuiſo.i. ex toto affectu cordis mei, vt nulla pars occupata,in hui⁹ ſæculi ambitione relinquatur [qm̃ audiſti verba oris mei] interioris.ſ.cordis.i. orationẽ interioris hoĩs. Ideo qa ſic exaudiſti[In cõſpectu angelorũ pſallã tibi]cõſiderãdo tuã & eorũ præſentiã, & qualiter oportet in cõſpectu diuinitatis & angelorũ eſſe & orare[adorabo ad templũ ſanctũ tuũ].ſ.ad illud templũ angelicũ,vbi angeli ſunt,in qbus de⁹tanq̃ in tẽplo habitat,ego mẽte & deſiderio in cæleſtibus habitãdo,& ad ſocietatem angelorũ,adoratione tendẽdo.i.adorabo ꝓ æternis vt ſim angelorũ ſocius[& cõfitebor nomini tuo].i.laudabo te ꝓ tuis beneficijs.Et ſubdit̃ cauſa. [Super].i.de[mĩa tua]qua peccatorẽ reſpicis, & vocas ac peccata donas [& veritate tua] qua ꝓmiſſa reddis & remuneras [qm̃ magnificaſti] per hæc vtraq; [ſuper omne].i. vbiq; & in oĩbus gẽtibus[nomẽ ſanctũ tuũ]oẽs enĩ hæc audiẽtes de te,magnificant te,nomẽ tuũ laudibus extollendo:vel[qm̃ mag.ſan. tuũ].ſ. Chriſtũ[ſuper omne nomen]cæleſtiũ,terreſtriũ& inferorũ. Et quia ſic feciſti, ergo[In quacũq; die].i.in quocũq; tẽpore[inuocauero te],ꝓ mea neceſsitate [exaudi me]qa iã nõ terrena peto,ſed æterna,& beneficiũ iã præſtitũ,p̃bet mihi cõfidentiã obtinendi futurũ,ideo ſubdit̃:[multiplicabis] .i.multiplica[in aĩa mea virtutẽ] vt vitia euitẽ,& per quã virtutẽ,cõtra oĩa mala ingruẽtia reſiſtere poſſim. Et meo exẽplo,ꝓuocati,[Cõfiteãtur tibi]ô[dñe] i.laudẽt te[oẽs reges terrę] agnoſcẽtes tuũ dominiũ generale:vel[Cõfi.ti.d.o.reges t.].i.oẽs iuſti,qui reges ter-

ræ dicũtur:qa ſe bene regere norũt, & carnẽ ſubdunt ſpiritui,& hi ſoli deũ meritoriè laudant:qa nõ eſt ſpecioſa laus in o. peccatoris. Et debẽt cõfiteri cũ nõ habeãt locũ excuſandi[quia audierũt oĩa verba oris tui] per ꝑdicationẽ diſcipulorũ & aliorũ, ꝑ quos eloquia dei quæprius in vna gente Iudæorũ abſcõdita erãt,iã in oĩ terra & vbiqꝫ delata & manifeſtata ſunt,& ad oẽs gẽtes ac reges peruenerũt. Cõfiteantur inq̃ reges,[Et cãtent]exultãdo,ipſi reges[in vijs dñi]ambulãtes,quę ſunt mĩa & veritas. Ambulent inq̃ in vijs dñi,& cãtẽt hoc[qm̃ magna eſt gloria dñi] ſolius nõ regũ. Gloria enim regũ trãſitoria,ſed gloria dñi æterna.Deſpiciať illa quæ breuis & trãſitoria eſt,laudetur & ametur ea quæ permanẽs eſt.Et verè magna eſt gloria dñi.[Qm̃ excelſus]eſt[dñs]ſecũdũ ſe[&]tamen[humilia].i. humiles[reſpicit]oculo mĩæ.ſ. eos acceptãdo & iuuãdo [& alta].i.ſuperbos[à lõgè cognoſcit]vt deprimat. A lõgè diciť de⁹ ſuꝑbos cognoſcere, qa nõ appropĩquat illis ꝑ gratiã,ſed ꝑ potẽtiã, q̃s tamẽ ꝑfectè videt, q oĩa videt. Si ergo vis vt de⁹ te reſpiciat & tibi ap,ꝓpĩquet, humilia te.Sed fortè ſi humiliaris,tribularis ꝑ ſuꝑbos noli timere, ſed cõuerſus ad dñm deũ dic q̃d ſequitur: [Si ambulauero in medio tribulatiõis] q̃ ſemꝑ inſtat, ſaltẽ à diabolo.i.cũ cõtigerit me in tribulatiões & anguſtias incidere[viuificabis me]dãdo mihi virtutẽ patientię et ꝑſeuerãtię [et ſuꝑ irã inimicorũ meorũ extẽdiſti].i.extẽdẽs[manũ tuã]furorẽ eorũ ꝑ poteſtatẽ tuã cõpeſcẽdo[et ſaluũ me fecit].i.faciet[dextera tua].i. fauor tuæ ꝓtectionis et gratiæ, vt nõ ſuperer in tribulatione:vel[dext. tua]in æterna fœlicitate quæ ſaluat ęternaliter.Dextera enim dei dicitur fœlicitas ęterna, ſed ſiniſtra fœlicitas tẽporalis.Et quaſi qs diceret,quare te nõ vindicas,reſpondet ego nõ retribuo,ſed[Dñs retribuet ꝓ me].ſ.pœnã et vindictã meis perſecutoribus et aduerſarijs ſecũdũ merita eorũ. Et iterũ cõuertens ſermonẽ ad deũ dicit, ô[dñe mĩa tua]eſt[in ſęculũ].i.in æternũ nõ ad tẽpus, et ideo nolo diẽ hoĩs qui eſt temporalis,ſed æternũ.Et ergo ô dñe [oꝑa manuũ

tuarũ]q̃ nos ſum⁹, ſiue in eo ꝙ hoĩes à te in natura cre ati, ſiue in eo ꝙ iuſtificati, & à te in bonis operib'recreati[ne deſpicias]ſed paterna charitate cuſtodias, & ad gloriã perducas æternam. PSAL. CXXXVIII.

Iſte pſalmus profunditate ſermonũ plenus eſt. Nã in hoc pſalmo propheta aſſurgit ad cõfeſſionẽ diuinæ laudis ex cõſideratione diuinæ eminentiæ cõſiderãdo. ſ. quod diuina notitia oĩa intime & clariſſime cognoſcit & ſua diuina natura ubiq; præſens exiſtit. Cõſequẽter etiã aſſurgit ad dei reuerẽtiã eiuſq; ſanctorũ & ad deteſtationem oĩm iniquorum. Ait ergo propheta prius in perſona capitis, ad patrem ſecundũ quod homo loquentis:

DOmine]pater[ꝓbaſti me]experimentis multis [&] ſic.[cognouiſti me].i. ab alijs cognoſci me feciſti. Probat⁹ eſt enĩ in operibus, notus in miraculis. Probat'eſt in paſsione, not' in reſurrectiõe,[tu cognouiſti]ꝑ approbationẽ.i. voluiſti[ſeſsionẽ meã] in ſepulchro.i. humilitatẽ meã in paſsione [& reſurrectionẽ meã]de tumulo.i. glorificationẽ ĩ reſurrectiõe: qa ſecundũ volũtatẽ tuã factũ eſt. Vel eſt vox mẽbrorũ Chriſti q̃ ſedẽt cõfitẽtes pc̃tã ſua, & ſurgũt iuſtificati gratia dei. Dicit ergo vir iuſtus: O[Dñe ꝓba. me & co. me].i. cognoſci me feciſti [tu cog. ſ. me.].i. ꝙ in tribulatione patiẽtiã habeo & pc̃tã cognoſco ac cõfiteor[& reſur. meã] .ſ. ꝙ per gratiã iuſtificatus ſurgo à morte & erigor in ſpem æternæ vitæ. [Intellexiſti cogitationes meas] interiores [delongè].i. diu anteq̃ cogitarem ab ęterno[ſemitã meã].i. occultũ affectũ meũ[& funiculũ meũ] .i. iudiciũ & diſcretionẽ quã ego habui inter bonũ & malũ[inueſtigaſti].i. pfectè noſti.[Et oẽs vias meas].i. operationes & actus[præuidiſti]priusq̃ fierẽt & anteq̃ eſſem in rerũ natura. Et [qa]talis & tantus es [nõ eſt ſermo in lingua mea] ſupple ſufficiẽs ad explicãdũ celſitudinẽ tuę ſapiẽtię, ideo adhuc ſubdit:[Ecce dñe tu cognouiſti oĩa nouiſsima & antiqua] i. oĩa quę erũt & quæ fuerũt quãtũcũq; ſint alijs latentia[tu formaſti me]principaliter: qa cauſę ſecũdę nõ agũt niſi in virtute primę [& poſuiſti ſup me manũ tuã] cõſeruãtẽ me in eſſe. Quibus conſideratis ô dñe [Mirabilis facta

eſt ſciẽtia tua ex me].i. mirabilior eſt ſciẽtia tua quàm ego poſsim cogitare, quia nõ poſſum ſcire tua ſecreta [cõfortata eſt]& inualuit trãſcendẽdo, cũ ipſam inueſtigo [& nõ potero ad eã] attingere ex me & per meã inueſtigationẽ ad eã cõprehendendã. Deinde oſtendit Pſalmiſta latitudinẽ diuinæ pſentiæ quæ ſe extẽdit ad oẽm locũ. [Quo ibo à ſpũ tuo].i.à te ipſo: qa ſpirit⁹ eſt deus[& quo à facie tua].i.à præſentia tua[fugiã?] q.d: hoc impoſsibile eſt,q̃d probat,d: [Si aſcẽdero in cælũ tu illic es]per refulgentiã tuæ gloriæ[ſi deſcendero in infernũ ades]per exercitũ tuæ iuſtitiæ. Nulla altitudo te altior,nullũ pfundũ te pfundius. Occidens & oriẽs tua cõtinẽtur manu. Et certè fugere nõ poſſum, qa etiã [Si ſumpſero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris].i. Si haberẽ pẽnas qbus citiſsimè vel altiſsimè poſſem volare ante clarã diẽ,& ſic peruenire ad extrema maris.[Etenim illuc]ſi volarẽ[manus tua deducet me].i.potẽtia tua,ſine qua nulla creatura poteſt aliquod opus facere[& tenebit me dextera tua].i. eadẽ potentia tua cõſeruabit me in eſſe, aliter deciderẽ in nihilũ,& ſic nõ poſſem effugere potentiã tuã. Et cũ viderẽ ꝙ euadere nõ poſſem fugiendo,cogitaui ſi euadere poſſem latẽdo.[Et dixi]apud me cõferẽdo [forſitan tenebræ cõculcabũt me].i. abſcõdẽt [&[ſic[nox] erit[illuminatio mea in delicijs meis].i.cõſolatio mea qa liberè & audacter fruar oĩbus delicijs in illis tenebris. Et oſtendens ꝙ nihil valuit cogitatio eius, pbat ꝙ nox ita nota ſit deo, ſicut & dies, d: [Quia tenebræ nõ obſcurabũtur à te] qa nihil in eis exiſtẽs latet te[& nox ſicut dies illuminabitur] .i. ita clarè patet cõſpectui tuo,ſicut & lux[ſicut tenebrę ei⁹ ita & lumine ei⁹] .i.eodẽ modo patent ipſi deo,ea quę fiũt in vtroq;. Et ꝙ æquè videatur res in tenebris à deo,ſicut & in luce patet.[Quia tu]dñe[poſſediſti renes meos].i.interiores affectiões in poteſtate tua habẽs.Et[ſuſcepiſti me] educendo me tanq̃ tuũ [de vtero matris meæ] in quo tanq̃ in tenebris latebã,in vita me cõſeruãdo. Et quia dñe tãtæ ſapiẽtiæ & potentiæ es ꝙ te fugere vel latere

nō poſſum, ideo[Cōfitebor tibi].i.laudabo te.Et merito[qa terribiliter magnificat⁹ es]puta, qa infinit⁹ es in potentia & virtute,et eoipſo terribilis.Nec ſolū tu mirabiliter magnificatus es, ſed etiā [mirabilia]ſunt [opera tua.]Mirabilia ſunt oꝑa creatiōis, qa de nihilo.Mirabilia opera recreatiōis, qa de ꝓprio ſanguine. Mirabilia opera iuſtificatiōis, quia ſine merito.Mirabilia ſunt opera miraculorū tuorū,quia modo inſolito.Mirabilia opera glorificationis,qa plena ineffabili gaudio[& aīa mea] fide ꝑ te illuminata[cognoſcet nimis].i.conabitur quātū poterit ad cognoſcēdū opera tua, & maximè beneficia mihi facta inter quæ eſt formatio mei,ideo ſubditur: [Nō eſt occultatū os meū à te.]Et intelligit̃ hic os oſsis,q̄d latet in carne,ideo ſequitur[q̄d feciſti in occulto] q.d: Quomodo eſſet tibi occultū qui feciſti illud intra carnē,vbi occultat̃ aliȷs, ſed nō tibi? [& ſubſtātia mea in inferioribus terræ].i. ſubſtātia corporis mei nō latebat te, cū adhuc eſſet in materia:vnde facta eſt quæ materia pro maiori parte eſt terra,quæ eſt inferius elemētū.Sequitur vox Chriſti[Imperfectū meū].i.imꝑfectos meos: qa etiā vacillātes reſpicis,vt Petrū ne pereāt[viderunt oculi tui].ſ. mīæ & pietatis,infundēdo radios gratiæ tuæ[& in libro tuo].i.in me quē dediſti formā iuſtitię hoībus[oēs ſcribentur].i.inſtruētur,nō modò perfecti,ſed imperfecti.Nō ergo deſperēt[dies].i.apoſtoli[formabūtur] in me,à quo perfectionē gratię ſuſcipiēt, & meo noiabūtur noīe.Nā quaſi dies formauit dn̄s quādo ſanctos apoſtolos elegit, quādo eos luce fidei illuminauit [& nemo in eis]formabit̃ in eſſe gratiæ, nec ab eis noiabit̃,vt à Petro petrini, ſed à Chr̄o dicūtur fideles Chriſti:vel[in libro tuo].i.in diuina memoria[oēs ſcribētur]oēs.ſ.illi q̄s oculi tui viderūt etc.Sed tamen[Mihi aūt].i.à me[nimis].i.valde & excellēter[honorificati ſunt].i.honorabiles facti ſunt, licet aliȷs deſpicabiles videātur[amici tui] ô[deus].ſ.apoſtoli & ſancti qbus autor cæli & terræ dignatus eſt dicere. Iā nō dicā vos ſeruos,ſed amicos meos. Magnus honor, magna glo-

ria eſt eſſe amicos dei. Et [nimis] ſup oēm prīcipatū [cōfortat⁹ eſt prīcipat⁹ eorū]. i. firmiter ſtabilit⁹: qa primo duces & paſtores eccleſię facti ſunt, & ex iſto prīcipatu ad honorē ęternū trāſierūt. Sed hi tales licet ſint magni, nō ſunt tamē pauci: vnde ſeqtur, [Dinumerabo eos] q̄s in fide genuerūt illi, quorū principat⁹ eſt cōfortatus [&] ipſi [ſup arenā multiplicabūtur] i. Si vellē eos numerare nō poſſem, ſicut nec maris arenā: quia ſoli deo cognitus eſt numerus electorū in ſupna fœlicitate locādus. Hoc aūt fecit mortalitas & reſurrectio Chriſti: vnde & ſubdit̄, [exurrexi] à morte [& adhuc] toto tēpore vitæ p̄ſentis [ſum tecū] occult⁹ ad dexterā tuā donec ab oībus videar in iudicio. Et ſicut honorabiles ſunt amici tui de⁹, ita inimici deteſtabiles, & ideo [Si] .i. quādo [occideris] ô [de⁹ p̄cc̄ōres] obſtinatos, q̄s occides morte gehēnę, quę eſt mors ſecūda. Tūc. ſ. dicā [viri ſanguinū]. ſ. q oditis fratres. Qui enī o. f. ſ. homicida eſt [declinate à me]. ſ. ne vobiſcū occidar à deo. Ac ſi diceret: Cū tu dānabis reprobos in iudicio tuo, tūc ſeparabūtur boni à malis. Quib⁹ etiā malis, cauſa & origo dānatiōis demōſtrat̄, cū ſubiūgitur: [Quia dicitis in cogitatione]. ſ. veſtra. Dicitis inq̄ aduerſus electos [acci piāt in vanitate] & fruſtra [ciuitates ſuas]. i. cōuēticula. Iſtę ciuitates ſunt ſc̄tōrū ſocietates, q dū per diuerſa loca ſanctę & vnanimiter viuūt, ciuitates oīpotētis dei ſunt. Quos ſolēt mūdi amatores mēte deſpicere, quia eos vidēt tēporalia (q̄ ipſi diligūt) nō amare. Et dū illos cōſpiciūt ſimul habitare, ſola cæleſtia cōcupiſcere in vanitate accepiſſe ciuitates ſuas. i. fruſtra ſocialem ducere vitā electos, reprobi putāt. Et quia eorū mala, ſancta eccleſia odit & rep̄hēdit, rectè ſubiūgitur: [Nōne q oderūt te dn̄e oderā?] q. d: Sic, qa eorū vitiū eſt odiēdū bonis hoīb⁹, ſicut eſt odioſum deo [&] nōne [ſup inimicos tuos] q̄s videbā p̄terire legē tuā [tabeſcebā?] .i. enecabar int⁹ tędio, & afficiebar dolore, iratus cōtra eos ex zelo tuę iuſtitiæ. [Perfecto odio oderā illos] diligēs q̄d facti erāt ſecūdū naturā, ſed odiēs q̄d faciebāt ſ. iniqtatē, hoc eſt perfecto odio odiſſe, vt nec p̄pter.

vitia,hoĩes oderis,nec,ꝑpter hoĩes vitia diligas.Et exinde[inimici facti ſunt mihi]odio iniq̃ ꝑſequẽtes me, ꝑpter iuſtitiã.Et qa timeo ne qd lateat deſpicabile tibi in me:ideo[Proba me]ô[deus].i.examina[& ſcito cor meũ].i.fac me ſcire ea q̃ latẽt in corde meo[interroga me]i.fac me inqrere & diſcutere cõſcientiã meã, [& cognoſce].i. fac me cognoſcere [ſemitas meas].i. cogitatiões & deſideria mea quo tẽdũt.[Et vide].i.fac me videre[ſi via iniquitatis in me eſt].i.aliqua latens culpa in mea volũtate vel actione , vt per verã pœnitentiã purger ab ipſa,[& deduc me in via æterna].i.in via iuſtitiæ quæ ducit ad vitã & beatitudinẽ ęternam, ad quam nullus poteſt peruenire niſi fuerit totaliter peccato liber.

PSALMVS CXXXIX.

In hoc pſalmo propheta in perſona eccleſiæ uel fidelis, dñm deprecatur ut a tẽtationibus & uexationibus iniquorũ liberetur, dicens in futuro iudicio uindictam ſuper eos uenturam, qui modo pauperes perſequuntur.

ERipe me]ô[dñe ab]oĩ[hoĩe malo]in ſe,nõ ſolũ viſibili.ſ.ꝓximo,ſed etiã inuiſibili.ſ.diabolo,q dicit̃ homo in figura:vnde in euãgelio: Inimic⁹ homo ſuperſe.zizania[à viro iniq̃]alĳs.ſ.hoĩe vel diabolo[eripe me]ne mihi noceat.Diabol⁹etiã dicit̃ vir: qa virilis & fortis eſt ad nocẽdũ.Deinde qualiter mali ꝑſequũtur exeqtur. Impugnãt enĩ bonos tripliciter.ſ. corde lingua & manu.Et de corde p̃mittit,d:[Qui].ſ. mali & iniqui [cogitauerũt iniqtates in corde]etſi in labĳs quãdoq; bona p̃tẽdãt.Et hęc inimicitia occulta, periculoſior eſt q̃ aperta,quia nulla peſtis efficacior ad nocẽdũ q̃ familiaris inimic⁹.Et hi tales[tota die].i.toto tẽpore ſine intermiſsiõe[cõſtituebãt]machinando & firmiter ſtatuẽdo[p̃lia]verborũ aut verberũ,quibus alios impugnarẽt.Deinde ſubdit de perſecutiõe à lingua,d: [Acuerũt linguã ſuã]ꝑparando ad blandè loquendum vt deciperent , vel ad pungendum vt læderẽt[ſicut ſerpentes] qui blãdiuntur lingua vt mordeant [venenũ aſpidum]quod eſt inſanabile.i. ſuggeſtiones prauæ,eſt vel latet [ſub labĳs eorum].i.ſub

verbis de labijs eorũ ꝓcedentibus. Deinde de perſecutione à manu.i.opere, ſubiũgit dicẽs:[Cuſtodi me] ô[dñe de manu].i.poteſtate [peccatoris]antonomaticè & per excellentiã.ſ.diaboli in peccatis obſtinati, qa validus eſt ad nocendũ & per multa fallit, quæ nequeo per me pcauere[& ab hoĩbus iniquis] i.à mẽbris eius,per quos conatur, q̃d per ſe nequit facere [eripe me]ne mihi noceãt. [Qui cogitauerũt ſupplantare]& decipere[greſſus meos]qbus ambulabã in via dei & abſtrahere me ab ea,per aliud quod mihi pberet occaſionẽ ruinæ: vnde ſubdit, [abſcõderũt] vt facilius me deciperẽt & mihi nocerẽt[ſupbi].ſ. illi pctõres & iniqui[laqueũ].i.deceptionẽ ſeu inſidias[mihi] & ad capiẽdũ me. [Et funes].i.peccata ſua manifeſta, quę mihi ſuadẽt facere [extenderũt in laqueũ] vt me irretirẽt ad faciẽdũ ſimilia peccata. Dicuntur peccata funes,qa ligãt hoĩes,& detinent captiuũ : vnde ei poſt ligantur manus & pedes, vt proijciatur in tenebras exteriores. Et oſtendit vbi extẽderũt,d:[iuxta iter ſcãdalũ].i. offendiculũ & obicẽ[poſuerũt mihi]vt impugnã.ſ. dictũ vel factũ minus rectũ, pbens occaſionẽ ruinæ.Iter tuũ pcepta dei ſunt, vade ergo iter rectum,nec exeas à via dei.i.à pceptis eius & nõ timebis ſcãdalũ.Sed iuxta viã permiſit deus poni ipſum,cautũ te facere volẽs,ne tu à via recedas & cadas.Sed in his tẽtationibus & periculis nihil reſtat niſi clamare ad dñm ,ideoq́; ad hæc oĩa præcauenda ,ego clamãs [Dixi dño deus meus es tu].i.in te ſolo tanq̃ in deo cõfido , nõ in mea virtute. Et ideo exaudi dñe]cuſtodiẽdo & liberando me [vocẽ depcationis meæ]qua precor mala depelli à me , ne à via tua recedã,& in laqueũ cadã.O[Dñe dñe].i. veriſſime dñe, nõ quales dñi hoĩes ſunt,tu es[virtus ſalutis meæ].i.q das vires ſaluti meæ,& perſeuerantiam qua ſim ſaluus.Et inde ſpero ꝙ tu es virtus ſalutis meę:qa [obumbraſti]per gratiã tuã.i.quaſi vmbraculũ feciſti cõtra æſtũ tẽtationũ [ſuper caput meũ] .ſ. mentẽ meã præſtando mihi refrigeriũ gratiæ tuæ[in die belli]ne mihi pualeret æſtus tribulationũ & tẽtationũ. Sed ad-

hic nõ ſum ſecurus: & ideo [Nõ tradas me] ô [dñe].i. ne permittas me tradi[à deſiderio meo].i. per deſideriũ & cõcupiſcentiã meã [peccatori].ſ.homini malo vel diabolo, vt eis cõſentiã, & deſideriũ perficiã. Caſsiodorus. A deſiderio ſuo traditur peccatori, qſquis per concupiſcentiã carnis diabolo relinquitur poſsidendus. Quia[cogitauerunt cõtra me] inimici quomodo callidius poſſent nocere. Et ideo tu ô dñe [ne derelinquas me] in manibus eorũ, & ſerua me à lapſu [ne fortè de me victo & humiliato [exaltẽtur].i. gaudeãt, & de meo interitu glorientur, ꝙ intenderãt. Me ergo inquit vmbra alarũ tuarũ teget: ſed [Caput].i. mẽs & capitalis intentio [circuitus] vitæ[eorũ].ſ. [labor labiorũ ipſorũ].i. mendaciũ, quo inducũt hoĩes ad peccatũ per verba deceptoria & doloſa [operiet eos] qa hic in terra de ſua falſa & mẽdaci aſſertione cõfundũtur, & in futuro opiet eos in inferno, ſicut rete captas aues: vel [Caput cir. eorũ].i. principes exercitus malorũ, q eſt diabolus, ſupple puniatur cũ exercitu ſuo, modo quo ſequitur [labor la. ipſ.] quo inducũt hoĩes ad peccatũ [ope. eos] in inferno: qa pute' inferni claudet ſuper eos os ſuũ. Et pręterea [Cadẽt ſuper eos] hic in terra anteq̃ veniat ignis ęternus [carbones].ſ. ignis concupiſcentiæ, iræ, & luxuriæ, & oĩm incentiua vitiorũ. Et finaliter [in ignẽ] æternũ [deijcies eos] dicẽdo: Ite ma. in ignẽ æternũ [in miſerijs nõ ſubſiſtẽt] qa pœna & miſeria infernalis eſt intolerabilis: qa grauiſsima [Vir linguoſus].i. qui amat mendacia, cui voluptas eſt loqui, nec attendit qd loquatur, & relator, detractor, & ſeditioſus, itẽ qui aliũ loquentẽ ſuſtinere nõ poteſt, ſed verbũ eius interrũpit [nõ dirigetur] ad faciendum bona, nec proficiet [in terra].i. in hac vita: qa vt dicit Greg. multiloquio quiſq; ſeruiens, rectitudinẽ iuſtitię tenere nequaq̃ poteſt. Et vt dicit Salomon, in multiloquio nõ deerit peccatũ. Sed & [virũ iuſtũ mala capiẽt in interitu] qa mala gehennę eũ capient in morte. Oĩs linguoſus iniuſtus eſt, qa illius qui nõ refrenat linguã

ſuã,vana eſt religio. Et[Cognoui].ſ.ego[quia]tandẽ [faciet dñs]ſ.in iudicio futuro,& ſi modo nõ facit[iudiciũ inopis] qui eſurit iuſtitiã,ipſum ditando diuitijs ſpũalibus & æternis.Beati enim qui eſu.& ſiti.iuſti.q. ipſi ſatu.[&]faciet etiã[vindictã pauperũ]ſpiritu.i. humiliũ nõ reliquens eorũ iniuriã impunitã.ſed puniens oppreſſores eorũ, quos tũc mala perducũt ad perditionẽ.Et ſi modo boni affliguntur,& p̃ſſuras patiuntur, apparebit tamẽ gloria eorũ cũ apparuerit caput ipſorũ:vnde ſequitur,[Veruntamẽ iuſti cõfitebũtur] confeſsione laudis[nomini tuo].i. laudabũt nomen tuũ: & hoc maximè in futuro,vbi dñ iudiciũ & cauſas eorũ agẽs nihil ſuis meritis, ſed tuæ mĩæ tribuent [& habitabũt recti]qui rectè viuũt,& bona ſua nõ ſibi,ſed tibi tribuũt[cũ vultu tuo].i. cũ p̃ſentia tua manifeſta tua viſione perfruentes, & faciem tuam in cælis clarè videntes.

PSALMVS CXL.

In hoc pſalmo propheta in perſona cuiuſlibet fidelis petit ſuã orationẽ exaudiri cõtra mala huius mũdi, & ſpecialiter a peccato linguæ & a poena pro eo debita in præſenti, & in futuro infligenda, præſeruari: unde dicit,

DOmine clamaui ad te]ore & corde dep̃cãdo.Et ideo[exaudi me]petionem meã implẽdo.Clamor noſter ad deũ, ipſum eſt deſideriũ,& vnuſquiſq; q̃tũ amat tantũ clamat.Et[intẽde voci meæ].i. diligenter audi vt exaudias[cũ clamauero ad te]iterũ & q̃tieſcũq;:qa nõdũ finita eſt tribulatio.Et ô dñe[Dirigaṫ]de ara cordis[oratio mea] igne charitatis incẽſa.i.rectà ad te veniat, nõ habẽs ſordes aliquas, aut vitia,aut cogitatiões malas[ſicut incẽſum].i. bon⁹odor [in cõſpectu tuo]vt queadmodũ ſuauis incẽſi odor eſt gratus & delectabilis,ſic mea oratio tibi placita fiat & acceptabilis.Et[eleuatio manuũ mearũ] ad te in oratione, vel opa bona q̃ fiũt ꝓ æternis, ſit tibi[ſacrificiũ veſptinũ].i.placeãt tibi, vt ſacrificiũ q̃d in veteri lege offerebaṫ veſpere,quãdo occidebaṫ agnus, q̃d erat acceptabili⁹:qa erat figura veri ſacrificij.ſ.paſsiõis Chriſti,q̃d in veſpere oblatũ eſt,& ſuꝑ oĩa placuit deo. Et

ECce dñs deus] Ieſus Chriſtus, deus & homo[in fortitudine veniet.] In aduẽtu enĩ ſuo Chriſtus egit miracula ſtupẽda,quæ fieri nõ poterant niſi virtute infinita[& brachiũ eius dñabitur.]Per brachia enĩ eius in cruce extenta ad gloriã ſuæ reſurrectionis peruenit, & ſic ad dominiũ plenæ poteſtatis,ꝓpter q̃d tunc dixit Math. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.[Ecce merces eius cũ eo]quia virtute diuinitatis de ſe poterat dare gratiã in p̃ſenti,& gloriã in futuro[& opus illius].i. poteſtas iudicij [corãillo] .i.in poteſtate eius & voluntate.[Sicut paſtor gregem ſuum paſcet]nunc in cõtemplatione & in futuro ipſa viſione nunc docendo, poſtea ſaluando vel ſatiando: vnde dicit de ſeipſo Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus etc.[in brachio ſuo].i. in fortitudine[cõgregabit] ex oĩbus gentibus per vnitatem fidei in eccleſiam militantem[agnos].i.infirmos & debiles cuſtodiet in fortitudine,protegendo cõtra inimicũ [& in ſinu ſuo].i. protectione[leuabit]ad cælum per exhibitionẽ plenę cognitionis in eccleſia triumphanti[fœtas ipſe portabit.]Per hoc deſignatur Chriſti pietas ad fideles ſuos. Propter quod vbi ſupra dicit. Et aĩam meã pono pro ouibus meis.Deinde propheta agit de poteſtate conſolantis vt nullus de eius promiſsione dubitet, d:[Quis mẽſus eſt pugillo].i.valde faciliter[aquas?]quãuis ſint multæ & magnæ[& cælos palmo põderauit?] .i.ſine difficultate aliqua, ſicut illud quod cõtinentur in palma.[Quis appendit tribus digitis molem terræ & librauit in pondere montes & colles in ſtatera?] id eſt,valde faciliter.Quando enim aliquis vult leuare aliquid ponderoſum, apponit duas manus , ſed

quando

quãdo eſt valde ſibi leue, apponit tãtũ duos vel tres digitos. Per hoc aũt oſtẽdit̃ poteſtas Chriſti, ꝙ virtute diuinitatis oĩa iſta facit. Vtit̃ aũt hic ſcriptura verbis põderis & ſtateris: qa deus oĩa diſponit in numero, pondere & mẽſura, Sap. 11. Et ꝓpter dictã potentiã ſubiungit: [Quis] in creãdo [adiuuit ſpm̃ dñi] quaſi minus potentẽ, qa verbo dñi cæli fir. ſ. & ſpi. o. e. o. virtus eorũ, q. d: nullus, [aut quis cõſiliarius eius fuit & oſtẽdit illi?] quid ageret. [Cũ quo inĳt cõſiliũ, &] qs [inſtruxit eum] quaſi haberet ſapiẽtiã diminutã qualiter operari debuiſſet [& docuit eũ ſemitã iuſtitię]. i. regulã operãdi [& erudiuit eũ ſciẽtia, & viã prudẽtiæ oſtendit illi?] q. d: nullus. [Ecce gẽtes] generaliter oẽs [quaſi ſtilla ſitulæ]. i. cadẽs de ſitula, quę nullius momẽti reputatur in cõparatiõe ei⁹ [& quaſi momẽtũ ſtatherę]. i. lingula ſtatheræ, quę valde de facili ad vtrãq; partẽ mouet̃, de ſe nullã habẽs ſtabilitatẽ [reputatę ſunt] in cõparatiõe eius. Ecce inſulæ quaſi puluis exiguus] ĩ cõſpectu eius [& libanus nõ ſufficiet ad ſuccẽdẽdũ, & aĩalia eius nõ ſufficient ad holocauſtũ]. i. Si aliquis vellet facere ſibi ſacrificiũ debitũ, oĩa ligna nõ ſufficerent ad ipſum cremãdũ, nec per cõſequẽs oĩa aĩalia ſufficerẽt ad offerẽdũ ſibi debitũ holocauſtũ. [Oẽs gẽtes quaſi nõ ſint, ſic ſunt corã eo]. i. in cõparatione eius [& quaſi nihilum & inane reputatę ſunt ei] quia ex ſe non habent aliquod eſſe. Omnia iſta inducuntur ad oſtendendum, ꝙ in nullo indiget alterius auxilio vel conſilio.

In hoc cantico quod habetur Eſaiæ 42. propheta gratias agit de benedicta Chriſti incarnatione, ſic dicens:

CAntate] ô vos apoſtoli & alĳ fideles [dño cãticũ nouũ] ꝓ nouo beneficio incarnationis dñi noſtri Ieſu Chriſti. Vnde & ipſo nato, nouũ cãticũ cãtauerunt angeli, d: Gloria in altiſsimis deo, etc. Luc. 2. [laus eius] ꝓtẽtatur [ab extremis terræ]. i. à termino vſq; ad terminũ aliũ: qa in oĩbus terræ partibus ſunt aliq fideles Chriſtũ laudãtes. [Qui deſcẽditis mare & plenitudo ei⁹ inſulæ & habitatores earũ]. ſ. dñm laudent, qa Chriſtus nõ ſolũ laudãdus eſt in arida, ſed

etiam

etiã in mari & in inſulis. [Subleuetur deſertũ].i.gentilitas ſurgat ad fidei chriſtianæ cultũ & ſtatũ q̃ prius inculta erat, & inuoluta diuerſis erroribus [& ciuitates eius].i. habitatores earũ [in domib⁹ habitabit Cedar.] Cedar fuit filius Iſmael. Geneſ.25. Per quẽ Iſmaelitæ qui antiquit⁹ habitabãt in tabernaculis, deſignãtur. Et per hoc methaphoricè deſignãtur populi gẽtiles in diuerſis erroribus vagãtes, q modo per fidẽ habitant in domibus Chriſti.i.eccleſijs per fidẽ charitate formatã.[Laudate] dñm[habitatores petrę.] Habitatores petrę cultores Chriſti ſunt, q in eo habitãt p iugẽ meditationẽ, fidẽ, & imitationẽ. Petra enĩ erat Chriſtus ad cho.[de vertice mõtiũ clamabũt] vt.ſ.meli⁹ audiãtur.[Ponẽt dño gloriã].ſ.diſcipuli Chriſti, gloriam eius ꝓdicãtes [& laudẽ eius in inſulis nũciabũt] .i.habitatoribus inſularũ ſicut videmus impletũ. Hic cõſequẽter ꝓdicit᷑ malorũ caſus cũ dicitur: [Dñs ſicut fortis egredietur] in exercitu Romanorũ ꝓpter incredulitatẽ Iudęorum [ſicut vir ꝓliator ſuſcitabit zelũ].ſ.in Romanis, ad deſtruẽdũ ciuitatẽ & populũ. [Vociferabit᷑ & clamabit, & ſup inimicos ſuos] Iudęos [cõfortabit᷑.] Et qd dicat ſubdit᷑:[Tacui] corã Pilato à ſacerdotib⁹ accuſat⁹ falſo [ſemp ſilui] de iniurijs & obprobrijs mihi illatis [patiẽs fui] expectãs eorũ pœnitẽtiã [ſicut parturiẽs loquar] q.d: Nõ poſſum nec debeo vltra cõtinere à punitione eorũ, ideo ſubdit᷑:[Diſsipabo & abſorbebo ſimul, deſertos faciã mõtes].i.maiores [et colles].i.mediocres [& omne germẽ eorũ exciccabo] .i. minores de populo deſtruã per Romanos. [Et ponã] tunc [flumina] ſapiẽtię [in inſulas] gẽtiũ [& ſtagna arefaciã].i.doctrinas Iudęorũ, vt ꝓphetas legẽtes nõ intelligãt. [Et educã cæcos].i.gẽtiles erroribus cęcatos [in viã] Chriſtũ, qui eſt via veritas & vita [q̃ neſciunt] modo, vel [in viã q.neſ.] per obſeruãtiã mandatorũ [& in ſemitis] per obſeruantiã cõſiliorum [ambulare].i. ꝓficere [eos faciã. Ponã tenebras corã eis in lucem] per diuinorũ cognitionẽ [& praua] ex cõſuetudine peccãdi [in recta] per operum rectificationem.

In hoc

In hoc cãtico quod habetur Eſaiæ 49. ppheta agit de exaltatiõe eccleſiæ p meritũ benedictæ incarnatiõis dñi nr̃i Ieſu Chriſti, d:

HÆc dicit dñs].ſ. deus pater [redẽptor Iſrael].ſ. fideliũ: qa dedit filiũ, p eius redẽptione [ſanctus eius].i. ſanctificator ipſius] ad cõtemptibilem aĩam].i. Chr̃m denominãdo à parte totũ: q in humanitate aſſumpta cõtẽptibilis apparuit. Vnde Quaſi abſconditus vul. eius & deſpe. [ad abominatã gentẽ].i. primitiuã eccleſiã, quã ſupra modum abominati ſunt prĩcipes Iudęorũ: ſimiliter aliq Imperatores, vt Nero, Domitianus, Diocletianus, Maximin⁹ etc. eã totaliter exterminare q̃rẽtes [ad ſeruũ dñorũ].i. populũ catholicũ, qa tũc chriſtiani frequẽter cõdẽnabãtur ad metalla fodiẽda, & alia opa ſeruilia faciẽda. [Reges videbũt] miracula in virtute noĩs Chr̃i facta p apoſtolos & eorũ ſucceſſores [& cõſurgẽt prĩcipes] ad ſtatũ fidei chriſtianę, q̃d maxime patuit tẽpore Cõſtãtini: vel [Reges v. & cõ.] etc. p fidẽ, q. d: Ignominia verteť in gloriã, & ſeruit⁹ in dñiũ etiã ſup reges [& adorabũt] te [propter dñm] patrẽ [qa fidelis eſt [mittẽdo redẽptorẽ mũdo, ſicut patrib⁹, pmiſerat [& ſanctũ Iſrael].i. ſanctificatorẽ ei⁹ [q elegit te].ſ. Chriſtũ hoĩem ad op⁹ redẽptiõis humanę. [Hęc dicit dñs] pater ad filiũ [in tẽpore placito] .i. in tẽpore gratię, paſsiõis, reſurrectionis, in q̃ cõplacuit deo redimere gen⁹ humanũ [exaudiui te] dicentẽ: Pater clarifica filiũ tuũ. Oĩs enĩ oratio Chriſti fuit exaudita, q̃ pceſsit ſecũdũ deliberatiuã volũtatẽ, [& ĩ die ſalutis] humanę.i. in die paſsiõis, qua opatus es ſalutẽ in medio terrę [auxiliatus ſum tui] dãdo cõſtantiã patiendi. [Et ſeruaui te] recipiẽdo aĩam tuã in morte, & pſeruãdo corpus tuũ à corruptione [& dedi te in fœd⁹ populi].i. cõcordiã faciendã inter deũ & hoĩes, vt p te deo fœderarentur [vt ſuſcitares terrã].i. habitantes in terra, à morte culpæ ad vitã gratiæ] & poſsideres hæreditates diſsipatas].i. nationes gentiũ diuerſis erroribus laceratas. [Vt diceres] prædicatione tua [ijs qui vincti ſunt] cõſuetudine peccandi [exite] per veritatẽ p⁹nitẽtiæ [& ijs qui in tenebris ſunt].ſ. ignorãtiæ & infideli-

infidelitatis diceres [reuelamini] .i. illuminamini in veritatis cognitione. [Super vias paſcentur].i.obſeruatione mandatorũ & cõſiliorũ [& in oĩbus planis].i. in ſanctorum exẽplis, quæ ſunt ita plana ꝙ poſſunt ab oĩbus videri [paſcua eorũ] qa magis ædificãt exempla ꝗ verba. Et in futuro. [Nõ eſuriẽt neqꝫ ſitiẽt, & nõ percutiet eos æſtus & ſol, quia miſerator eorũ reget eos] in via deducendo [& ad fontes aquarũ potabit eos] in æterna gloria oĩbus bonis ſatiãdo. Pſal. Satiabor cum ap. gloria tua etc. quia in cõſecutione vitę beatę, nullum ſentitur malũ & habetur omne bonum. [Et ponã] eis [oẽs montes meos in viã] planã, impedimenta mundi à prædicatoribus euangeliĳ & aliĳs credentibus amouebo [& ſemitę meę exaltabũtur.] Ideo ſubditur: [Ecce iſti de lõgè veniẽt] .ſ. ad fidẽ Chriſti per prædicationẽ apoſtolorũ & aliorũ, [& ecce ab Aquilone & mari, & iſti de terra auſtrali] i. ab oĩbus mũdi partibus & inſulis maris. [Laudate cæli].i. angeli, qui ſunt ciues cæli, laudate deũ de ſalute humani generis. Quod & fecerũt Chriſto nato, cantantes gloria in altiſsimis deo etc. [& exulta terra].i. habitãtes in terra quãtũ ad minores & mediocres [iubilate] ex immẽſa cordis lætitia [mõtes laudẽ] quãtũ ad maiores [qa cõſolatus eſt dñs populũ ſuũ] per modũ ꝑdictũ .ſ. pater per filiũ [& pauperũ ſuorũ] .ſ. gẽtiũ quę ſine lege et ſine fide erãt, [miſerebitur] perfectè ditando eos in gloria.

In die natiuitatis dñi, in Circunciſione, Epiphania etc. cãtica.

In hoc cantico quod habetur Eſaiæ nono, propheta loquitur de illuminatione gẽtium per fidẽ Chriſti, & de natiuitate ipſius Chriſti, ſic incipiens:

POpulus] Iſrael, vel quarũlibet gentiũ [q ambulabat in tenebris] ignorãtiæ et erroris ante Chriſti ꝑdicationẽ [vidit lucẽ magnã].i. Chriſtũ, q eſt lux mũdi, Ioan. 8. Per ꝑdicationẽ et miracula ꝓpria virtute faciẽtem [habitantibus in regione vmbræ mortis.] Error enim et ignorantia ſunt quaſi mortis vmbra, Hieron. In vmbra mortis ſunt qui in peccatis adhuc viuunt, [lux orta eſt eis] .ſ. veritas euangelica: vel,

[habi. in

ſhabi.in reg.vm. mor.]ſ.patrib⁹ in lymbo detẽtis inferni[lux or.eſt eis]quãdo Chriſtus poſt paſsionem ad eos deſcẽdit, & ſecũ in cęlũ in aſcẽſiõe deduxit.[Multiplicaſti gẽtẽ].i.gẽtiles ad fidẽ dicit in pſona apoſtolorũ[nõ magnificaſti lętitiã] nobis de ſalute Iudęorũ, qa ꝑ maiori parte remãſerũt obſtinati. [Lætabũtur] apoſtoli[corã te]ô Chriſte ſpũali deuotiõe[ſicut]meſſores[lætãtur in meſſe]ex bonorũ fructuũ collectiõe. Et[ſicut exultauit victores quãdo diuidũt ſpolia]inimicorũ ſuorũ habita victoria. Sic apoſtoli & diſcipuli Chriſti poſtq̃ receperũt in die Pentechoſtes plenitudinẽ ſpũs ſ.lætati ſunt valde:quia ex tũc fides catholica cœpit publicè ꝑdicari,& meſsis eccleſiæ cœpit augeri per cõuerſionẽ gentiũ,& fideles cœperũt triũphare de mũdo,carne,& diabolo. Quia tũc [Iugũ enĩ].i.dominationẽ[oneris eius].ſ.diaboli vel carnis aggrauãtis, [& virgã hum.eius].i.diaboli poteſtatẽ vel mundi [& ſceptrũ].i.imperiũ[exactoris eius].i.ipſius dæmonis, qui eſt exactor peſsimus, exigẽs à nobis cũ vſura nũmũ pctĩ,quẽ primis parentibus cõmodauit, & de quo dicitur Iob 41.ꝙ ipſe rex eſt ſuper oẽs filios ſupbię[ſuperaſti]ô Emanuel Chriſte[ſicut in die Madian]i.tam facilè.ſ.& ſine ſãguine victi ſunt Madianitę à Iedeone, in quo Chriſti victoria ſignificatur.Iudic.7.[Quia oĩs violẽta ꝑdatio cũ tumultu] erit & auferet̃ ei, q.d: Genus humanũ q̃d diabolus ꝑdatus eſt fraudulẽter,auferet ei dñs violẽter.i.potenter, & ipſum & mẽbra eius cũ tumultu detrudet in infernũ [& veſtimentũ mixtũ ſanguine.]Diabolus qui plenus eſt oĩm ſanguine, qui homicida erat ab initio,vel hoĩes q̃bus diabolus tanq̃ veſte circũdatur,quorũ manus ſanguine.i.pctõ plenæ ſunt[erit in cõbuſtionẽ]gehẽnæ[&]erit [cibus ignis] æterni.[Paruulus enĩ]ſecũdũ carnẽ.ſ. Chriſtus [natus eſt nobis]ſaluãdis. Loquitur de futuro per modũ ꝑteriti ꝓpter certitudinẽ ꝓphetię[& fili⁹].ſ.naturalis ipſius dei[datus eſt nobis]à deo ſola gratia,ſecũdũ ꝙ ipſe dicit Ioan.3. Sic deus dilexit m.vt fi.ſ.v.da.[Et fact⁹ eſt principatus eius ſuper humerũ eius] crucẽ ſibi baiulando,

ſulādo,vt dicitur Ioā.19.Per quā poteſtates aereas debellauit,& regnū ſuū potēter intrauit,Luc.vlt.Oportuit pati Chriſtū & ita intrare in gloriā ſuā,[& vocabitur nomen eius admirabilis] qa de⁹ & homo,quod inauditū:vel[admira.]& mirabilis in bonitate & ſuauitate miracula faciēdo [cōſiliarius] cōſilia euāgelica, ꝑceptis decalogi ſuperaddēdo[deus]creator oīm[fortis]infernū ſpoliādo[pater futuri ſęculi]electos ad ciuitatē cæleſtē admittēdo[princeps pacis]qa recōciliauit nos deo & angelis. Et princeps pacis triplicis: qa dat pacē cōſciētiæ internā,& cū proximo pacē fraternā,& finaliter pacē ſupnā. Propter quod in natiuitate ei⁹ angeli cātauerūt Gloria in altiſ.deo, & in ter.p.h. b.vo.Pro iſtis ſex noībus 70. interp̄tes trāſtulerunt,& vocabit̄ nomē eius magni cōſilij angelus.Et iſto modo recitatur in officio miſſæ in die natiuitatis dñi,q̄d idē ſignificat implicite & velate ſecūdum M. Nico.de Lyra,qa iſta noīa diuinitatē Chriſti exprimētia ſignificāt explicitè & manifeſtè,ꝙ maximū cōſiliū & ſecretū diuinū fuit incarnationis diuinæ myſteriū anteq̄ in effectu cōpleretur.[Multiplicabitur eius imperiū].i. fideles q eius ſuberūt imperio multiplicabūtur & merito & numero per p̄dicationē apoſtolorū & ſucceſſorū eorū: vnde ipſe dixit Math. vlt. Data eſt mihi om. po.in cęlo & in terra[& pacis nō erit finis].ſ.pacis cęleſtis ab eo date,quæ eſt æterna.[Super ſoliū Dauid & ſuper regnū eius ſedebit, videlicet cæleſte, figuratum per ſoliū Dauid: vel[ſuper ſo.Da.].i.ſup eccleſiā militātē per regnū Dauid figuratā [vt cōfirmet illud in iudicio & iuſtitia,amodo & vſq; in ſempiternū]qa eccleſia ſic eſt à Chriſto cōfirmata,nō ſolū triūphās,ſed etiā militās:ꝓpter q̄d dicit Chriſt⁹ Math.vlt. Ecce vo.ſum oībus d.v.ad cō.ſęculi.[Zel⁹].i.charitas nō hoīm merita[dñi exercituum]ad genus humanū[faciet hoc].i. mittet filium ſuum ſaluare mundū.

Canticū ſequens habetur Eſaiæ vlt. ſecundum tranſlationem antiquam.In quo propheta agit de gaudio iuſtorum in fine ſeculi,& de poena malorum, dicens:

MM Lætare

LÆtare Hieruſalẽ] q.d: O eccleſia militãs trãſiẽs ad triũphãtẽ, gaude & lætare, [& diẽ feſtũ agite oẽs q̃ diligitis eã] oẽs vos fideles habentes verã & firmã charitatẽ, [Gaudete gaudio] replicatur gaudiũ ꝓpter duplicẽ lætitiã tunc perfectè habendã. ſ. interius & exterius ex gloria aĩa & corporis [vniuerſi q̃ lugebatis ſuper eã] in afflictionibus tyrãnorũ [vt potemini à lacte, & ſatiemini ab vberibus cõſolationis eius]. i. duobus teſtamẽtis: vnde trahitur doctrina ſimpliciũ, quaſi lac infantium, vnde & ipſa cõſolatur, vel donis ſpiritus ſ. [Et cũ auulſi fueritis à lacte, epulemini ab introitu gloriæ eius] fide, virtùtibus, operibus, cognitione diuinitatis, & humanitatis Chriſti. [Quia hæc dicit dñs, ecce ego declino in eos vt flumen pacis] abundãtia ſancti ſ. quo pacificamur deo & angelis [& vt torrens inundãs gloriæ gẽtiũ. Pueri eorũ in humeris portabũtur, & ſuꝑ genua cõſolabũtur. Quẽadmodũ mater cõſolat̃ filios ſuos, ita & ego cõſolabor vos.] Iſta dicũtur ad exprimendũ familiaritatẽ & beneuolẽtiã dei erga electos per affectionẽ matris ad filios [& in Hieruſalẽ] cæleſti [cõſolabimini] ꝑſentia mea: quia beati mundo corde, q. ip. d. videbũt. [Et videbitis] faciẽ meã clarè & apertè ſine fine: q̃a gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis [& gaudebitis, & lętabit̃ cor veſtrũ] q̃a dictæ viſioni annexa eſt fruitio beata [& oſſa veſtra vt herba germinabunt]. i. in die iudicij corpora veſtra reuiuiſcẽt in immortalitate, vt ſicut corpore & aĩa in ꝑſenti vita deo ſeruiuiſtis, ſic corpore & aĩa ꝑmia recipiatis [& cõminabitur cõtumacijs] dæmonib⁹, Iudęis, & oĩbus reprobis. Quia [Ecce dñs vt ignis veniet] q̃a ignis cõflagrationis ante faciẽ eius ad iudiciũ venientis ꝑcedet, Pſal. Ignis ante ipſum ꝑce. Qui ignis ætern⁹ erit malis, q̃s inuoluet & ducet ad ſuppliciũ ęternũ, q̃ purgabunt̃ q̃d in bonis erit purgãdũ [& vt tẽpeſtas curr⁹ eius]. i. angeli q̃ erũt executores diuini iudicij, & veniẽt cũ magna poteſtate [Reddere in irã vindictã]. i. ſuæ iuſtitię effectũ [& vaſtationẽ in flãma ignis] q̃a dicet reprobis illud Math. 25. Ite male. in ig. æternũ.

[In ig-

[In igne enĩ zeli dñi deuorabitur oĩs terra] ante iudicium per ignẽ cõflagrationis]& in gladio eius].i.ſententia[oĩs caro] Amos 9. Gladio dei peribũt oẽs peccatores terræ. Dñ enim reddet vnicuiq; q̃d meret, oẽs cognoſcẽtillũ iuſtũ iudicẽ, & laudabũt eius iudicium.

In hoc cãtico quod habetur Eſai. 26. pp̃heta in perſona oĩm iuſtorum gratias agit deo de perfecta uictoria quã habebunt in die iudicij de deiectione omnium inimicorum, d:

VRbs fortitudinis noſtræ].i. munimentum & protectio noſtra eſt[Syõ]cæleſtis [ſaluator].i. Chriſtus, qui ſperãtes in ſe ſaluat [ponetur in ea murus & ante murale].i.erit nobis pro omnimoda protectione. Et ò vos ſancti angeli[Aperite portas & ingrediatur]de plano et liberè [gens iuſta] pro qua dabitur ſentẽtia diuina, Venite benedicti pa. mei etc. Loquẽdo de ingreſſu electorũ generaliter in corpore & aĩa. Tamẽ à tẽpore paſsionis Chriſti aperta fuit ianua, & ingreſsi ſunt electi defuncti quantũ ad aĩas, et etiã aliqui quantũ ad corpora ex gratia ſpeciali vt piè creditur de b. virgine Maria[cuſtodiẽs veritatẽ].ſ. vitę doctrinæ et iuſtitiæ. Deinde eſt vox ſanctorũ ad Chriſtũ.[Vetus error abijt]à nobis. Quãdiu eni hoĩes ſunt in p̃ſenti vita, poſſunt errare, ſed in beatis deũ clarè videntibus, hoc eſt impoſsibile. Et q̃a nõ ſolum ibi eſt clara viſio, ſed etiã perfecta fruitio, totaliter q̃etãs appetitũ, ideo ſubditur, [ſeruabis pacẽ] pectoris in præſenti[pacẽ]æternitatis in futuro, quæ eſt pax ſup pacẽ, quæ exſuperat oẽm ſenſum: vel pacẽ duplicatur propter quietem duplicis appetitus, intellectiui & ſenſitiui per gloriã corporis et aĩæ [quia in te ſperauimus] tanq̃ in redẽptorẽ noſtrum et glorificatorem. Deinde eſt vox prophetæ alloquentis ſanctos. Verè[Speraſtis in dño in ſæculis æternis].i. ad conſequendum ab eo vitam æternam[in dño deo forti in perpetuũ] et ideo nõ eſtis cõfuſi. Et q̃a per eius fortitudinẽ reprobi tenebuntur in pœnã perpetuã, ideo ſubditur: [Quia incuruabit habitãtes in excelſo].i. ſupbos dæmones, et etiã tyrãnos, et potiſsime Antichriſtũ ſuperbiſsimũ, et ſibi

MM ij adhæ-

ſibi adhęrētes [ciuitatēſublimē humiliauit] .i.ciuitates (accipiēdo ſingulare ꝓ plurali) in quibus abundat ſuperbia & alia vitia. [Humiliabit eā vſqȝ ad terrā, detrahet eā vſqȝ ad puluerē. [Cōculcabit eā pes] Chriſti, quē iniuſtè dānauerunt [pes pauperis. ſ. ipſius Chriſti, qui in primo ſuo aduētu duxit vitā pauperē, de q̃ Zacha. 9. Ecce rex tu. v. t. iuſtus & ſal. ipſe pauper [greſſus egenorū]. i. apoſtolorū, q ꝓpter Chriſtū oīa tēporalia reliquerūt, ꝓpter quod in iudicio aſſeſſores erūt, ſecūdū q ipſe dicit Math. 19. Sedebitis ſuper ſe. iud. d. t. Iſrael. Et ſic ſuperbi huius mūdi erūt pedibus eorū ſubiecti. [Semita iuſti] .i. doctrina & vita Chriſti quā tenuit & docuit, qui dicitur iuſtus abſolutè: qa per excellentiā. ſ. formaliter & effectiuè, qa alios iuſtificat. Et dicitur ſemita ꝓpter arctitudinē cōſiliorū [recta eſt, rect⁹ callus iuſti ad ambulandū] diſtorſionē nullā habens à rectitudine virtutis. Qui ergo vult regnare cū eo ſeruet eā, ideo in perſona electorū ſubditur [& in ſemita iudiciorū tuorū dn̄e]. i. in via euāgelica te ſequēdo [ſuſtinuimus te]. i. ꝓpter te ſuſtinuimus tribulationes & opprobria [nomētuum]. ſ. Ieſus [& memoriale tuū]. i. memoria tui noiabilis [in deſiderio aīæ] noſtræ fuit, q. d: Toto deſiderio memoriā tui habuimus expectātes te, Bernar. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, ideo ſubditur in perſona cuiuſlibet iuſti. [Aīa mea deſiderauit te in nocte]. ſ. p̄ſentis vitæ, in qua videmus deū per ſpeculū in ænigmate [ſed & ſpūs meus in p̄cordijs meis. Deſideriū enī propriæ eſt rei nō habitæ, ſicut delectatio rei p̄ſentis, & ideo electi in vita p̄ſenti propriè loquendo deū deſiderant cui deſiderio ſuccedit fruitio [de mane vigilabo ad te] ſupple promerendū. i. A mane iuuētutis incipiā te quærere. Deinde ꝓpheta ad dn̄m dicit: [Cum feceris iudicia tua in terra] flagellando p̄ctōres [iuſtitiā diſcent habitatores orbis]. i. iuſtitiā tuā diſcent per experientiā flagelli, nō oēs, qa aliqui ſunt qui nō corrigūtur diuinis flagellis, nec etiā beneficijs, de quib⁹ ſubditur: [Miſereamur] & loquitur in plurali propter trinitatē perſonarū, vel eſt

ſermo

ſermo dei ad angelos qui ſunt executores ſuorũ iudiciorũ[impio] obſtinato [& nõ diſcet iuſtitiã] reuertẽdo ad ipſam, ꝑ beneficijs diuinis[in terra ſanctorũ iniqua geſsit]nõ retractus ex loci ſanctitate:qa talis peccat ex cõtẽptu,ideo ſubdit, [& nõ videbit gloriã dñi] qa nunq̃ admittetur ad gloriã paradiſi. [Dñe exaltetur manus tua].i.poteſtas tuę iuſtitiæ in iudicio[& nõ videant].i.vt nõ illuminẽtur à te propter ſuũ detrimentũ.Imò [videãt] .ſ.meritũ ſanctorũ & gloriã eorũ[zelantes populi].i.illi qui inuidẽt fraternę gratiæ[& ignis].ſ.infernalis[hoſtes tuos deuoret]nõ per eorũ cõſumptionẽ,ſed per cõtinuã afflictionẽ. Et hoc nõ optando,ſed ꝓdicẽdo dicit.[Dñe dabis pacẽ]quę exſuperat oẽm ſenſum[nobis]electis tuis,dicit ꝓpheta annumerãdo ſe iuſtis.Et qa ꝓuenit ex diuina gratia ſubditur[oĩa enĩ opera noſtra].ſ. meritoria [operatus es nobis]qa nõ ſunt meritoria niſi ex acceptatione diuina.Et gratia per quam ſunt acceptibilia à ſolo deo in nobis efficitur,vel potius purè creatur.

Dominicis diebus per quadrageſimam cantica.

In hoc cantico quod habetur Hierem. 14. *cap. propheta plangit ac deflet miſerias Iudæorũ, quas ſuſtinuerũt in deſtructione ciuitatis Hieruſalẽ ꝑ Babylonios. Sed eccleſia catholica & quilibet fidelis in ea merito plangere debet & flere, cõſiderãdo mala quæ fecerũt nobis a paucis annis hæretici ac Turchi, & quæ adhuc pro præſenti faciũt, ac clamare ad dñm & dicere:*

DEducãt oculi mei lachrymas ꝑ diẽ ac noctẽ , & nõ taceãt]q.d.quilibet chriſtianus. Ex quo nõ poſſum hæc mala emendare,nõ reſtat mihi niſi lachrymari & orare deũ ne peiora nobis cõtingãt:qa lachrymæ pondera vocis habent. Qm̃ cõtritione magna,contrita eſt virgo filia populi mei,plaga peſsima vehementer.]Et hoc veriſsimũ eſt ꝙ plaga peſsima, imò plagis peſsimis,cõtrita eſt chriſtianitas noſtra ætate,per hæreticos lutheranos & anabaptiſtas, ꝑ Turcos,& Sarracenos,per inteſtina bella prĩcipũ chriſtianorũ, ac etiã per inundationes maris , quæ fuerũt an. dñi 1530. in Nouẽbri,in Hollandia Zelãdia,Flandria,

 Braban-

Brabātia, ac rurſus anno dñi 1532. etiā in eodē menſe in eiſdem prouincijs vnde multa milia hoīm perierunt, vrbes cū villis ac eccleſijs ſunt euerſæ. [Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio. Et ſi introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame]. Et hoc verum eſt ꝙ multi moriūtur fame ſpirituali in aīa, quia pauci ſunt qui verbum dei & veritatē audeant prædicare inter hæreticos & ſchiſmaticos. Sed ad literā, quis hoīm eſt qui numerare poſſet aut noſcet corpora chriſtianorū occiſorū noſtra ætate ſignanter ab anno dñi 1521. Anno enim dñi 1521. Solymannus Imperator Turcorū, animatus vt creditur diſcordijs principum noſtrorum, Hungariā hoſtiliter inuaſit, & multis chriſtianis occiſis fortiſsimā ciuitatē quę Alba regalis dicitur, nunc aūt Belgradū in deditionem accepit. Anno dñi 1522. idē Solymannus Turcus, cū magna multitudine nauiū intrauit Rodhum inſulā, & partim occiſis militibus ſancti Iohānis, q eā tenebāt, partim effugatis, inſulam obtinuit. Anno dño 1525. fuit illa abominabilis & inaudita rebellio hæreticorum ruſticorum cōtra eccleſiam, & principes in ſuperiori Germania deſtruebant eccleſias & monaſteria, cōtemnebant ſacramenta ſanctæ matris eccleſię, vilipendebant prælatos & principes, religioſos ac religioſas, ſiue etiam alios fideles catholicos iugulabant, aut omnibus bonis ſpoliatos, ex ſuis domibus expellebant. Totaq́ꝫ intentio eorū erat, aliena rapere, vacare commeſſationibus & diuerſis vitijs: vnde principes & prælati Germaniæ multis milibus ex eis occiſis, eos ad obedientiā & ſubiectionem conati ſunt reducere, vtinam ex toto efficere potuiſſent. Et eodem anno magna fuit effuſio humani ſanguinis in Lombardia, rege Gallorum Franciſco à Cęſarianis ante Papiam capto. Anno ſequenti, hoc eſt, 1526. Solymannus Turcarum princeps, ingreſſus eſt Pauoniam cum magno exercitu, Ludouicumq́ꝫ regem Hungariæ occidit, & regnum ipſius & habitatores maximis affecit incommodis. Anno 1527. in menſe Mayo, Roma à Cęſarianis 6. capta fuit, non ſine mul-

tis ho-

tis homicidijs. Anno dñi milleſimo vigeſimo nono, tyrannus Turcarum Solymannus, deducente eum Ioanne VVaynoda, comite tranſiluano, qui ſe regẽ Hungariæ & tributarium Turci dicebat, totã fermè Hungariam (in qua duodecim ſolebant eſſe epiſcopatus) & partem Auſtriæ, igne & ferro vaſtauit, damnificauit Dalmatiam, Croatiam, ac alias prouincias sereniſſimi regis Hungariæ Ferdinandi, cum maxima occiſione chriſtianorũ. Obſedit etiã Viennã Auſtriæ caput, ac triginta diebus impugnauit, ſed capere nõ potuit. Eodem fermè tẽpore, Henricus huius nominis octauus Angliæ rex, hæreticus & adulter, ſæuire cœpit in clerũ & catholicos regni ſui. Nam & paulò poſt, reuerendiſsimũ Ioannẽ Epiſcopũ Roffenſem Cardinalẽ, ac M. Thomã Morũ, Angliȩ Cãcellariũ, itẽ tres Priores ordinis Carthuſianorũ, videlicet Ioẽm Priorẽ Lõdonienſem, Robertũ Priorẽ domus Bellȩ Vallis, Auguſtinũ Priorẽ domus viſitationis beatȩ Mariȩ, Reginaldũq; doctorẽ ordinis ſanctȩ Brigidȩ & plures alios venerabiles viros, gladio & varijs tormẽtis occidit, ac corpora eorũ patibulis et ſtipitibus affixit. Bona eccleſiarũ, monaſteriorũ, et catholicorũ, violẽter abſtulit, & ſibi ipſi retinuit, aut ſuis ſatellitib' dedit. Regnũ quoq; Daciȩ plenũ erat turbationibus, hȩreticis, ac ſchiſmaticis, ſicut videmus regẽ ipſius criſtiernũ (minus vt dicitur catholicũ, cũ ꝑlibus ſuis & vxore Izabella è regno ſuo fugatũ in Brabãtia ſub tutela ſororῇ ſui Caroli Imperatoris exulare. Et hæc ſunt luctuoſa et infœliciſsima tẽpora, in quȩ ætas noſtra deuenit. [Si] igitur [egreſſus fuero] p cõſiderationẽ & meditationẽ [ad agros, ecce occiſi gladio] in diuerſis mũdi partibus [et ſi ĩtroiero in ciuitatẽ, ecce attenuati fame. Propheta nãq; et ſacerdos, abierũt in viã quã ignorauerũt] nõ faciẽtes oĩmodã diligẽtiã extirpãdi hȩreticos et ſchiſmaticos, qa valde multiplicati ſũt in Germania, Dacia, Anglia, et in alijs locis. Sed [Nũqd ꝓijciẽs abieciſti Iudã, aut Syõ aboĩata eſt aĩa tua?] i. eccleſiã militãtẽ, ad quã Iudȩ nomẽ eſt trãſlatum. Iudas interꝑtatur cõfitens. Et ſancta

 eccleſia

eccleſia cõfitetur dño,cõfeſsione peccatorũ,fidei,laudis,& gratiarũ actiõis.Syon interpretatur ſpecula,& eccleſia ſpeculaẽ deũ,per fidẽ in pſenti, & in futuro ſpeculabitur per ſpeciẽ.[Quare ergo percuſsiſti nos ita,vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacẽ & nõ eſt bonum, & tẽpus curationis, & ecce turbatio. [Pauca enĩ ſigna adhuc videmus,p quæ hæretici debeãt extirpari,principes noſtri pacificari,aut infideles de finibus fidelium repelli. [Cognouimus dñe impietates noſtras]in deũ [iniquitates]in ſe vel in ꝓximũ[patrũ noſtrorũ: quia peccauimus tibi] & ideo premimur & quaſi opprimimur ab hæreticis & infidelib⁹ & malis hoĩbus. Attamen[Ne nos des in opprobriũ ꝓpter nomẽ tuũ]q̃d inuocatũ eſt ſuper nos,q.d:Quodãmodo redũdaret in te[neq; facias nobis cõtumeliã].i.fieri pmittas ab hæreticis & infidelibus.[Solij gloriæ tuæ] .i. Sedis apoſtolicæ, vbi ſedet ſumm⁹ põtifex vicarius tuus[recordare]in bonũ,ne ſuppeditetur à ſchiſmaticis & hæreticis[ne irritũ facias fœdus tuũ nobiſcũ] .i.ne eccleſia quæ cõſiſtit in fidelibus chriſtianis ,cũ qua promiſiſti manere vſq; ad cõſummationem ſæculi pereat etc.

Canticũſequens habetur Threnorũ quinto, in quo propheta Hieremias, explicat multiplicẽ ſui populi miſeriã in euerſione Hieruſalẽ per Chaldæos, & orat deũ pro ſubleuatiõe ipſius. Sed moraliter eſt oratio eccleſiæ uel cuiuſlibet fidelis p reuelatione terræ ſanctæ & populi chriſtiani ab ea deiecti, ſed & pro alijs terris quas occupauerũt Turci et alij infideles etiã noſtra ætate. Dicat ergo fidelis:

RECordare dñe qd acciderit nobis] .i. ex tua pietate noſtræ miſeriæ cõdeſcẽde, q oblitus videris dũ nõ vlciſceris. Tũc enĩ dicit recordari alicuius miſeriæ quãdo incipit eã releuare[intuere & reſpice opprobriũ noſtrũ.]Magnũ enĩ opprobriũ eſt toti chriſtianitati & potiſsimè principibus chriſtianis ꝙ infideles poſsident terrã,quã Chriſtus triginta tribus annis pambulauit,pdicãdo ac miracula faciẽdo. Nec ſolũ illã, ſed etiã totã Græciã,& noſtra ætate abſtulerunt à nobis Rodhũ inſulã, Bellegradũ,& magnã partem regni

tem regni Hũgariæ, de qbus ſubditur;[Hęreditas no-
ſtra verſa eſt ad alienos, dom⁹ noſtræ ad extraneos].i.
ad Sarracenos & Turcas.[Pupilli facti ſumus abſq; pa-
tre, matres noſtræ quaſi viduæ.] Pupillus ꝓpriè eſt q
caret matre, orphanus verò patre, vnũ tamẽ frequẽter
accipitur ꝓ alio. Et tales multi ſunt inter chriſtianos
ac plurimę viduæ.[Aquã noſtrã pecunia bibimus, lig-
na noſtra ꝑcio cõparauim⁹.] Nã illa q̃ ſunt infidelibus
cõmunia à chriſtianis inter eos habitãtib⁹ ſub tribu-
to emũtur pecunia.[Ceruicibus minabamur] de am-
putatione capitũ noſtrorũ [laſsis nõ dabatur requies]
Nã chriſtiani inter infideles habitãtes, ꝑſertim venũ-
dati inter eos, ſunt in magnis anguſtijs prout in libro
qui intitulatur de morib⁹ Turcorũ ſcriptũ inuenitur.
[Ægypto dedimus manũ & Aſſyrijs].i.infidelibus [vt
ſaturaremur pane.] Nã habitãtes inter eos pro victu
neceſſario ſunt ĩ graui ſeruitute. [Patres noſtri pecca-
uerũt & nõ ſunt, & nos iniqtates eorũ portauim⁹] in-
quãtũ acceſſu libero ad loca ſancta priuati ſum⁹ & ſup-
poſiti ſeruituti, quãtũ ad fideles cũ infidelibus habitã-
tes.[Cecidit corona capitis noſtri.] Nõ enĩ eſt hodie
rex Hieroſolymitanus, vel Imperator Cõſtantinopo-
litan⁹, vel iugiter Rhodiorũ, niſi ſolo noĩe [væ nobis
qa peccauimus] q.d: Hoc malũ & alia propter peccata
noſtra incurrimus.[Propterea męſtũ factũ eſt in dolo-
re cor noſtrũ, ideo cõtenebrati ſunt oculi noſtri] ex cõ-
tinuo fletu & triſtitia.[Tu aũt dñe in ęternũ permane-
bis, & ſoliũ tuũ in generationẽ & generationẽ] ideo
potes adhibere remediũ pro volũtate tua.[Quare im-
perpetuũ obliuiſceris noſtri, derelinques nos in lon-
gitudinẽ dierũ?].i.per tã longũ tẽporis ſpaciũ. Et qm̃
defect⁹ nõ eſt ex parte ſua, ſed noſtra, ideo ſubdit: [Cõ-
uerte nos dñe ad te & cõuertemur] qa debita cõuerſio
liberi arbitrij ad deũ præſupponit inſtinctũ diuinum,
qui dicitur gratia præueniens [innoua dies noſtros ſi-
cut à principio].i. quãdo terra ſancta erat liberè in ma
nibus fidelium ſicut & Græcia Rodhos, Hungaria.

Canticum ſequens habetur Ezech. capit. 36. In quo propheta

agit

avit de vocatione gentiũ ad verã fidem, dicens in perſona dei:

TOllã vos de gẽtibus].i.ſeparabo vos fideles credẽtes à cultura idolorũ [& cõgregabo vos de vniuerſis terris]in vnitatẽ fidei[in terrã veſtrã].i. eccleſiã militãtẽ & poſtea in triũphãtẽ in cælo.[Et effundã ſup vos] .ſ.credẽtes,& ab errore cõuerſos[aquã mũdã] baptiſmi ſalutaris,qua tollit culpa,& pœna,& aquã doctrinæ,& ſermonis dei [& mũdabimini ab oĩbus inquinamẽtis veſtris].i.pctis apertis[& ab vniuerſis idolis veſtris mũdabo vos]i.à pctis tectis & palliatis.[Et]tũc[dabo vobis cor nouũ]q̃d per pctm̃ perdiſtis.i.voluntatẽ nouã[et ſpiritũ meũ ponã in medio veſtri]quod impletum fuit in die Penthecoſtes quãdo apoſtoli & alij credẽtes receperũt ſpiritum ſ. vel[ſpm̃ meũ po.in me.veſtri].i.intentionẽ rectã. [Et auferam cor lapideũ de carne veſtra].i. in pctis obſtinatũ,dãdo verã cõtritionẽ de pctis [& dabo vobis cor carneũ].i. molle & tenerũ ac dulce ad obediẽdum p̃ceptis meis, [& ſpm̃ meũ ponã in medio veſtri] q̃d poſsit in ſe recipere ſpiritum ſ.inſcriptũ literis ſalutaribus.[Et]tunc [faciã vt in p̃ceptis meis ambuletis]faciendo ea & in eis ꝓficiẽdo[& iudicia mea cuſtodiatis]corde[& operemini].ſ. ea p̃cepta & iudicia, & fructũ habeatis.[Et habitabitis in terra quã dedi patribus veſtris].i.in eccleſia militante per gratiã, & poſt in triumphante per gloriã [& eritis mihi in populũ]obediẽdo mihi & me colẽdo[& ego ero vobis in deũ]vos defendẽdo. Et in futuro ſęculo electi immobiliter adhęrebũt deo, ita ꝙ erunt hęreditas dei,& deus erit hęreditas ipſorum.

In reſurrectione dñi & dominicis ſequentibus vſq; ad Penthecoſten incluſiuè,in tertio nocturno cantica.

Iſtud canticũ quod habetur Eſaiæ 43.exponitur cõmuniter a noſtris doctoribus de Chriſto poſt paſsionẽ ſuã redeũte ad patrẽ. Et ſecũdũ Hieronymũ primus verſus eſt verbum angelorum inferiorũ quærentium edoceri a ſuperioribus de myſterio incarnationis,paſsionis,reſurrectionis & aſcenſionis dñi.Licet enim angeli viſione beatifica,myſteria gratiæ cognoſcãt,nõ tamẽ oĩa, neq; æqualiter oẽs,ſed ſecundũ quod deus voluerit eis reuelare. Angeli ergo inferiores videntes dñm cum multitudine angelo-

rum & ſanctorum hominum propria uirtute, nō auxilio angelorum aſcendere in cælum dicebant ſuperioribus,

QVis eſt iſte]q̃ magn⁹,q̃ potēs,q̃ admirabilis,q̃ victorioſus,cū tāto exercitu[q venit]in cælū [de Edom].i.de mūdo. Edom interp̃taĩ terrenus vel ſangnine⁹,& mūdū ſignificat[tinctis veſtibus].i.corporeis mēbris,prius ſanguine.ſ.in cruce,vel qa etiā tunc apparebāt cicatrices ei⁹[de boſra?] .i.munita vel firma.ſ.Hieruſalem vbi paſſus eſt,vel de inferno ſpoliato cū fidelibus ſuis victor?Et qs eſt[Iſte formoſus]vel ſpecioſus forma p̃ filijs hoīm[in ſtola ſua]i.in humanitate ſua glorioſa,q̃ eſt q̃ſi veſtimētū diuinitatis,Ad Phil.2.In ſimilitudinē hoīm fact⁹ & habitu inuēt⁹ vt homo etc.[gradiēs]vel ambulās ſup cęlos oēs,nullo egēs auxilio[in multitudine]ſiue in plenitudine[virtutis ſuę?]Angelis tacētib⁹ipſereſpōdet.[Ego] cui datū eſt iudiciū ſum[q loq̃r iuſtitiā]reddēs vnicuiq; ſecūdū opa ſua[&,ppugnator]ſum cōtra dęmones[ad ſaluandū]gen⁹ humanū.ſ.homicidas,adulteros & huiuſmodi.[Quare]rurſus q̃rūt angeli[ergo]ſi talis es[rubrū eſt]ſanguine tuo[indumētū tuū]i.corp⁹[& veſtimēta tua ſicut calcātium in torculari?]q.d:Tibi nō cōueniunt iſta, ſed homicidis, adulteris etc. Reſpondet Chr̃s.[Torcular calcaui].i.p̃ſſurā crucis ſuſtinui[ſol⁹] qa oēs apoſtoli relicto eo fugerūt[& de gētib⁹nō eſt vir mecū]ī adiutoriū mihi.Torcular calcaui.ſ.crucē & oīa tormēta paſsiōis,in qbus q̃ſi ꝓlo p̃ſſus vt etiā ſanguinis funderet.Sol⁹torcular in q̃ torculat⁹eſt calcauit:qa ſua potētia eā quā ptulit paſsionē in reſurrectiōe ſupauit.[Calcaui eos] ſ.Iudęos & dęmōes[in furore meo] .i.in vīdicta iuſtitię meę[& cōculcaui eos ī ira mea]auferēs dęmonib⁹ mūdi prīcipatū,& Iudęis locū & gētē, ſacerdotiū,& tēplū, & oēm dignitatē p Romanos.[Et aſperſus eſt ſanguis]me⁹[eorū].i. ab eis fuſus[ſup veſtimēta mea,& oīa indumēta mea inquinaui.]Sanguis meus eorū rācore,dæmonū ſuaſione effuſus. Et ſanguis Chriſti Iudęorū ſanguis dicit: qa fuderūt,& inde vīdictā ſuſtinuerūt.Et eſt à ſimili victoris dictū & victi, cui⁹ ſæpe ſanguis ſup veſtimēta victoris aſpgit.[Dies

enim vltionis in corde meo].ſ. firmiter diſpoſita de punitione Iudæorũ & dæmonũ, qa [annus redẽptiõis meæ].i.humani generis[venit]qa nũc eſt tẽpus acceptabile.[Circũſpexi]in cruce[& nõ erat]mihi[auxiliator]quilibet[quæſiui & nõ fuit qui adiuuaret] Pſal. Expectaui qui ſimul cõtriſtaretur & nõ fuit, & qui cõſolaretur & nõ inueni etc. Nõ ꝙ Chriſtus humanũ auxiliũ requiret, ſed qa cõſiderauit vtrũ aliquis ei auxiliũ præbere præſto eſſet.[Et ſaluauit mihi].i.ſaluationem mihi fecit.ſ.reſurrectionem[brachium meum].i. verbum carni vnitum, vel fortitudo mea ſaluauit mihi oẽs prędeſtinatos ad vitã[& indignatio mea]cõtra Iudęos & dęmones[ipſa auxiliata eſt mihi]inquãtũ ex decẽtia diuinæ iuſtitiæ ꝓcedit iſta vindicta. Propheta loquitur de futuro ꝑ modũ præteriti, vt frequẽter fit in prophetis propter certitudinem prophetiæ infallibilem.

In hoc cantico quod habetur Oſeæ 6. ꝓpheta loquitur generaliter de oĩbus credentibus in Chriſtũ qui afflicti tribulationibus, orto lumine ueritatis in aduentu Chriſti per fidẽ ſurrexerũt de tenebris infidelitatis & ignorãtiæ ad laudãdũ deũ, & ei ſeruiendũ. In pſona ergo dñi loquitur primo ꝓpheta, dicens:

[IN tribulatione ſua].i. in cõpũctione & pœnitentiæ actione prædicãtibus apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus[mane].i.tranſacta & depulſa infidelitatis nocte abactis tenebris ignorãtię, orto lumine pœnitẽtię[cõſurgẽt]à vitijs relictis idolis [ad me]quærendũ & colendũ. Nec contenti ꝓpria ſalute hortãtur ſeinuicẽ, d: [Venite & reuertamur ad dñm]quẽ reliquimus peccãdo[qa ipſe cœpit].ſ.naturã noſtrã in vtero virginis[& ſanabit nos].i.à peccatis ſaluos nos faciet, ſecũdũ nomẽ ſuũ, q̄d eſt Ieſus. Quãuis aũt nos credẽtes, & in noĩe ſuo baptiſatos iã ſanauerit, adhuc tamẽ[percutiet].i. ſentẽtiã mortis huius corporis de qua dixit: qa puluis es et in puluerẽ reuerteris ſuper nos dimiſit, et ita fiet. Sed deinde[curabit nos].i. in nouiſsimo die, carnis reſurrectione reſurgere faciet nos, q reſurrectione aĩę .i. remiſsione pctõrũ, iã & viuere fecit nos.[Viuificabit nos

bit nos poſt duos dies,in die tertia ſuſcitabit nos]nobis primus dies eſt, quãdo renaſcimur per baptiſmũ, ſecũdus in requie aĩarũ,tertius in generali reſurrectione,quãdo ipſe Chriſtus viuificabit nos vita vel reſurrectione carnis.[Et]ita ſanati & curati.i.aĩa & corpore viuificati atq; ſuſcitati[viuem⁹]vita ęterna[in cõſpectu ei⁹]cõſpiciẽtes,et cõſpecti ab ipſo: vel [viuem⁹ in cõſpectu eius].i.immortales erimus.Neq; eni vltra mori poterimus,ꝑpter cõſpectũ eius:qa videbimus eũ ſicuti eſt, & inde ſimiles ei erim⁹. Tũc[Sciemus]& cognoſcemus nõ ſicut nũc ex parte, ſed perfectè[ſequemurq;]ad cælos aſcẽdendo , & ad vitæ fontes aquarũ [vt cognoſcamus dñm]perfectè . Hic dicẽt & dixerũt apoſtoli & apoſtolici viri populis ꝓdicãtes:vel ſic,[Et viue.in cõ. eius]vita gratiæ in ꝑſenti & poſtea gloriæ [ſciem⁹]notitia fidei[ſequemurq;]imitãdo opa Chriſti[vt cog.dñm]facie ad faciẽ,Ioh.17.Hęc eſt vita ęterna vt cog. [Quaſi diluculũ ꝑparatus eſt egreſſus eius.] Diluculũ initiũ lucis eſt quo tenebrę fugantur,q.d:Sicut reſurgente diluculo,tenebræ noctis fugantur , ita Chriſto egreſſo de thalamo incorrupti vteri virginis, tenebræ pctõrum diſsipãtur, & lux veritatis ꝓdicantibus apoſtolis toti mũdo apparuit: qa ipſe Chriſtus eſt lux vera,Ioh.1.[& veniet nobis quaſi imber tẽporane⁹ & ſerotinus terræ.]Quãtũ ad literã tẽporaneus imber eſt,qui iacta ſemina coaleſcere facit , ſerotinus qui ad maturitatẽ fructus perducit . Spiritualiter verò Chriſtus tẽporaneus venit in primo aduẽtu,quãdo fidei iactata ſunt ſemina, quaſi ſerotinus veniet in ſecundo, quãdo maturis ſegetib⁹ in æterna horrea recõdemur: vel,Tẽporaneus venit quãdo dat gratiã bene operãdi: ſerotinus quãdo dat gratiã perſeuerãdi,vel quãdo dat gratiã in præſenti & gloriã in futuro : vel ſtolã aĩæ, & ſtolã corporis.[Quid faciã tibi Effraim,qd faciam tibi Iuda?]q.d:nihil valeret quicquid vobis facerẽ:qa[Mĩa veſtra quaſi nubes matutina & quaſi ros mane pertrãſiens]q.d: Sicut nubes matutina aliquãdo diſſoluitur oriente ſole ſine pluuia , & ros matutinus ſine hume-

ctatione

ctatione terræ,vt quãdo eſt multum paruulus, ſic mĩa veſtra eſt ſine effectu,& ꝑ cõſequẽs ficta. [Propter hoc dolaui in ꝓphetis].i. per ꝓphetas ad correctionẽ volui eos reducere ad rectitudinẽ,ſicut ligna ꝑ dolationẽ [occidi eos in verbis oris mei] .i.in occidẽdos ꝑdixi ꝑ ꝓphetas q ſunt os meũ,verba mea ꝓferẽdo[& iudicia tua].i.punitiones tibi inferẽdæ[q̃ſi lux egrediẽtur].i. manifeſtè apparebũt iuſtè.[Quia mĩam volui]qua ego pœnitẽtibus miſereor,vel ꝓximo quiſq; miſeretur[& nõ ſacrificiũ & ſcientiã [ꝙ homo habeat notitiam[dei plus q̃ holocauſta.] Sacrificia enĩ veteris legis nõ erãt accepta de ſe,ſed tantũ ex offerẽtiũ deuotione,ſed iſta cũ hoc de ſe ſunt acceptabilia inquãtũ ſũt bona de genere,nõ tamen ſunt meritoria vitæ æternæ niſi fiant ex charitate.

Canticũ hoc habetur Sophoniæ 3. & poſſunt exponi quæ hic habentur de ſecũdo aduentu dñi,quãdo poſt uitia præſentis ſæculi eccleſia expectãte aduẽtũ ſponſi,gentes cõgregabuntur ad iudiciũ,& mali colligentur in locum ſuppliciorum,& tunc effundetur furor dei puniens oĩa mala. Dicit ergo:

EXpecta me dicit dñs in die reſurrectiõis meæ in futurũ].i.vſq; finẽ mũdi,in quo reſurgẽt mortui, quæ dicitur hic reſurrectio dñi,qa virtute fiet diuina[qa iudiciũ meũ].ſ. finale[vt cõgregẽ gẽtes & colligã regna]generaliter.[Et effundã ſup eos indignationẽ meã, & oẽm irã furoris mei] q̃d intelligitur quãtũ ad malos q erũt in maiori numero.Totũ aũt à maiori parte denoĩatur.[In igne enĩ zeli mei] .i. in zelo meo accẽſo[deuorabitur oĩs terra.] Iſte erit ignis cõflagrationis ꝑcedẽs iudiciũ.[Quia tũc]i.tẽpore ꝑcedenti iudiciũ Antichriſto interfecto [reddã populis labiũ electũ,vt inuocẽt oẽs nomẽ dñi]qa oẽs cõfitebũtur Chriſtũ[& ſeruiẽt ei humero vno].i.vno cultu chriſtiano. [Vltra flumina Æthiopiæ,inde ſupplices mei filiȷ diſperſorũ meorũ deferẽt munus mihi].i. oẽs gẽtes quãticunq; longinque,deuote Chriſto credẽt & ſeruient. [In die illa]Hoc nõ refertur ad literã immediatè ꝑcentẽ,ſed ad illud q̃d ſupra dictũ eſt de tẽpore ꝑdicationis

Chriſti,

Chriſti, in q̄ prĩcipes Iudęorũ fuerũt excæcati,& cõſe-
quẽter multitudo populi.Apoſtoli verò & aliĳ credẽtes illuminati de qbus dicit̃:[In die illa nõ cõfunderis ſup cũctis adinuẽtionibus tuis].i. pc̄tĩs tuis p̄teritis,p paſſionẽ Chriſti totaliter deletis [qbꝰ p̄uaricata es in me] priꝰ.[Quia tũc auferã de medio tui magniloq̃s ſupbiæ tuæ] .i. principes ſacerdotũ & ſcribas ſupbos,q in vltionẽ mortis Chriſti ſimul cũ populo eis adhęrẽte,fuerũt deſtructi p Romanos[& non adĳcies exaltari amplius] .i.ſupbè eleuari[in mõte ſc̄tõ meo].i.in monte Syon vbi erat tẽplũ q̄d fuit p Romanos deſtructũ. Et ante eius deſtructionẽ multũ gloriabãtur Iudęi de ipſo. [Et derelĩquã in medio tui populũ pauperẽ & egenũ].ſ.apoſtolos & alios fideles cõtẽptores terrenorũ, [& ſperabũt in noĩe dñi] nõ in potẽtia mũdi, vt patet in Act. Apoſt. in pluribus locis . [Reliquiæ Iſrael nõ faciẽt iniqtatẽ]qa valde mũdè & iuſtè viuebãt in primitiua eccleſia [nec loquẽtur mẽdaciũ,& nõ inueniet̃ in ore eorũ lingua doloſa]qa ſciẽt oẽ mẽdaciũ ex diabolo eſſe.[Qm̄ ipſi paſcẽt̃]apoſtolorũ doctrina[& accubabũt]in vnitate eccleſiaſtica[& nõ erit q exterreat] terrore deĳciente à fide vera.

Dominicis diebus cum agitur de hiſtorĳs cantica.

Iſtud cãticũ habetur Eſaiæ 33. Et ad literã eſt oratio Eſaiæ et aliorũ fideliũ ſui tẽporis petẽtiũ auxilium cõtra Sennacherib Aſſyriorũ regẽ, qui deũ blaſphemabat,& populũ eiꝰ crudeliter affligebat,q et exauditi ſunt. Sed myſtice poteſt exponi ut ſit oratio fideliũ pro deiectione Antichriſti. Ipſe enĩ populũ Dei multũ affliget & ſpoliauit, tamen finaliter dñs Ieſus interficiet eũ ſpũ oris ſui,& deſtruet illuſtratione aduẽtus ſui. Et hoc faciet Chriſtꝰ ad preces fideliũ, ab Antichriſto afflictorũ in quorũ pſona,d:

DOmine miſerere noſtri]& libera de manu Antichriſti [te enĩ expectauimꝰ] ,ptectorẽ[eſto brachiũ noſtrum].i.defenſio noſtra[in mane] .i.in ,pſperitate[& ſalꝰ noſtra in tẽpore tribulatiõis]& afflictionis.[A voce angeli].i.Chriſti q eſt angelus magni conſilĳ,vel alterius angeli de mandato ipſius Chriſti [fugerũt populi].ſ.Antichriſto cõiuncti[& ab exaltatione

tione tua].i.ab oſtenſione tuæ virtutis in angelo percutiente [diſperſæ ſunt gentes].ſ. antichriſti,q̃a aliqui mortui remanebũt, alij fugient propter quod ſpolia eorũ remanebunt fidelibus poſt mortẽ Antichriſti remanentibus:ideo ſubditur, [Et congregabuntur ſpolia veſtra ô cõplices Antichriſti [ſicut colligitur bruchus,velut cum foſſæ plenæ fuerint de eo] .i. faciliter & in magna copia. [Magnificatus eſt dñs]in percuſsione Antichriſti & ſuorũ [q̃m habitauit in excelſo] .i. in cęlo empirio, vbi ſpecialiter relucet excellentia ſuę gloriæ,licet ſecundũ potentiã & eſſentiã ſit vbiq;[impleuit Syon].i.eccleſiã[iudicio & iuſtitia]faciendo iuſtitiã de Antichriſto & ſibi adhærẽtibus & liberãdo fideles[& erit fides tẽporibus ſuis].i. fidelis populus in tẽporibus Chriſti. [Diuitiæ ſalutis] .i. diuitiæ ſalutares ſunt[ſapiẽtia]in cognitione rerũ diuinarũ[& ſciẽtia]in cognitione humanarũ [timor dñi]ipſe eſt[theſaurus eius].ſ.ſalutis.Sine timore enĩ dñi, neq; ſapiẽtia,neq; ſciẽtia quicquã prodeſt Eccle. 27. Si nõ in timore dñi tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Deinde reuertitur ꝓpheta ad denũciãdũ mala quæ faciet Antichriſtus ante mortẽ ſuã,d: [Ecce vidẽtes clamabũt foris] .i.hoĩes literati clamabũt cõtra Antichriſtũ in oratione ſecretè q̃ tunc nõ audebũt loqui cõtra eũ publicè[angeli pacis amare flebũt]q̃a religioſi occultantes ſe gemẽt.[Diſsipatę ſunt vię, ceſſauit tranſiẽs per ſemitã]q̃a fideles nõ audebunt per terrã tranſire[irritũ factũ eſt pactũ]nã eccleſiã quantũ poterit deſtruet[ꝓiecit ciuitates, nõ reputauit hoĩes]q̃a beſtiali more viuẽtes Antichriſtus & ſui, nõ reputabũt hoĩes ſanctos,aut loca ſancta, ideo adhuc ſubdiť: [Luxit & elongauit terra cõfuſus eſt libanus & obſorduit.Et factus eſt Saron, ſicut deſertũ, & cõcuſſa eſt Baſan & Carmelus.] Et q̃a de dñi mãdato Antichriſtus fulminabitur vt dictũ eſt, ſequitur: [Nũc cõſurgã dicit dñs]ad puniendũ Antichriſtũ & ſibi adhærentes [nũc exaltabor, nũc ſublimabor] quia tũc apparebit dñi ſaluatoris ſublimitas & excellentia Antichriſti decla-

declarata falſitate.

Canticũ ſequens habetur Eſaiæ 33. Et ad literã propheta deſcribit abiectionẽ põtificis Sobnæ qui Sennacherib regi adhæſit, & ſe ei reddidit cũ ſuis. Cui ſucceſſit in põtificatu Eliachim. Per iſtũ Sobnã intelligitur quilibet malus prælatus, qui timore mortis Antichriſto adhærebit. Dicit ergo:

AVdite qui longè eſtis, quæ fecerim dicit dñs, & cognoſcite vicini fortitudinem meã] & in hoc notat magnitudinẽ rei nũciãdę. [Cõterriti ſunt in Syon].i. in eccleſia [pctõres] Antichriſto adhęrentes [poſſedit timor hipocritas].i. malos p̃latos & eccleſiaſticos Antichriſto adhęrẽtes, qui apparebãt boni exterius, ſed nihil habebãt interius dignũ ſacerdotio. Sed quia tunc electi firmiter ſtantes merebũtur gloriã cęli, ſeqtur. [Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorãte].i. firmiter ſtare in Antichriſti tribulatione, [aut quis ſtabit ex vobis cũ ardoribus ſempiternis] in tentationibus dęmonũ ſemper ardentiũ, qa portãt ignem ſuũ ſecum, & in Antichriſti tribulatione aſtabũt ſibi in perſecutione fideliũ. Et reſpondet: [Qui ambulat] ſemper proficiendo de virtute in virtutẽ [in iuſtitijs] quantũ ad perfectionẽ vitæ [& loquitur veritatẽ] quantũ ad ſanitatẽ doctrinæ. [Qui proijcit auaritiã ex calũnia] ita q̃ nullã habet notã auaritiæ, rapiẽdo aliena per auaritiã [& excutit manus ſuas ab oĩ munere] oris, manus officij, qa munera excæcãt oculos ſapientũ, Deut. 6. [Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinẽ].i. ſermonẽ de ſanguine effundendo per mortẽ innocẽtis, vel eius mutilationem [& claudit oculos ſuos ne videat malũ].i. mulierẽ alienã ad cõcupiſcendum. Iſte ſupple in Antichriſti tribulationę poterit ſtare, ideo ſubdit: [Iſte in excelſis habitabit] cũ dño [munimẽta ſaxorũ ſublimitas eius].i. firmitas thronorũ. Nã ſancti ſecundũ qualitatẽ meriti aſſumẽtur ad ordines angelorũ [panis ei datus eſt].i. Chriſtus q eſt panis viuus [aquæ eius fideles ſunt].i. dona ſpiritus ſ. vnde dicit Saluator Ioh. 7. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre e. flu. a. vi. hoc aũt dixit de ſpiritu

quẽ accepturi e.credẽ.in eũ.[Regẽ]Chriſtũ qui eſt rex regũ[in decore ſuo].i.diuinitate[videbũt]viſione clara & beatifica [oculi eius cernẽt terrã de lõgè].ſ. terrã viuẽtiũ:qa viuẽtes in corpore mortali, cæleſtia meditantur, [cor tuum meditabitur timorẽ]nõ ſeruitutis, ſed reuerentiæ,ô bone prælate .ſ. diuini ex caſu præcedentium.

Iſtud canticum habetur Eccleſiaſt.36.in quo Sapiẽs orat pro ſtatu eccleſiæ & fidelium ſalute,dicens:

MIſerere dñe plebi tuæ].ſ.eccleſiæ in quà habitant veri fideles[ſuper quã]tuendã [inuocatũ eſt nomẽ tuum.]Nã gentiles idola inuocãt ad ſuũ auxiliũ,chriſtiani verò deũ[&]miſerere[Iſrael]fidelis.ſ.populi deũ cõtemplãtis [quẽ coequaſti] .i.cohæredẽ feciſti [primogenito tuo] Chriſto, qui eſt primogenitus mortuorũ & princeps regũ terræ, Apoca. 1.[Miſerere ciuitati ſanctificationis tuæ Hieruſalem] .i.eccleſiæ, quam ſanctificaſti.i.lauiſti & purificaſti in ſanguine tuo [ciuitati requiei tuæ.] Nam in eccleſia militante requieſcunt fideles in pace conſcientiæ, & in eccleſia triumphante requieſcent perfectè. [Reple Syon inenarrabilibus virtutibus tuis]quod fuit impletum ad literam in Syon materiali de Chriſto ibidem miracula faciente vt habetur in euangelio,& ſpiritum ſanctum mittente ſuper apoſtolos, alioſq; diſcipulos vt dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum[&]reple[gloria tua populum tuũ] quod fuit impletum in oblatione Chriſti in templo,ſicut prædixerat Aggeus propheta. Veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria.[Da teſtimonium quia ab initio]electionis populi Iſrael[creaturę tuæ ſunt]ſpeciales filij Iſrael.Quod impletũ fuit,quando in humana natura inter eos exiſtens, & de ipſis natus ſecũdum carnem faciebat miracula ſua deitatem teſtificantia,& quod erat Chriſtus vere promiſſus in lege & prophetis,Ioh.5.Opera quæ ego facio,teſtimonium perhibẽt de me[& ſuſcita] per impletionem [precationẽs quas locuti ſunt in nomine tuo prophetæ priores]quia aduentum

uentum Chriſti prænunciauerũt per modũ depcationis: vnde Eſaiæ 16. Emitte agnum dñe, do. terræ de petra de. ad mõ. fi. Syon. [Da mercedem dñe] æternæ vitæ [ſuſtinentibus te]. ſ. expectãtibus tuã redemptionem in aduẽtu Meſsiæ [vt prophetæ tui] qui hęc promiſerunt [fideles inueniantur] in impletione eorum quæ dixerũt [& exaudi orationes ſeruorũ tuorum]. i. imple deſideria ſanctorũ aduentũ Chriſti expectantiũ & deſiderãtiũ. [Secundũ benedictionẽ Aaron da populo tuo] quę benedictio cõtinetur Num. 6. Sic benedicetis filijs Iſrael. Benedicat tibi dñs & cuſtodiat te, & det tibi pacem [& dirige nos in viã iuſtitiæ] per lucem tuæ gratiæ. [Vt ſciant oẽs qui habitant terrã] per effectũ gratię tuę circa nos [qa tu es deus cõſpector ſæculorũ] intuens pręſentialiter nõ ſolũ præſentia, ſed etiã præterita & futura. Nã æternitas quæ menſura eſt diuinæ cognitionis, ambit omnia tempora.

De apoſtolis & martyribus cantica.

In hoc cantico quod habetur Eſaiæ 61. propheta in perſona dñi loquitur apoſtolis & alijs prælatis eccleſiarum, dicens:

VOs] ô apoſtoli & alij diſcipuli & ſucceſſores veſtri] ſancti dñi vocabimini] à fidelib⁹ chriſtianis: qa magiſtri eorũ [miniſtri dei noſtri diceť vobis]. i. euidẽter miniſtrabitis dño, vt oẽs dicant vos miniſtros eius, & magnæ dignitatis eritis. [Fortitudinẽ gentiũ comedetis] qa miniſtri eccleſiæ de bonis laicorum ſuſtentatur [& in gloria eorum ſuperbietis]. i. exaltabimini. i. à glorioſis & potentibus laicorum eritis honorati. Sicut videmus ꝙ boni principes, ꝑlatos eccleſiæ honorãt ſicut patres. Et ſic ſuperbia nõ ſonat hic in vitiũ, ſicut nec Eſaię 60. vbi dicitur: Ponam te in ſuperbiam ſæculorum. i. in eminentiam. [Pro confuſione veſtra duplici & rubore] ô apoſtoli & apoſtolici viri, quam ſuſtinuiſtis in primitiua eccleſia, quia imponebatur apoſtolis & alijs prælatis duplex malitia. ſ. ſui & populi: quia eis imponebatur quod eſſent in ſe ſacrilegi, & quod ab eis alij eſſent decepti, & ſic grauius puniebantur, [laudabunt] Iudæi. ſ. & gentes ad

fidē cōuerſę[partē eorū].i. deū,dicentes,dn̄s pars hæreditatis meæ etc.quod nemo veraciter dicit, qui aliā partem quærit :Vel [laudabunt]etiam hoſtes eorum [partē eorum].i. æternam retributionē quā videbunt eos adeptos,dicentes illud Sapien.5. Nos inſenſati vitam illorū æſtimaba.inſa.& finem ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei,& inter ſanctos ſors illorū eſt.i.pars eorū.[Propter hoc].ſ.q̄a duplicē cōfuſionē ſuſtinuerūt in terra aliena,in vita ſ.iſta: ideo[in terra ſua] .i. in cæleſti patria viuentiū [duplicia poſsidebūt].i.duplicem gloriā aīæ & corporis.Et [lætitia ſempiterna erit eis]in viſione & fruitione diuina. Et hoc erit eis. [Quia ego]ſum [dn̄s diligens iudiciū]& ideo ſanctis patrib⁹ volo reddere duplex prę-miū[& odio habens rapinā in holocauſtū.] Nō enim vult dn̄s q̄ ſibi fiat oblatio de alieno.[Et dabo op⁹ eorū].i.apoſtolorū & eis ſuccedētium[in veritate].i.in p̄dicatione veritatis catholicæ [& fœdus perpetuū feriā eis]iuxta illud:Ecce ego vobiſcum ſum v. ad conſ. ſæculi.[Et ſcietur in gentibus ſemē eorū] .i. ſucceſſores eorū.ſ.fideles,quibus apoſtoli ſemē verbi cōmiſerūt,q̄d à dn̄o acceperāt[&].i. [germē eorū].i.filīj in fide geniti[in medio populorū.Oēs enī q viderint eos] .i.apoſtolos & eorū imitatores [cognoſcent illos]diſtinctos ab alījs,in operibus miraculoſis& virtuoſis,in quibus apoſtoli & alīj ſucceſſores eorū cōmunem populū excellebāt [q̄a iſti ſunt ſemē cui benedixit dn̄s].i. q̄s multiplicauit dn̄s numero & p̄ſperitatis augmēto.

Canticum iſtud habetur Sapien.3. in quo ſapiens agit de gloria beatorum in futura uita, ſic incipiens:

FVlgebunt iuſti] in die iudicīj, nō ſolū in anima, in viſione, & fruitione dei, ſed etiam in corpore per dotē claritatis,ſubtilitatis,agilitatis,& impaſsibilitatis [& tanq̄ ſcintillæ in arundineto diſcurrent]per dotē agilitatis.Ignis arundinetum cito conſumit,ſic corpus obediet aīę ad nutū,quantū ad localē motū.[Iudicabunt nationes]vt aſſeſſores,Math.19. Vos qui ſecuti e.me in re.cum ſe.fil.h.etc.ſedebitis[& domina-

dñabũtur populis]qa nullus reſiſtet eis. Et tyrãni qui crudeliter hic ſubiecerũt eos ſibi, ibi erũt ſubiecti pedibus eorũ[& regnabit domus illorũ in perpetuũ]qa regni eius nõ erit finis, Luc.1.[Qui] verè[cõfidũt in illo, intelligent veritatẽ] qa ſecũdũ cõfidẽtiã verã, datur intellectus veritatis. Et iſti ſunt qui de ſenſu ꝓprio nõ p̃ſumunt, quæ p̃ſumptio hoĩem inuoluit tenebris ignorantiæ, ſed in dubijs cõfidenter ad deũ recurrũt, & ſic datur eis lumen intelligentiæ. Et qa talis cognitio habet charitatẽ annexã, ideo ſubdit: [& fideles in dilectione].i. qui habent fidẽ operantẽ per dilectionem, [acquieſcẽt illi]captiuãtes intellectũ ſuũ in obſequiũ Chriſti.[Qm̃ donũ] gratiæ in præſenti [& pax] in futuro[eſt electis dei]. Nã ibi quietatur totaliter eorum appetitus: vel ſic, [& fideles in dile. acquieſcent illi]qa in futuro à ſocietate eius nõ poterũt auelli, quẽ hic fide & ſpe tenebant.[Qm̃ donum]æternæ ſocietatis[& pax]ꝑpetua, eſt [electis dei].i. ſctis, q̃s elegit de mũdo.

Canticum præſens habetur Sapien.10. in quo Sapiens agit de liberatione filiorum Iſrael de manu Ægyptiorum, & de ſubmerſione inimicorum, dicens:

REddidit deus mercedẽ laborũ ſanctorũ ſuorũ] Iſraelitarũ. Nã de mãdato dñi, filij Iſrael recedẽtes ſpoliauerunt Ægyptũ, petẽtes mutuo à vicinis vaſa aurea & argentea, Exo.12. Et hoc in recompenſationẽ ſuorum laborũ, q̃bus iniuſtè defraudarunt eos Ægyptij[& deduxit eos] per deſertum [in via mirabili] qa in illo deſerto erat ſerpens flatu adurens, ac dipſas, & nullæ oĩno aquæ, Deut.8. Et fuit illis in velamento die, & in luce ſtellarum nocte.] Nã columna nubis p̃cedebat eos per diẽ, & columna ignis per noctem, Exo.13. Et [Tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit illos per aquã nimiã]hoc habetur Exod.14. [Inimicos aũt illorũ].ſ. Ægyptios[demerſit in mare] rubrum[et ab altitudine inferorum] .i. ineffabiliũ afflictionum[eduxit illos].ſ. filios Iſrael. [Ideo iuſti] filij Iſrael [tulerunt ſpolia impiorum.] Viderũt enĩ Ægyptios mortuos ſuper littus maris, Exod.14.& ſpolia-

 uerunt

uerunt eos armis & oĩbus precioſis.[Et decãtauerunt dñe nomẽ ſanctũ tuũ] dicẽtes: Cãtemus dño, glorioſè enim magnificatus eſt, [Et victricẽ manũ tuã].i. potẽtiam tuã Ægyptios ſubmergentẽ [laudauerũt pariter dñe deus noſter]etc. ¶ Cãtat eccleſia hoc canticũ de apoſtolis & martyrib⁹ qbus deus reddit mercedẽ labo rũ ſuorũ in gloria ęterna, & inimicos eorũ demerſit in mare inferni, ideo modo iuſti laudãt deum pariter in æternum. De martyre vel confeſſore cantica.

In hoc cantico quod habetur Eccleſiaſt. 14. & 15. Sapiens cõmendat uirum iuſtum, & dicit:

BEatus vir]in p̃ſenti in ſpe, & in futuro erit in re[q in ſapiẽtia morabitur]meditando diuina, quorũ cognitio ꝓpriè dicit̃ ſapiẽtia, quaſi ſapida ſciẽtia, [& qui in iuſtitia].i. operib⁹ iuſtitię[meditabit̃]ad faciẽdũ eã, nõ ſolũ ad docendũ: vel[q in iuſti. med.] reddẽdo deo debitũ cultũ, & ꝓximo ſuo iuſtũ cõuictũ[& in ſenſu]i. in intellectu mẽtis[cogitabit circũſpectionẽ dei].i. deum q inſpector eſt cordis, nõ aurã humani fauoris.[Cibabit illũ]dñs[pane vitæ & intellectus].i. corpore Chriſti, qui eſt panis vitæ, Ioh. 6. Et doctrina verbi dei quæ dat intellectum credẽtibus, & in futuro pane angelorũ.i. ipſa dei fruitione, Luc. 14. Beatus homo qui mã. panẽ in re. d: vel[Ciba. eũ pa. vi. & int.].i. verbo ſacræ ſcripturæ, Math. 4. Nõ in ſolo pa. v. h. ſed in oĩ ver. ꝙ ꝓ. de ore dei[& aqua ſapiẽtię ſalutaris potabit illũ].i. gratia ſpiritus ſ. quæ ſitim & intima cordis vitiorum extinguit, & ſordes peccatorum lauat, & ſalutem æternam confert, de qua ſaluator Ioh. 4. Qui biberit ex a. q. e. da. ei nõ ſ. in æter. ſed a. q. e. d. ei fiet in eo fons ſaliẽtis in v. æternã vel ſalire faciẽtis.[Et firmabitur in illo]deo firmiter adhærendo[& nõ flectetur]à rectitudine iuſtitiæ.i. non cedet perſecutioni vel hæreticæ prauitati[& continebit illum].i. in vnitate eccleſiæ cum alijs fidelibus tenebit per perſeuerãtiam in bono[& nõ cõfundetur]cũ reprobis, qbus dicetur in fine, Ite mal. in ig. æter. ſed honorabitur cũ electis qbus dicetur: Venite bene. pa. mei, ideo ſeqtur[et exaltabit

altabit eũ apud ꝓximos ſuos].i.angelos & hoĩes ſanctos,q ſunt deo propĩqui. Et qm̃ hæc exaltatio nõ eſt trãſitoria,ſubditur:[Et noĩe ęterno].i.ęternitatis[hęreditabit illũ dñs deus noſter] vt filiꝰ dei ſit & dicatur in ęternũ,Math.5.Beati pacifici qm̃ filij dei vocabunt.

In hoc cantico quod habetur Hier.17.propheta laudat & commendat uirum iuſtum,dicens:

BEnedictus]vel beatus[vir].i. virtuoſus[qui cõfidit in dño]de bonis gratiæ, & glorię obtinẽdis ab eo[& erit dñs]non caro vel mundus [fiducia eius]vera non homo, tam in proſperis q̃ in aduerſis. [Et erit quaſi lignũ quod tranſplantatur ſuper aquas] ſemper in melius proficiẽdo,vel,[ſuper aquas]gratiarũ vel doctrinarũ [& non timebit cũ venerit æſtus].ſ. tribulationis, perſecutionis humanæ,vel diabolicæ tentationis ſiue iudicij extremi. Sicut enim lignũ ſuper aquas plãtatum non perdit viriditatem adueniente æſtu,ſic homo bonus non relinquit iuſtitiam adueniente tribulationis tempore[quod ad honorem gratiarũ dei[mittit radices ſuas] bonæ cogitationis,vel propoſiti, vt à dño accipiant vbertatem. Et erit folium eius viride].i. verbũ eius efficax & medicinale, nõ timẽs ſiccitatẽ[& in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum]mũdana ſolicitudine, quæ aĩam ſuffocat[nec aliquando deſinet facere fructum]bonorum operum.

In hoc cantico quod habetur Eccleſiaſt.31.ſapiens commendat uirum iuſtum & dicit:

BEatus vir]in p̃ſenti in ſpe, & poſtea erit in re[q inuẽtus eſt,ſine macula]erroris & cuiuſlibet p̃cti,vel cupiditatis & auaritiæ[& q poſt aurũ nõ abijt]per cõcupiſcentiã malã,ſed magis aurũ ſecutũ eſt eum cuius obſequio vſus eſt in operibus pijs & honeſtis[nec ſperauit in pecuniæ thezauris]ibi conſtituendo finem ſuum.[Quis eſt hic & laudabimus eum?].i. dignum laude dignè laudabimus,q.d: rarus eſt, & laude dignus[fecit enim mirabilia in vita ſua] virtutibus ſtudendo, miraculis choruſcando. Illa enim quæ rara ſunt, mirantur homines, & non conſueta. [Qui

 proba-

ꝓbatus eſt in illo].i.in amore cōditoris:vel,[Qui pro. eſt in il.].ſ.auro,in operibus liberalitatis, & mīæ[&] .i.qa fecit hæc[erit illi in gloria æterna] Math.25. Venite bened.pa.mei etc.Eſuriui & de.mihi manducare. [Qui potuit tranſgredi.] Nā diuitiæ dāt oportunitatē & occaſionē malefaciendi [& nō eſt trāſgreſſus]pręceptū dei,per ſtabilitatem volūtatis eius in bono[& facere mala & nō fecit.Ideo ſtabilita ſunt] .i.conſeruata ad remunerationē[bona illius in dn̄o]nā pro temporalibus recepit æterna [& eleemoſynas illius enarrabit oīs eccleſia ſanctorum]ſicut ad informationē aliorum eleemoſynæ ſanctorum , Laurentij, Martini,Nicolai, & aliorum narrantur in eccleſia.

De beata virgine Maria,& alijs virginibus cantica.

In hoc cantico quod habetur Eccleſiaſt. 39. Sapiens agit de laude contemplatiuorū & uirginum,dicens:

AVdite me diuini fruct⁹].i.ītelligite doctrinā meā mentes electorū per baptiſmū regeneratę,volētes deo fructificare ꝑ opera vitæ cōtēplatiuæ[& quaſi roſa plantata ſuꝑ riuos aquarū fructificate] quæ eſt pulchra & mūda,ſic vita cōtēplatiua purior & pulchrior eſt ꝙ actiua. Quaſi libanus] .i. quaſi thus libani [odorē ſuauitatis habete].i.deuotionē corā deo odoriferā [florete flores] .i. virgines quæ floretis interius per ſanctū ꝓpoſitū,florete exterius per effectum in exemplū fidelium [quaſi liliū]& [date odorē] bonæ cōſcientiæ deo,& bonę famæ ꝓximo[& frondete in gratiā].i.producite frōdes bonorū operū, vt gratę ſitis & deo & hoībus [& collaudate canticum].i.ſimul ore & opere annūciate canticū laudis diuinæ [& benedicite dn̄m].i.bonū dicite[in operibus ſuis,creatiōis,recreatiōis,& cōſeruatiōis, qbus bonitatē ſuā nobis oſtēdit. [Date nomini ei⁹ magnificētiā] cogitātes ꝙ excellit in infinitū oēs creaturas,& etiā creatas intelligētias.Nec ſolū hoc cogitate,ſed etiā cōfitemini ore , ideo ſubdit [& cōfitemini illi].i. ad honorē & gloriā illius pctā & laudes[in voce labiorū veſtrorū , in cāticis labiorū & cytharis]q.d: verbis & factis benedicite dn̄m[& ſic dicetis in

cetis in cõfeſsione]veſtra[opa dñi]corporalia & ſpũa-
lia,ſunt[bona valde]plus q̃ poſsit intelligere,q mini-
mæ rei nõ poteſt oẽs ꝓprietates cõprehẽdere. Et hoc
multũ facit ad rep̃ſsionẽ p̃ſumptionis humanæ, quæ
credit oĩa quantũcunq; ardua poſſe attingere. Et ſi dei
effect⁹ naturales nõ poteſt homo ad plenũ cõp̃hẽdere,
multo minus poteſt effect⁹ ſupnaturales cõprehẽdere.

In hoc cantico quod habetur Eſaiæ 61. propheta in perſona eccleſiæ agit deo gratias pro beneficiis acceptis, dicens:

GAudens gaudebo in dño]nõ in mũdo. Et du-
plicatur verbũ gaudij,qa ex gaudio & gratitu-
dine interiori fit redũdãtia ĩ ſigno & opere ex-
teriori[& exultabit aĩa mea in deo meo] iuxta illud:
Cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ viuũ. Ratio
gaudij[Quia]dñs [induit me veſtimẽto ſalutis].i. no-
titia diuinæ gratiæ & virtutis, quæ ſunt eccleſię veſti-
menta & ornamẽta[& indumẽto iuſtitiæ].i.opere iu-
ſto ad ꝓximũ[circundedit me, Quaſi ſpõſum decora-
tum corona]in maioribus, qa hoc dicitur ꝓpter p̃la-
tos qui ſunt ſpõſi eccleſiarum ſibi cõmiſſarũ,& in hoc
ſunt Chriſti vicarij[& quaſi ſpõſam]in minoribus:qa
hoc refertur ad populũ p̃latis ſubditũ[ornatã monili-
bus ſuis].i. varijs virtutibus & ſanctimonia, ſine qua
nemo videbit deũ.[Sicut enĩ terra ꝓfert germen ſuũ]
cęleſtibus pluuijs irrigata[& ſic hortus ſemen ſuũ ger-
minat]beneficio fontiũ ac fluminũ,& ex influentia ſo-
lis[ſic dñs deus]q eſt ſol iuſtitię[germinabit].i. germi
nare faciet in eccleſia[iuſtitiã]in corde & opere[et lau
dẽ]in ore[corã vniuerſis gẽtibus] per prædicationem
apoſtolorũ et aliorũ Chriſti diſcipulorũ et ſuccedẽtiũ.

In hoc cantico quod habetur Eſaiæ 62. propheta agit de excellentia ſanctæ eccleſiæ & ſanctarum uirginum ſic dicens:

NOn vocaberis vltra]ab inimicis[derelicta]à
ſpõſo tuo,q dicit Math. vlt. Ecce ego vobiſcũ
ſum om. die. vſq; ad cõ. ſęculi[et terra tua non
vocabitur amplius deſolata].i. diuinis cõſolatiõibus
deſtituta,q̃ ſemp aderũt eccleſiæ,etiã in preſſuris.[Sed
vocaberis volũtas mea in ea]p bona opera mihi acce-

pta[et

pta[& terra tua inhabitabitur] à fidelibus. [Quia cõplacuit dño in te] nõ meritis tuis ſicut olim diſplicuit, oẽs enim tã Iudęi ꝙ gentiles peccabãt [& terra tua inhabitabitur] per hanc ſententiam intelligitur terra viuẽtiũ, ad quã fideles de ꝑſenti vita transferũtur. [Habitabit enim iuuenis cum virgine] ſanctè & caſtè vt Ioſeph cum Maria, Valerianus cum Cecilia, Chriſantus cum Daria, & plures alij hanc perfectionem imitantes, vt habetur in Vitis ſanctorum [& habitabunt in te] numero & merito [filij tui] ſpiritualiter in Chriſto regenerati per lauacrum regenerationis ſpiritus ſancti. [Et gaudebit ſponſus] Chriſtus, de quo in Pſal. & ipſe tanꝙ ſponſus pro. de tha. ſuo [ſuper ſponſam]. ſ. eccleſiã, de quã Ioh. 3. Qui habet ſpõſam, ſpon. eſt, [& gaudebit ſuper te] ô eccleſia [deus tuus] omnipotens .i. tota trinitas.

Quæ ſequuntur ex commentarijs magiſtri Gabrielis Biel ſuper canonem miſſæ ad uerbum ſunt collecta.

SAnctus] pater [Sãctus] filius [Sãctus] ſpiritus ſanctus [dñs de⁹ ſabaoth]. i. dñs virtutũ & exercituũ, qa ſabaoth, virtutũ vel exercituũ interpretatur, eo quod oĩs virtus exercitus cęleſtiũ & terreſtrium eſt in manu eius. Dicitur ter ſanctus & ſemel dñs deus, vt trinitatis & vnitatis myſterium comprobetur. Trinitas in triplicatione nominis ſanctus oſtenditur. Vnitas in ſimplici & nõ repetita prolatione nominis deus ſignificatur. [Pleni ſunt cæli & terra gloria tua]. i. cælum & terra diuina gloria replentur, quia diuinitas eſt vbiq;. Specialiter tamẽ angeli & hoĩes ſunt pleni gratia dñi, inquantũ ſunt capaces gloriæ & beatitudinis, [oſanna]. i. ſalua, ſubaudi nos [in excelſis]. i. in cælis, qa ad dãdã ſalutem æternã & cęleſtẽ Chriſtus aduenit. [Benedictus] ſit [qui venit] ſecũdũ humanitatẽ aſſumptam [in noĩe dñi]. i. in noĩe patris, qui dñs eſt cæli & terræ,

terrę,[oſanna].i.ſalua nos[in excelſis.]Et ponitur bis oſanna in excelſis ,propter duas partes ſalutis, quæ ſunt ſtola mentis, & ſtola corporis , vel dotes animæ & dotes carnis,q.d:Obſecramus, ſalua nos ſecundum animam & ſecundum corpus.

TE igitur clementiſsime] .i. miſericordiſsime[pater]qui paterna virtute nos formas , paterno affectu dulciſsimè de nobis cogitas , paterna ꝓuidentia bonorũ tuorũ hęredes nos ordinas,paterna diſciplina inſtitués vtiliter nos ſanctincas[per Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ dñm noſtrũ]tanq̃ per mediatorẽ inter te patrẽ & nos miſeros pctõres,q ꝓpitiatio eſt pro peccatis noſtris,qui lauit nos in ſanguine ſuo,& recõciliauit nos perditos ſibi[ſupplices] .i.humiles nõ præſumentes de noſtris meritis,[rogamus ac petimus.] Sacerdos pluraliter loquitur ſignificãs ſe vice oĩm,orationẽ fundere.Et accumulat verba dep̃catoria,d: Rogamus ac petimus vt ſic geminata poſtulatione melius obtineat quod intendit[vti].i. vt [accepta habeas].i.placita ſint tibi & grata]ad ęternę vitę cõſecutionẽ & pctõrum remiſsionẽ [& benedicas].i.benedictionẽ virtutis tuę & gratię in ea diffundas,q̃ panis ſunt & vinũ,terrena,& à terrenis tibi oblata , & idcirco diuinæ maieſtati tuæ indigna,tamẽ qa p filiũ tuũ vt à nobis iugiter offerant̃,ſunt inſtituta.Petimus igitur vt in honorẽ dilecti filij tui,hæc dona accepta habeas vt placita ſint tuę volũtati.Rogamus ergo & petimus ſupplices clemẽtiſsimũ patrẽ quatenus benedicat & ſanctificet munera oblata vt in viuũ ſacrificiũ cõuertãtur,verũ.ſ.corpꝰ Chriſti & verũ eiꝰ ſanguinẽ.Exprimũtur aũt offerenda panis.ſ.& vinũ,aqua mixtũ, triplici noĩe cũ dicitur[hęc dona, hęc munera, hęc ſancta ſacrificia illibata.] Eadẽ ſacrificia ſunt his noĩbus deſignata.Nam quæ ſacris altaribus offerũtur munera dicũtur dona et ſacrificia.Nõ ergo per p̃miſſa tria,aliud et aliud dicit̃,ſed res vna,ꝓ ſui magnitudine diuerſa appellatione laudatur . Horũ enim verborum

inculcatio, piæ mentis eſt exercitatio, et ineffabilis commendatio ſacramenti: vel, [hæc dona].ſ. naturæ [hęc munera].ſ.deuotionis noſtræ [hæc ſanćta ſacrificia illibata] maieſtati diuinæ. [In primis].i.principaliter [quæ].ſ. ſanćta ſacrificia illibata [tibi].ſ.deo patri clementiſsimo [offerimus].i.ad te porrigentes, et eleuantes ferimus. Dicit aũt offerimus in plurali, licet vnus ſolus ſacerdos celebrãs offerat, qa ſacerdos non in ſua duntaxat perſona ſacrificat, ſed in perſona totius eccleſiæ [pro eccleſia tua] vniuerſali, quæ eſt fideliũ habentiũ cõmunionẽ in eccleſiaſticis ſacramentis. Illi etenim eccleſię vniuerſali, et nulli particulari cum excluſione aliarum datũ eſt, hoc ſanćtũ ſacrificium offerre pro ſalute ſuorũ membrorum, quapropter in huius ſacrificij oblatione, pro ipſamet eccleſia.i.corpore ex oĩbus membris conſtituto, orat in primis miniſter eccleſiæ, additur [ſanćta.] Eccleſia ex oĩbus fidelib' aggregata verè ſanćta dicitur, et eſt, nõ obſtante plurium mẽbrorũ prauitate et malitia. Nã oẽs ſanćti dożtores, eccleſiã ſanćtã profiteri nullatenus dubitarũt, attẽdentes eã eſſe diuino cultui dedicatam, certiſsima fide formatã, ſanćto capiti cõcorporatã, mẽbrorũ ſanćtitate firmatã, veritatis ſpiritu gubernatã, iuſtiſsimis ſanćtionibus, ſtatutis et legibus fulcitã, ſacramentis purificãtibus adornatã, indefećtibili præſentia ſpõſi ſuſtentatã, ſolã ſanćtitatis et gratiæ cõtẽtiuã [catholica].i.vniuerſali [quã].ſ. eccleſiã ſanćtã catholicã [pacificare] vt pacẽ habeat ab hæreticis, et ſchiſmaticis [cuſtodire] à vitijs et dæmonibus [adunare] per fidei et morum conformitatem, quæ diſperſa eſt inter paganos et perfidos [et regere] in proſperis et aduerſis. Orantẽs autẽ dicimus [digneris] quia dignationis eſt quod dñs facit, non noſtri meriti [toto orbe terrarum [ſupple diffuſam. Vocata ſiquidẽ eſt eccleſia de omnibus finibus terrarũ [vna].i. ſimul vel pariter [cũ Papa noſtro] .i.patre patrũ et capite oĩm fidelium [et Antiſtite noſtro].i. noſtro dioceſis epiſcopo [rege noſtro] q habet aućtoritatem in temporalibus [et oĩbus orthodoxis.]

Doxos

Doxos idē eſt ꝙ doctrina vel regula. Vnde Orthodox⁹ q̄ſi rectā regulā ſeu doctrinā credēdo & viuēdo tenēs. Orat ergo ſacerdos ꝓ oībus orthodoxis .i. oībus fidelibus chriſtianis, & rectè Chriſti fidem ac doctrinā tenentibus, [atq; catholicæ & apoſtolicæ fidei cultoribus.] Tales enī ſunt rectè glorioſi, qui deum rectę fidei cōfeſsione glorificāt, & ſecundū catholicæ & apoſtolicæ fidei regulā verè colūt. [Memento] .ſ. per gratiæ appoſitionē & peccatorū remiſsionē. Illorū aūt obliuiſcitur deus, qbus nō infundit gratiā ſuā [dn̄e] qui diues es in mīa, & oīs gratię locuples & poſſeſſor [famulorū famularūq; tuarū] .ſ. te colentiū per fidē catholicā. Hic debet ſacerdos quoſdā ſpecialiter per ſuā celebrationē adiuuare, & eis virtutem ſacrificij ſpecialiter applicare [& oīm circūaſtantiū:] patet aūt ex hac clauſula euidenter ꝙ ſanctū & ſalubre eſt miſſarum ſolennijs intereſſe, cū ſacrificiū Euchariſtiæ ꝓ circunſtantibus ſpecialiter offeratur [quorū tibi] q ꝓpiciaris fidelibus & deuotis [fides cognita eſt] per approbationē, [& nota deuotio] ſupple ad hoc ſacramētū per acceptationē [pro quibus] .ſ. famulis & famulabus tuis, & oībus circūſtātibus fidelibus & deuotis [tibi offerim⁹] q̄d dicitur in plurali, ad denotandū ꝙ ſacerdos loquit̄ vt ſupra tactū eſt in perſona totius eccleſię, quæ eſt offerens principale: [vel qui tibi offerūt] .i. eorū circunſtantiū fideliū qui tibi mediatè & ſpiritualiter offerūt. Offerunt enim circunſtantes mediatè, ſacerdos celebrans immediatè offert [hoc ſacrificium laudis.] Sacrificium dicitur ab effectu: quia ſacros nos efficit. Laudis verò, qa nihil in eo eſt, niſi quod eſt laudis, pulchritudinis, & honoris: vel dicitur ſacrificiū laudis, qa Chriſtus ipſum cū laude & gratiarū actione inſtituit, & de tanto ſacrificio maxime deū laudare debemus [pro ſe ſuiſq; oībus] præponitur, pro ſe, qa charitas ordinata à ſeipſa incipit [ſuiſq; oībus]. Orant igitur fideles ac deuoti per ſe, & per ſacerdotem, orant pro ſuis varia ſibi cōditione cōiunctis [pro redemptione animarū ſuarū] .i. remiſsione peccatorū, quibus remiſsis aīa

redem-

redempta eſt. Peccatũ enim captiuã detinet aĩam[pro ſpe ſalutis].i. beatitudinis.i. beatitudine ſperata. Spe namq; ſalui facti ſumus[& incolumitatis ſuæ] i.commoditate corporis,quæ ad ſalutem & beatitudinẽ obtinendã ordinatur. Qui[tibi reddũt vota ſua].i. deuotionẽ vel affectionem ſuã,vel bona opera ſua[æterno deo,viuo & vero]hoc additur ad innuẽdũ, ꝙ tres perſonę diuinę operãtur in hoc ſacramẽto. Secũdum hoc ergo offertur laudis ſacrificiũ deo æterno.i.deo patri, deo vero.i.deo filio,deo viuo.i.deo ſpiritui ſ.qui licet ſint tres in perſonis,vn⁹ tamẽ ſunt in eſſentia. Operatur aũt pater per potẽtiã trãſſubſtãtiationẽ panis & vini in corpus & ſanguinẽ Chriſti. Ordinat filius per ſapiẽtiã vt ſint ſub ſpeciebus humano vſui cõueniẽtib⁹. Spiritus ſanctus cõfert gratiam dignè ſumentibus per ſuã clementiã. [Cõmunicãtes].ſ. in vſu & oblatione huius ſacrificij cũ ſanctis qui hoc ſacrificio medio ſalutẽ cõſecuti ſunt,qm̃ ipſum eſt viaticũ ad vitã æternã ꝑducẽs,[& memoriã venerãtes]ſanctorũ videlicet. Sẽper venerãda eſt ſanctorũ memoria, vt nos fragiles & mortales mereamur ipſorũ meritis & ꝓcibus adiuuari quatenus ad deũ plenè glorificãdũ eorũ ſocietati cõiungamur.[In primis glorioſę ſemperq; virginis Mariæ genitricis dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti.] Rectè in primis memoria beatiſsimæ Marię virginis glorioſæ virginis theotice agitur,nõ tantũ qa ſanctorũ ſanctiſſima ꝓcellẽs gratia & gloria,nedũ ſanctos,ſed etiã angelicos ſpũs vniuerſos. Nec modo in primis:qa tutiſſimũ noſtræ calamitatis eſt aſilũ & mĩæ ſin⁹ generalis, ſed ideo prĩcipaliter in primis ei⁹ memoriã in hoc ſacrificio veneramur,qa ſingularis hui⁹ ſacrificij miniſtra fuit & liberaliſsima diſpẽſatrix. Seqtur[ſed & beatorũ apoſtolorũ]poſt memoriã beatiſsimæ virginis ſubdit̃ memoria beatorũ apoſtolorũ. Et dignè ac meritò qa ipſi tradiderũt nobis ritũ & formã offerẽdi hoc ſacrificiũ. Seqtur[& martyrũ tuorũ.] Horum memoria rite ꝑagit̃,qa ꝓ ſemel oblata hoſtia,ſemetipſos obtulerũt viuẽtẽ hoſtiã deo placẽtẽ & acceptabilẽ. Qui etiã quẽadmo-

admodũ & apoſtoli teſtes fuerunt noſtræ fidei. Exprimũtur añt 12. apoſtolorũ noĩa cũ addit[Petri]qui fuit ſummus ac caput apoſtolorũ, cui claues regni cælorũ collatę ſunt.[Pauli] q nõ ab hoibus, neqꝫ p hoiem electꝰ eſt, ſed p Chrm numero & gradui apoſtolorũ additus vt eſſet vas electiõis.[Andreæ]hic primꝰ apoſtolorũ vocatꝰ, etiãgermanũ ſuũ Petrũ Chriſto adduxit.[Iacobi].ſ.maioris ex vocatione ad apoſtolatũ. Hic primus martyriũ ꝑ Chriſto ſuſtinuit.[Ioãnis]dilecti dñi, q in cena ſupra pectus dñi recubuit. Cui & Chrs virginẽ matrẽ in cruce virgini cõmẽdauit.[Thomæ]q clauorũ locis digitos inſerẽs, ac dñico lateri manus credidit, & omne dubitationis vulnus à nobis & infidelitatis amputauit.[Iacobi]ſ.minoris, q Chriſto ſimilimus in corporis figuratione, necnõ & religionis imitatione frater dñi appellari meruit.[Philippi]q ſpecialiter de patris & filij inſeparabili deitate inſtructus eſt.[Bartholomei]q ſolus fuiſſe dicitur nobilis & philoſophꝰ inter apoſtolos.[Matthęi]q de thelonario vocatus à Chriſto expublicano factus eſt apoſtolus et euangeliſta.[Simonis]qui frater erat Iacobi minoris [et Thadæi]qui tertius frater Iacobi minoris et Simonis fuit. His duodecim apoſtolis addita ſunt nomina duodecim glorioſorum martyrũ.ſ.[Lini]qui fuit primus papa poſt beatũ Petrũ[Cleti]qui Lino in papatu ſucceſsit.[Clemẽtis]qui poſt tranſitũ Cleti in papam eſt electus.[Sixti] papæ et martyris, qui in miſſarũ ſolennijs hymnũ angelicũ Sanctus, Sanctus, Sanctus, cũ agnus dei cõſtituit decãtari.[Cornelij]papæ et martyris.[Cypriani] epiſcopi Carthagineñ. In cuiꝰ corde in teſtimoniũ fidei figura crucis in ſpecie auri fuiſſe dicitur depicta.[Laurẽtij]eccleſię Romanę Archidiaconi et martyris, qui thezauros eccleſiæ dedit pauperibus. [Criſogoni]martyris.[Ioannis et Pauli] quos eadem fides et paſsio vere fecit eſſe germanos.[Coſmę et Damiani]fratrũ et martyrũ[et oim ſanctorũ tuorum] in cõmuni, quorũ noĩa nota, et vitãdæ prolixitatis cauſa omittuntur [quorũ]ſanctorũ [meritis].i. operationũ merito-

meritoriarũ intuitu, in hac mortali ærumnoſa'q́ vita perfectarum[p̃cibúſq́]ſuorũ piorũ deſideriorũ ꝓ nobis tibi oblatis nũc in gloria[cõcedas]& miſericorditer largiaris[vt in oĩbus]credẽdis, appetendis, vitandis, intelligẽdis, & agendis[protectionis tuę]ac defenſionis[muniamur auxilio]cõtra oẽs inimicorũ viſibiliũ et inuiſibiliũ machinationes.[Per eundẽ Chriſtum dñm noſtrũ. Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ] hoc eſt, ad cuius perfectionẽ tota noſtra ordinata eſt ſeruitus, hoc pro clero dicitur[ſed et cunctæ familiæ tuæ].ſ. ſub crucis vexillo ac militiæ chriſtianæ militantis. Hoc pro laico populo adiunctũ eſt. Qui ſicut dictũ eſt, voto cõcurrit ad hãc oblationẽ, pro quãto ſacerdos perſonam totius eccleſiæ, cuius ipſi partes et mẽbra ſunt, gerit[quæſumus dñe vt placatus].ſ. ſeruitute cleri et voto totius populi: vel[placatus]meritis beatiſsimæ virginis Mariæ et ſanctorũ apoſtolorũ et martyrũ[accipias].i. acceptã habeas pro oĩbus .ſ. pro quibus tibi offertur[diéſq́ noſtros in tua pace] q̃a illa ſola ſecura eſt[diſponas] q̃a tuæ ſolius ſapientiæ eſt mala futura p̃uidere[atq́ ab æterna dãnatione nos eripi].ſ. iubeas, per eum qui pro nobis temporali morte dãnatus eſt[et in electorũ tuorum iubeas grege numerari]per eum.ſ. qui pro nobis deputatus eſt cum iniquis.[Per Chriſtũ dñm noſtrũ. Quã oblationem].ſ. ſeruitutis noſtræ et cũctæ familiæ tuæ.i. terrenã materiã ad corpus filij tui deſtinatã[tu deus]pater clemẽtiſsime[quæſumꝰ]facere digneris[in oĩbus.i. ꝓ oĩbus gradibus cleri et populi nullũ ab oratione excipientes[benedictã] vt per ipſam ſpiritualiũ bonorũ multiplicatione benedicamur[aſcriptã] vt per ipſam ſocietati angelorum aſcribamur[ratam]cõfirmatione, vt ipſa vſq́ ad cõſummationẽ ſæculorũ in ꝓfectũ ſalutis perfruamur[rationabilẽ] vt per ipſam vti ſufficientẽ, in finẽ rationalis creaturę deducamur[acceptabilem'q́] vt per ipſam deo placidi efficiamur[facere digneris]ô pater clemẽtiſsime[vt nobis].i. ad noſtrã vtilitatem et ſalutẽ ex ſubſtãtijs tibi oblatis. Subſtantijs.ſ.

tḡs.ſ.panis & vini[fiat corpus & ſanguis] per trãſſubſtantiationẽ.ſ.horum in ſanguinem,& corpus tua infinitate virtute & potentia , quia illa ſola efficiente id fieri poteſt. Corpus dico & ſanguis [dilectiſsimi filij tui domini dei noſtri Ieſu Chriſti] ſaluatoris & mediatoris noſtri.[Qui] .ſ. dilectiſsimus filius tuus dñs noſter Ieſus Chriſtus [pridie] .i. p̄cedenti die[quã pateretur] pro noſtra ſalute. In his verbis tangitur inſtitutionis huius ſacramenti tẽpus[accepit] ſ. Chriſtus [panẽ in ſanctas].i.ſanctificãtes [ac venerabiles man⁹ ſuas] propter vnitã manibus deitatẽ[& eleuatis]i.ſurſum leuatis[oculis].ſ. mẽtis & corporis[ad te deũ]ei⁹ ſecundũ humanitatẽ[patrem ſuũ] ſecundũ diuinitatẽ [omnipotentẽ]per deitatis infinitatẽ[tibi] patri omnipotẽti & clemẽtiſsimo[gratias agens] de tanto dono,de tam excellẽti gratia, de tam efficaci cibo,ſacramento digniſsimo & myſterio tã ꝓfundo, vel gratias egit nõ pro ſe, ſed ꝓ nobis .i. pro noſtra reparatione & ſalute oĩm per hoc ſacramentũ futura: qa per vſum iſtius ſacramẽti augetur gratia,quę eſt cauſa ſalutis, vel gratias egit docẽs nos qualiter oportet nos hoc myſteriũ perficere, oſtendens per hoc ꝙ in ſumptione & ante ſumptionẽ huius ſacramẽti p̄exigitur deuotio,& oratio,ac mẽtis in deũ eleuatio.[Benedixit,fregit]ſpecies.ſ.ſacramẽtales[dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & mãducate ex hoc oẽs] cũ veneratione ꝑ charitatẽ & ſpiritualiter vt aĩæ alimentũ[hoc eſt enim corpus meũ.]In his verbis cõſiſtit tota forma & tota virtus cõſecrationis.[Simili modo poſtquã cænatũ eſt]à Chriſto & a poſtolis[accipiẽs].ſ.Chriſtus[& hũc pręclarũ calicẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. Itẽ] .i.iterũ[tibi].ſ.patri[gratias agens] de humani generis redẽptione per ſanguinẽ ſuũ in proximo fiẽda[benedixit]conſecrando & vinum in ſuũm ſanguinẽ trãſſubſtantiando[dedit diſcipulis ſuis, dicens : Accipite] in officiũ conſecrandi & diſpenſandi [& bibite]ad cęleſtis deſiderij augmẽtum[ex eo].ſ.calice ſeu ſanguine. [oẽs. Hic eſt enim calix ſanguinis mei] hic.ſ.q erit in

ſine cōſecrationis[noui & æterni teſtamenti]quia in ſanguine cōfirmauit oēs teſtatas ꝓmiſsiones[myſterium].i.ſecretū[fidei.Qui].ſ.ſanguis[pro vobis]diſcipulis meis[& pro multis].ſ.prædeſtinatis[effundetur in remiſsionē peccatorū]tanq̃ redēptionis noſtræ ꝓcium.[Hæc quotieſcunq; feceritis].i.conſecraueritis ſiue obtuleritis,hæc.ſ.corpus & ſanguinē[in mei memoriam facietis.]Hæc quidem vna cauſa fuit inſtitutionis ſacramenti huius in eccleſia militāte,vt ipſum eſſet ſignū memoriale & repreſentatiuū iſtius ſummi ſacrificij quod Chriſtus obtulit in cruce, in qua ſuſtinuit mortē in corpore, & ſanguinē fudit in precium redemptionis noſtræ.[Vnde].i.ex quo Chriſtus filius tuus voluit(dicit ſacerdos in perſona eccleſiæ ad patrem)vt illa in ſui memoriā faceremus quæ ipſe benignisſimus in vltima cęna facere & inſtituere dignatus eſt pro ſua benignitate & miſericordia[nos ſerui tui].i.ſacerdotes & presbyteri qui noſtrorū ordinū miniſteria ad hæc offerenda accepimus[ſed & plebs tua].i.tota communitas chriſtiana[ſancta].i.ſacratis ſacramentis imbuta,& in ſuſceptione baptiſmatis ſanctificata:vel ſanguine Chriſti abluta, & in Chriſti ſponſam iugiter copulata[memores Chriſti filij tui dñi dei noſtri beatæ paſsionis, necnon & ab inferis reſurrectionis,ſed & in cælos glorioſæ aſcenſionis.]Hic tria ꝓponit memorāda ſancta mater eccleſia.ſ.Chriſti paſſionem;reſurrectionē,& ipſius in cęlum aſcenſionem. Quorū primū.ſ.paſsio accendit charitatem ſecūdum .ſ.reſurrectio corroborat fidē, tertium.i.aſcenſio amplificat ſpem[offerimus]ô pater clementiſsime[præclarę maieſtati tuæ].i.præ cęteris clarę[de tuis donis].i.de frugibus terræ quantum ad panem, qui conuerſus eſt in carnem Chriſti[ac datis].i.fructibus arborum quantum ad vinum in ſanguinem Chriſti conuerſum.Non ꝙ in oblatione hic ſit panis & vinū,ſed quia quæ offeruntur, ex pane & vino ſunt confecta,& ſub ſpeciebus panis & vini remanentibus latentia;& idcirco offerre nos dicimus de fructibus ſegetū & arborum

borum[hoſtiā puram].i.mundam à fomite originalis peccati[hoſtiam ſanctam] ſine fœce ac terra peccati mortalis[hoſtiam immaculatam] ſine cōtagione peccati venialis: vel ſic,[hoſtiā puram]quantum ad deitatem, quæ eſt lux puriſsima in qua non ſunt tenebræ vllæ[hoſtiā ſanctam] quo ad animā, omni gratia, ſcitia, & ſanctitate pleniſsimam[hoſtiam immaculatam] quantum ad carnem de puriſsima virgine ſancti ſpiritus operatione conceptam[panem ſanctum] in ſe.ſ. quia panis eſt angelorum confirmans in vitam æternam. Hic enim eſt virtus viuendi æternaliter: vnde additur,[vitæ æternæ]Ioan.6. Hic eſt panis verus qui de cælo deſcendit vt det vitam mundo. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum [& calicem ſalutis perpetuæ] in quo eſt potus inebrians, ſanguis .ſ. Chriſti perpetuæ ſalutis cauſatiuus. Vnde ait Chriſtus: Qui bibit ſanguinem meum in me manet, & ego in illo.[Supra quæ].ſ. dona & data tibi in hoc ſacrificio oblata corpus & ſanguinem Chriſti filij tui ô pater clementiſsime[propitio]id eſt, placabili vultu, facilitate dimiſsionis peccati, pro quo offertur hoſtia[ac ſereno,] id eſt, benigno & hilari [vultu reſpicere digneris]oculo amoris: quia vbi amor, ibi oculus, vt tuam ſentiamus bonitatem & miſericordiam, [& accepta habere] quantum ad offerentes, qui per hanc hoſtiam ſe acceptos fieri poſtulant. Non habet deus vultum admodum hominis corporalem, ſed deus habere vultum per methaphoram dicitur, hoc eſt, omnium intuitiuam cognitionem. Et deus vultum ſuum ſerenat & ſuper nos illuminat cum miſericordiam ſuam ſuper nos exhibet & declarat. Sequitur: [Sicuti accepta habere dignatus es] & accepta tibi fuerūt. Sicuti aduerbium, ſimilitudinē innuit, non æqualitatem. Multo quippe acceptius eſt hoc ſacrificium, quàm quod obtulit Abel, quam quod obtulit Abraham, quàm quod obtulit Melchiſedech. Nulla enim oblatio hac potior, ſed hæc omnes præcellit. Dicit ergo: [Sicuti accepta habere dignatus es, mu-

nera pueri tui.]Pueri.ſ. obedientia & puritate nō ſenſu & intellectu[iuſti Abel].ſ.qui de tuis donis accepit, offerens de primogenitis & adipibus gregis ſui[& ſacrificiū patriarchæ noſtri Abrahæ] patris.ſ.patrum & patris multarū gentiū per fidē, qui tibi obtulit vnigenitum ſuum [& quod]ſacrificiū [tibi obtulit] primus &[ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech] rex Salē proferens panem & vinum.Ita ô pater clementiſsime acceptum habeas noſtrū ſacrificium vltra hoc ꝙ ex ſe tibi placet, etiā gratū ſit ex nobis offerentibus. Hoc eſt tales nos offerētes facito fide & deuotione, quales fuerūt Abel, Abrahā, Melchiſedech,[ſanctum ſacrificium immaculatā hoſtiā.]Sacrificium ſanctū eſt ꝓpter plenitudinem gratiæ & virtutum copiā. Non enim dedit deus filio ſuo ſpiritū ad menſurā, qui in hoc ſacrificio noſtro continetur. Eſt & ſacrificiū immaculatum, quo ad innocētiam & peccati immunitatē. Chriſtus enim nec peccatum fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. [Supplices].i. humiles nihil de nobis præſumentes, ſed ſolum de tua mīa [te rogamus omnipotens deus] pater[iube hæc perferri].i.repſentari.Hæc.i.corpus & ſanguinē filij tui[in ſublime altare tuum].i.in cælum, non ſecundū realem loci tranſlationem: quia iam ibi reſidet in forma glorioſa, ſed ſecundū acceptationem gratam, inquantū tibi hæc, corpus & ſanguinē offerimus, petentes vt eorum participatione cæleſti gratia repleamur[in cōſpectu diuinæ maieſtatis].i. ſupremæ & altiſsimæ diuinitatis [tuæ] quæ in cælo & eccleſia triumphāte ſingulari fulgore rutilat. Et dicitur eccleſia triumphans altare, qa ibi cōtinuè ſacrificatur ſacrificium laudis: vnde Pſal. Beati qui habitant in do. tua dñe in ſæcula ſæcul. lauda. te[per manus ſancti angeli tui].i. per miniſterium & ſeruitiū angelorum. Nō dicitur hic, per ſancti angeli tui, pro vno angelo tantū, vel pro vno angelorū choro, ſed pro oībus. Oēs enim cęleſtes eſſentiæ(vt dicit b. Dionyſius) angeli vocantur, quorum innumera eſt multitudo. Milia milium miniſtrabant ei etc. Daniel. 7. vel, [per manus ſancti angeli

tui]

tui].i.Chriſti filij tui,qui eſt angelus magni cõſilij ſecundũ illud Eſaiæ 9.vocabitur nomẽ eius magni cõcõſilij angelus[vt quotquot]de ſeruitute cleri vel voto populi [ex hac altaris participatione]hoc eſt ex ſacrificij altaris cõmunione [ſumpſerimus]& hoc ſacramentaliter vt celebrãs,vel ſpiritualiter tantũ vt populus circunſtãs[ſacro ſanctũ filij tui corpus]q̃d operatione ſpũs ſ.de puriſsimis ſanguinibus virginis formatũ,inſeparabiliter modo ineffabili excellentiſsime diuinitati vnitũ eſt, propter quod rectiſsime ſacro ſanctũ dicitur,quaſi bis ſanctum, ex pleniſsimæ gratiæ & verbi perſonali vnione[& ſanguinẽ]naturalẽ pro nobis fuſum eiuſdẽ filij tui [omni benedictione cæleſti] .i.oĩm ſpiritualiũ chariſmatũ,gratiarum,donorum,& virtutũ[& gratia] q̃a ſine horũ largitione omne opus noſtrũ eſt inualidum [repleamur]ſecundũ mẽtem à te patre luminũ, à quo eſt omne datũ opti. & omne donũ perfectum.Concluditur. [Per eundẽ Chriſtũ dñm noſtrum]quem cõſtituiſti mediatorẽ inter nos & peccatores miſeros.Et cũ hoc [Mem ẽto etiã dñe famulorum famularum'q; tuarum.]Et eſt ſenſus . Cum hoc ꝙ petimus ꝙ nos viui cæleſti benedictione & gratia repleamur,etiã petimus dñe vt memoriam habeas famulorũ famularum'q; etc.credẽtes noſtrũ ſacrificiũ nõ ſolũ prodeſſe viuis,ſed & defunctis.Vnde Innocẽtius, Orat pia mater eccleſia nõ ſolũ pro viuis,ſed etiã pro defunctis & eos ſacræ oblationis interceſsioni cõmẽdat certiſsime credens ꝙ ſanguis ille precioſus qui pro multis effuſus eſt in remiſsionẽ peccatorũ,non ſolum ad ſalutem viuẽtium, verumetiã ad abſolutionem valeat mortuorum:hęc ille. Et in cõſilio Cabilonenſi ſic fuit ſtatutũ.Viſum nobis eſt vt in oĩbus miſſarũ ſolẽnijs pro ſpiritibus defunctorum loco cõpetenti in eccleſia ad dñm depcetur.Dicit ergo ſacerdos.[Memento dñe famulorum famularũ'q; tuarũ] qui tibi in obedientia mandatorũ tuorum famulati ſunt:quia de his qui nunq̃ famulari voluerũt, nulla eſt apud deũ recordatio.Hic debet ſacerdos habere memoriã ſpecialem

 defuncto-

defunctorum, parentum, conſanguineorum, ſpecialiter commiſſorũ & eorũ quibus miſſam ſuam ſpecialiter applicare maluerit. Sequitur: [qui nos p̃ceſſerunt] ante nos decedendo [cũ ſigno fidei].i. cum caractere chriſtianitatis, quo fideles ab infidelibus diſcernũtur: vel [qui nos p̃ceſſerunt cũ ſigno fidei].i. qui dum vixerũt apparuerũt in eis ſigna ꝙ fuere fideles & veri chriſtiani, de quibus deſperandum non eſt, ſed magis pro eis orandũ [& dormiunt in ſomno pacis]i. in pace cõſcientiæ mortui ſunt ſine peccatis mortalibus & dei offenſa, ſed in dei amicitia & gratia. His enim duntaxat proſunt orationes viuentium. [Ipſis].ſ. quos ſpeciali deſignauimus recordatione [& oĩbus in Chriſto quieſcentibus] i. in fide & cõfeſſione Chriſti defunctis [locum refrigerĳ]ab afflictione pœnarum purgatorĳ [lucis].i. locum illũ in quo non eſt obſcuritas tenebrarũ [& pacis] in qua nõ eſt afflictio hoſtiũ. Hic locus refrigerĳ, lucis & pacis, cæliũ eſt empirium, locus beatorũ, locus cõſolationis & refrigerĳ, de quo Sapien.4. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit in re. erit. Seqtur: [vt indulgeas].i. concedas ex tua beneuolentia & mĩa [dep̃camur] oẽs.ſ. nos qui ſacrificiũ tibi offerimus ſiue ſacramentali miniſterio ſiue voto. Primũ ſacerdotem, ſecundũ reſpicit plebẽ circũſtantem. Cõcluditur, [Per eundem Chriſtũ dñm noſtrũ] q ad inferos deſcendẽs, defunctos liberauit à locis pœnarũ, inducẽs in locum refrigerĳ beatitudinis æternæ. [Nobis quoq;] qui pro alĳs mortuis interceſſimus, & ſacrificium pro eorum liberatione à pœnis obtulimus, cum tamẽ hac gratia indigemus, addit [peccatoribus] Innocẽtius, Alexander. Licet omni tempore debeamus ex corde nos recognoſcere peccatores, pręcipuè tamẽ illud expedit in miſſæ ſacrificio, quod in remiſſionem peccatorũ celebratur [famulis tuis] per verã ac humilẽ obedientiam [de multitudine miſerationũ tuarũ ſperãtibus]. Eſt in deo vna dũtaxat mĩa, quę eſt ipſe deus miſericors. Dicitur tamen pluraliter de multitudine miſerationum tuarũ ꝑpter varios & multos diuinæ mĩę effectus, qui non-

nõnunq̃ dei miſerationes noïantur [partẽ aliquã] hoc eſt dei participationẽ beatificã cũ ſanctis apoſtolis & martyribus iã in gloria ſublimatis [& ſocietatẽ cum ſanctis apoſtolis & martyribus tuis] quorũ ſumma iucunditas eſt deũ intueri. In hoc enĩ eſt ſumma iucũditas beatorũ, q̃a oẽs ſimul beatificè deũ intuentur [donare digneris] tua .ſ. gratia & benignitate [cum ſanctis apoſtolis & martyribus tuis.] Exprimuntur aũt quorundã ſanctorũ noïa, apoſtolorũ .ſ. martyrũ & virginũ, octo ſexus virilis, & ſeptẽ ſex⁹ fœminei: vnde ſeq̃tur [cũ Ioãne] .ſ. euãgeliſta qui repetitur propter excellentiam virginitatis ſicut prius poſitus fuit ꝓpter dignitatẽ apoſtolatus. Alij tamẽ dicũt ꝙ per hũc Ioãnem intelligitur Ioannes Baptiſta [Stephano] q̃ primus ſui ſanguinis effuſione, Chriſto teſtimonium perhibuit. [Matthia] qui fuit electus in apoſtolum vt iret in locũ de quo p̃uaricatus eſt Iudas. [Barnaba] qui fuit ſegregatus in apoſtolatus officium cũ Paulo. [Ignatio] martyre. Qui cũ fuit mortuus, inuenta ſunt hæc verba (Ieſus Chriſtus) aureis literis in corde ipſius ſcripta. [Alexandro] papa & martyre. [Marcellino & Petro] quorum primus presbyter, ſecũdus exorciſta q̃ martyrio coronati ſunt. [Fœlicitate] illuſtri fœmina & martyre, matre ſeptẽ filiorũ martyrũ. [Perpetua] martyre. [Agatha] virgine & martyre. [Lucia] virgine & martyre. [Agnetæ] nobili Romana virgine ac martyre. [Cecilia] martyre, quæ euãgeliũ Chriſti ſemp̃ gerebat in pectore. [Anaſtaſia] illuſtriſsima martyre [& oĩbus ſanctis ſuis] quorũ fides & merita deo ſunt nota, q̃s firma fide credimus illa beatifica dei viſione p̃frui & inuicẽ cõgaudere ęterna & iucũdiſsima ſocietate [intra quorũ cõſortiũ] i. ſortis ſuæ participationẽ, quorũ indubitata eſt gloria [nos] offerentes miniſterio & voto ac deſiderio, altaris hoc ſacrificium, vt .ſ. cum eiſdem ſanctis tuis, eaſdem beatitudinis ſortes obtineamus, [non æſtimator meriti] quia vt dicit Eſaias: omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt ſicut pannus mẽſtruatæ, ideo non poſſumus præſumere quicq̃ de oſtenſione me-

ritorũ[ſed veniæ quæſumus largitor admitte.] Benignus enim es & miſericors, patiens & multæ miſericordiæ & pręſtabilis ſuper nequitia. Quæſumus itaq; vt veniã largiendo ad conſortium ſanctorum nos admittas, quia ſic admitti, ſolius indulgentiæ, benignitatis, liberalitatis tuæ eſt. [Per Chriſtũ dñm noſtrũ] qui veniã quã nobis pater cęleſtis largitur, meruit, & cæli ianuã primò aperuit. [Per quem] .ſ. Chriſtũ [hæc oĩa] carnem .ſ. & ſanguinem [ſemper bona] quantum ad omnem ſpeciem boni. Sunt quippe bona vtilia ad reformationem vitæ labentis ſpiritualis. Honeſta ad rememorandum opera ſalutis. Delectabilia ad promotionem ſummæ & intimæ deuotionis [creas] ipſa in ſacramentum adducendo [ſanctificas] ſanctã hoſtiam efficiendo per conſecrationem [viuificas] increatæ vitæ viuendo [benedicis] ſpiritualibus donis & beneficijs implendo [& pręſtas nobis] miſericorditer largiẽdo, vt ſint nobis in ſubſidium purgationis, viuificationis & glorificationis. [Per ipſum] Chriſtũ .ſ. filiũ tuum [& cum ipſo] eſt tibi patri vnum eſſe diuinum [& in ipſo] in quo tanq̃ in imagine & immenſo exemplari tuo reluces perfectiſsime [eſt tibi deo patri] per naturam & originem [omnipotenti] oĩa habens in tua ditione [in vnitate ſpiritus ſancti] .i. cõmunione ſpiritus ſancti, q amor eſt & nexus patris & filij [omnis honor et gloria] quia in hac vnitate eſſentię es vnus deus, cui ſoli gloria & honor in ſęcula ſęculorũ. [Per oĩa ſęcula ſæculorum] .i. æternaliter [amen] .i. etiã ſeu verum eſt. Pane cæleſti iam confecto ſtans ad aram ſacerdos alta voce præmonet omnes petere hunc panem, dicens: [Præceptis ſalutaribus moniti.] Scripturæ enim præcepta ad vtilia & ea quæ ſalutis ſunt diriguntur [& diuina inſtitutione formati] .i. firmiter eruditi, quid .ſ. & qualiter orare debeamus [audemus dicere] non præſumptuoſè, ſed fiducialiter, vtpote quia deus filius nos ſic orare docuit & præcepit. [Pater noſter] excelſe in creatione, ſuauis in amore, diues in hæreditate [qui es in cælis] ſpeculum æternitatis, corona iucunditatis,

theſau-

theſaurus fœlicitatis [ſanctificetur nomẽ tuum] vt ſit nobis mel in ore, cythara in aure, iubilꝰ in corde [adueniat regnũ tuũ] iucũdũ ſine perturbatione, trãquillum ſine permixtione, ſecurũ ſine perditione. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra] vt quæ odis odiamus, & quæ diligis diligamus, & quæ cõſulis ac præcipis, impleamus. [Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie] panem materialem, doctrinalẽ, pœnitentialem, ſacramentalem, ſpiritualẽ, cæleſtem & æternalẽ. [Et dimitte nobis debita noſtra] quæ cõmiſimus contra te deũ, contra noſipſos, & contra proximum [ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris] iniuriã verborum. ſ. verberũ & rerum. Et ne nos inducas in tentationem] carnis mundi & diaboli [ſed libera nos à malo] præſenti, præterito & futuro [amen]. i. fiat & indeficienter perſeueret. [Libera nos quæſumus dñe] tu pater omnipotens [ab oĩbus malis] ad bonũ meritorium noſtram infirmitatẽ non ꝓmouentibus [præteritis]. ſ. culpis quibus te offendimus, vt per cordis compunctionem, oris cõfeſsionẽ, et operis ſatisfactionem deleantur [præſentibus] anguſtijs et tribulationibus à mundo inſurgentibus vt inſtantiam eorũ tua protectione vincere poſsimus [et futuris] inſidijs et laqueis ad culpã ꝑcipitare conantibus, imò quibuſlibet malis culpæ et pœnæ, vt ea tua munitione cauere valeamus. [Et intercedẽte] iuxta ſuũ officiũ vehemẽtia deſiderij, feruore deuotionis et puritate orationis [beata] ter quaterq; [et glorioſa] quia in corpore et anima glorioſe eſt aſſumpta, et ſuper oẽs virtutes humanas et angelicas inæſtimabiliter ſublimata [virgine] corpore et mente, profeſsione et obſeruatione [dei genitrice]. i. matre filij dei, et ideo cõmunem filium cum deo patre habente. [Maria]. i. illuminante cęlũ et terram [et beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo atq; Andrea, et omnibus ſanctis, da ꝓpicius pacẽ in diebus noſtris, vt ope miſericordię tuę adiuti.] Miſericordiam tuã pater clementiſsime imploramus, nõ iuſtitiam quę noſtris demeritis magis tribulationem et aduerſitatem, rectitu-

dinis zelo

dīnis zelo induceret quā pacem [& à peccato] volun-
tatis & actiōis [ſimus ſemper liberi] per pacē pectoris
[& ab omni perturbatione ſecuri] per pacē tēporis tu-
multu & inquietudine ſæculi mitigato, quo peruenire
mereamur ad pacē æternitatis, oīs mali ſuſpitione pe-
nitus ſublata. [Per eundē dūm noſtrū Ieſum Chriſtum
filium tuū, qui tecum viuit & regnat] cuius ſacro ſan-
ctum corpus & ſanguinem cōtrectamus venerabiliter
in ſacramento ſtatim ſumpturi. Per quē vt per media-
torem & pontificem bona omnia adipiſcimur & ab
omnibus malis liberamur [in vnitate]. i. identitate eſ-
ſentiali [ſpiritus ſancti] tertiæ in diuinis perſonæ, qui
amor eſt & nexus patris & filij [per omnia ſæcula ſæ-
culorum, amen. Pax dñi ſit ſemper vobiſcum] pax vi-
delicet conſcientiæ & pectoris, pax temporalis tran-
quillitatis, & pax æternitatis. Reſpondet clerus [& cū
ſpiritu tuo]. ſ. ſit ô ſacerdos. [Fiat hæc cōmixtio cor-
poris & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti] ſecun-
dū formas ſeu ſpecies ſacramentales, ſub quibus cor-
pus & ſanguis Chriſti veraciter continetur [mihi] ſa-
cerdoti ſumenti, & in ſacrificiū offerenti [& omnibus]
ſpiritualiter, voto & deſiderio in fidem [ſumentibus,
ſalus mentis] per venialiū peccatorum extinctionem,
& per cōſeruationem vitæ ſpiritualis quæ fit per gra-
tiæ augmentū [& corporis] vt inclinationes peruer-
ſæ carnis & ſenſualitatis reprimantur ne inſurgāt cō-
tra iudiciū Romanis [& ad capeſſendā vitam ęternam
præparatio ſalutaris] per collationē gratiæ in pręſen-
ti, quæ eſt diſpoſitio neceſsitans ad introductionem in
gloriā ſecundū legē dei ſtatutā. [Per Chriſtū dñm no-
ſtrū. Agnus dei] innocēs [q tollis peccata mundi] ipſa
ſanguinis tui effuſione delēdo [miſerere nobis] pecca-
ti reatū ſimul & pœnā relaxādo. [Agnus dei] patrē per
obediētiā agnoſcēs [qui tollis peccata mūdi] ipſum pa
tri recōciliando [miſerere nobis] gratiā ſine qua regni
extorres ꝓſcribuntur, largiēdo. Agnus dei] agnoſcens
perditū hoiem, ſecundum illud Ioh. 10. Agnoſco oues
meas, & cognoſcūt me meæ [qui tollis peccata mūdi]
à dam-

à dãnatione perpetua redimẽdo[dona nobis pacẽ]ab omnibus deſideratã,æternis bonis opulentam.[Dñe] dominator totius vniuerſitatis [Ieſu] ſaluator humani generis [Chriſte] vncte à gratiæ plenitudine ſpiritus præ cõſortibus tuis[fili dei viui]patris naturalis & conſubſtantialis[qui ex volũtate patris]liberali & miſericordiſsima [cooperante ſpiritu ſancto]cuius, ſicut cũ patre, tecumq́ꝫ vna eſt eſſentia, ita & voluntas atqꝫ opera indiuiſa:qua propter & tui ſacratiſsimi corporis fabricatio in vtero virginali ſpecialiter ſibi appropriatur,dicente Paranympho ad virginẽ:Spiritus ſanctus ſuperueniet in te etc.[per mortem] quã patiendo factus es obediens vſqꝫ ad mortem[tuam]in tua poteſtate poſitam[vniuerſum mũdum viuificaſti]ſpiritualiter. Nã tu panis verus es,Ioh.6.qui deſcendiſti vt dares vitã mundo. Totus enim mundus extra dei amicitiam poſitus,propter peccatum primi noſtri parentis, vitam perdidit,ſed per mortẽ Chriſti etc. Sequitur[libera me]hoc ſacrificium offerentem, & omnes alios fideles pro quibus offertur,vt omnes liberi efficiamur [per hoc ſacroſanctum corpus & ſanguinem tuum.] Sacro ſanctũ præ oĩbus ſanctũ: qa per ſummũ artificẽ ſpiritũ ſ.ſacratiſsimè in virgine fabricatũ, ac ſacratiſsimè verbo dei copulatum[ab oĩbus iniquitatibus & peccatis meis] quæ ad aĩam ſummæ trinitatis imaginem factã, maculant & deturpant [& vniuerſis malis] corporis & animæ præſentibus & futuris [& fac me] meóſqꝫ pro quibus offero [tuis ſemper obedire mandatis] in quo conſiſtit tota vitæ perfectio & patriæ beatitudo [& à te nunquam ſeparari permittas [neqꝫ in hoc ſæculo per peccatum quod ſeparat à te deo, neqꝫ in futuro per horrendam reproborum ſententiam. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. [Qui] per diuinam eſſentiam tuam [cum eodem patre] à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, [in vnitate] ſubſtantiali [eiuſdem ſpiritus ſancti] charitatis nexus [viuis] vitam habens in teipſo[& regnas]in terris & in cælo [deus] verus natura-

naturalis,vnus et indiuiſus[per omnia ſęcula ſæculorũ]ſine fine. [Amen] verè et indefectibiliter.[Dñe nõ ſum dignus]ex mea præparatione,ex mea operatione [vt intres ſub tectum meũ].i. domũ cõſcientiæ meæ, peccatis obſcurantibus,tenebroſum virtutũ carentia ruinoſum[ſed tãtum dic verbo] qui es verbum patris coæternum,dic verbo virtutis tuę[et ſanabitur anima meá] à morbis ſpiritualibus vitiorum ,per te cibum ſalutiferum.[Corpus dñi noſtri Ieſu Chriſti quod accepi,et ſanguis eius quo potatus ſum inhęreant] per virtutem et efficaciam[viſceribus meis] ſpiritualibus, quę ſunt voluntas et intellectus,quę ſunt vię vitę animę,cuius ſpiritualis cibus eſt operatio bona et meritoria,affectio ſancta,et cogitatio munda. [Quod ore] corporali manducatione ſacramentali[ſumpſimus]ò [dñe pura mente capiamus] ab omni ſorde et inquinamento peccatorum ,ſpiritualiter capiamus ad robur animę et ſuſtentamentum ſpiritualium actionum vt de corpore et ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti fiát nobis remedium ſempiternum]contra morbos ſpirituales, nos ad virtuoſarum operationum exercitium roborans et confortans.Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1-6-2